Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Americana

ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ

LUCIANI SAMOSATENSIS
OPERA
GRAECE ET LATINE

AD EDITIONEM
TIBERII HEMSTERHUSII ET IOANNIS FREDERICI REITZII
ACCURATE EXPRESSA
CUM VARIETATE LECTIONIS ET ANNOTATIONIBUS



VOLUMEN QUARTUM

BIPONTI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS
CIↃIↃCCXC

RIGGS LIBRARY,
Georgetown College, D. C.

ΕΡΜΟΤΙΜΟΣ
Η ΠΕΡΙ ΑΙΡΕΣΕΩΝ.

ΛΥΚ. Ὅσον, ὦ Ἑρμότιμε, τῷ βιβλίῳ καὶ τῇ τοῦ 1
βαδίσματος σπουδῇ τεκμήρασθαι, παρὰ τὸν διδάσκαλον ἐπειγομένῳ ἔοικας· ἐνενόεις γοῦν τι μεταξὺ προϊὼν, καὶ τὰ χείλη διεσάλευες, ῥῆμα ὑποτονθορύζων, καὶ τὴν χεῖρα ὧδε καὶ ὧδε μετέφερες, ὥσπερ τινὰ ῥῆσιν ἐπὶ σεαυτοῦ διατιθέμενος· ἐρώτημα δέ, ἢ τί τῶν ἀγκύλων συντιθεὶς, ἢ σχέμμα σοφιστικὸν ἀναφροντίζων, ὡς μηδὲ ὁδῷ βαδίζων σχολὴν ἄγοις, ἀλλ' ἐνεργὸς εἶης, ἀεὶ σπουδαῖόν τι πράττων, καὶ ὃ πρὸ ὁδοῦ σοι γένοιτ' ἂν ἐς τὰ μαθήματα.

ΕΡΜ. Νὴ Δί', ὦ Λυκῖνε, τοιοῦτό τι. τὴν γὰρ χθιζὴν

HERMOTIMUS
SIVE DE SECTIS.

Lyc. QUANTUM licet, Hermotime, ex libro, tum ex inceſſus celeritate, colligere, feſtinare ad magiſtrum videris. Commentabaris enim aliquid inter eundum, & movebas cum leni murmure labia, & manum huc illuc transferebas, tanquam qui orationem aliquam intra te diſponeres, aut altercationem, aut tortuoſum quiddam componeres, aut Sophiſticam quaeſtionem cogitatione perſequereris, ut ne in via quidem otio indulgeas *nimirum*, ſed operoſus ſis, & ſerium quiddam agas, quodque ad doctrinam tibi proſit.

Herm. Per Iovem, Lycine, tale quiddam *erat*. Etenim he-

συνουσίαν, καὶ ἃ εἶπε πρὸς ἡμᾶς, ἀνεπεμπαζόμην, ἐπιὼν τῇ μνήμῃ ἕκαστα. χρὴ δὲ μηδένα καιρὸν, οἶμαι, παριέναι, εἰδότας ἀληθὲς ὂν τὸ ὑπὸ τοῦ Κώου ἰατροῦ εἰρημένον; ὡς ἄρα Βραχὺς μὲν ὁ βίος, μακρὴ δὲ ἡ τέχνη. καίτοι ἐκεῖνος ἰατρικῆς πέρι ταῦτ' ἔλεγεν, εὐμαθεστέρου πράγματος· Φιλοσοφία δὲ καὶ μακρῷ τῷ χρόνῳ ἀνέφικτος, ἢν μὴ πάνυ τις ἐγρηγόρως ἀτενὲς ἀεὶ καὶ γοργὸν ἀποβλέπῃ ἐς αὐτήν· καὶ τὸ κινδύνευμα οὐ περὶ μικρῶν, ἢ ἄθλιον εἶναι ἐν τῷ πολλῷ τῶν ἰδιωτῶν συρφετῷ παραπολόμενον, ἢ εὐδαιμονῆσαι φιλοσοφήσαντα.

2 ΛΥΚ. Τὰ μὲν ἆθλα, ὦ Ἑρμότιμε, θαυμάσια, ἡλίκα εἴρηκας. οἶμαί γε μὴν οὐ πόρρω σε εἶναι αὐτῶν, εἴ γε χρὴ εἰκάζειν τῷ τε χρόνῳ ὁπόσον φιλοσοφεῖς, καὶ προσέτι τῷ πόνῳ οἷόν μοι οὐ μέτριον ἐκ πολλοῦ ἤδη ἔχειν δοκεῖς. εἰ γάρ τι μέμνημαι, σχεδὸν εἴκοσιν ἔτη ταῦτά ἐστιν, ἀφ' οὗ σε οὐδὲν ἄλλο ποιοῦντα ἑώρακα, ἢ παρὰ

3 Τοῦ Κώου ἰατροῦ) Ἱπποκράτους. V.

sternam auditionem, & quae dixit nobis, repetebam, memoria percurrens singula. Oportet autem, puto, tempus nullum praetermittere, qui sciamus verum esse illud a Coo dictum medico, *Brevem vitam esse, artem vero longam.* Quamquam ista de medicina dixit ille, re ad discendum faciliore: ad philosophiam vero aliquis ne longo quidem tempore pervenerit, nisi vigilanti admodum animo defixos & acres in illam oculos habeat; nec de parva re periculum, *cum id agatur,* ut aut miser sis & in multa vulgi colluvie pereas, aut beatum in philosophia aevum agas.

Lyc. Praemia quidem, quanta dixisti, admirabilia. Ac puto equidem te non longe ab illis abesse, si quidem conii-cere illud fas est & tempore, quo philosopharis, & labore insuper, quem minime mihi mediocrem a longo inde tempore sustinere videris. Si quid enim memini, prope viginti ipsi anni sunt, ex quo te nihil aliud vidi, quam ad magistros

τοὺς διδασκάλους φοιτῶντα, καὶ ὡς τοπολὺ ἐς βιβλίον ἐπικεκυφότα, ὑπομνήματα τῶν συνουσιῶν ἀπογραφόμενον, ὠχρὸν ἀεὶ ὑπὸ φροντίδων, καὶ τὸ σῶμα κατεσκληκότα. δοκεῖς δέ μοι ἀλλ' οὐδὲ ὄναρ ποτὲ ἀνιέναι σαυτὸν, οὕτως ὅλος εἶναι ἐν τῷ πράγματι. ταῦτ' οὖν σκοπουμένῳ μοι, φαίνῃ οὐκ ἐς μακρὰν ἐπιλήψεσθαι τῆς εὐδαιμονίας, εἴ γε μὴ λέληθας ἡμᾶς καὶ πάλαι αὐτῇ συνών.

ΕΡΜ. Πόθεν, ὦ Λυκῖνε, ὃς νῦν ἄρχομαι παρακύπτειν ἐς τὴν ὁδόν; ἡδ' Ἀρετὴ πάνυ πόρρω κατὰ τὸν Ἡσίοδον οἰκεῖ, καὶ ἔστιν ὁ οἶμος ἐπ' αὐτὴν μακρός τε, καὶ ἄρθιος, καὶ τραχὺς, ἱδρῶτα οὐκ ὀλίγον ἔχων τοῖς ὁδοιπόροις.

ΑΤΚ. Οὐχ ἱκανὰ οὖν ἵδρωταί σοι, ὦ Ἑρμότιμε, καὶ ὡδοιπόρηται;

ΕΡΜ. Οὐ, φημί. οὐδὲν γὰρ ἐκώλυέ με παυεσθαίμανα εἶναι, ἐπὶ τῷ ἄκρῳ γενόμενον. τὸ δὲ νῦν, ἀρχόμεθα ἔτι, ὦ Λυκῖνε.

itare, & ut plurimum libro imminere, & commentarios diſputationum tibi exſcribere, pallidum ſemper curis, & callo quodam aridum corpus habentem. Videris autem mihi adeo totus in hac re eſſe, ut ne per ſomnum quidem te remittas. Haec ergo cogitanti mihi videris non ita multo poſt comprehenſurus iſtam felicitatem, niſi forte fugit nos, te olim cum illa verſari.

Herm. Quî *poſſim*, Lycine, qui nunc tandem incipiam inſpicere in viam? Longe autem habitat Heſiodo teſte virtus, & eſt via ad illam longaque & praerupta, & aſpera, ſudorem excutiens non parvum viatoribus.

Lyc. Nondum ergo ſatis tibi ſudatum eſt, Hermotime, nec viae ſatis factum?

Herm. Nondum, inquam. Nihil enim prohiberet me undique beatum eſſe, in ſummo ſi eſſem: nunc vix, Lycine, incipimus.

3 ΛΥΚ. Ἀλλὰ τήν γε ἀρχὴν ὁ αὐτὸς οὗτος Ἡσίοδος ἥμισυ τοῦ παντὸς ἔφη εἶναι, ὥστε κατὰ μέσην τὴν ἄνοδον εἶναί σε ἤδη λέγοντες, οὐκ ἂν ἁμάρτοιμεν.

ΕΡΜ. Οὐδέπω οὐδὲ τοῦτο· πάμπολυ γὰρ ἂν ἡμῖν ἦν τοῦτο.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ ποῦ γάρ σε φῶμεν τῆς ὁδοῦ τυγχάνειν ὄντα;

ΕΡΜ. Ἐν τῇ ὑπωρείᾳ κάτω ἔτι, ὦ Λυκῖνε, ἄρτι προβαίνειν βιαζόμενον· ὀλισθηρὰ δέ, καὶ τραχεῖα, καὶ δεῖ χειρὸς ὀρέγοντος.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν ὁ διδάσκαλός σοι τοῦτο ἱκανὸς ποιῆσαι, ἄνωθεν ἐκ τοῦ ἄκρου καθάπερ ὁ τοῦ Ὁμήρου Ζεὺς, χρυσῆν τινα σειρὰν καθιείς, τοὺς αὐτοῦ λόγους, ὑφ' ὧν σε ἀναστήσῃ δηλαδή, καὶ ἀνακουφίζει πρὸς αὑτόν τε καὶ τὴν ἀρετὴν αὐτὸς πρὸ πολλοῦ ἀναβεβηκώς.

ΕΡΜ. Αὐτὰ ἔφησθα, ὦ Λυκῖνε, τὰ γιγνόμενον. ὅσῳ

Lyc. At initium idem ille Heſiodus totius dimidium ait eſſe. Itaque nihil erraverimus, ſi circa medium te aſcenſum eſſe dicamus.

Herm. Nondum, ne hoc quidem. Multum enim ſic effectum eſſet.

Lyc. Sed ubinam viae verſari te dicemus?

Herm. In ipſis adhuc montis radicibus, Lycine, ſed ſumma iam vi conantem progredi: lubrica autem eſt, & aſpera, & opus eſt, qui manum nobis porrigat.

Lyc. Magiſter ergo tuus, qui hoc faciat, idoneus, qui deſuper ex ſummo, ut Homericus ille Iuppiter auream catenam, demittat ſermones ſuos, quibus nimirum attrahat te & levet ad ſe & virtutem, cum olim ipſe aſcenderit.

Herm. Rem ipſam, Lycine, dixiſti. Quantum enim iq

γοῦν ἐπ' ἐκεῖνο πάλαι ἀνεσπάσμην ἄνω, καὶ συνῆν αὐτοῖς· τὸ δ' ἐμὸν, ἔτι ἐνδεῖ.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ θαῤῥεῖν χρὴ, καὶ θυμὸν ἔχειν ἀγαθὸν, 4 ἐς τὸ τέλος τῆς ὁδοῦ ὁρῶντα, καὶ τὴν ἄνω εὐδαιμονίαν, καὶ μάλιστα ἐκείνου συμπροθυμουμένου. πλὴν ἀλλὰ τίνα σοι ἐλπίδα ὑποφαίνει, ὡς δήπατε ἀναβησομένῳ; ἐς νέωτα εἶπας ἐπὶ τὸ ἄκρον ἕξεσθαί σε, οἷον μετὰ τὰ μυστήρια τὰ ἄλλα, ἢ Παναθήναια;

ΕΡΜ. Ὀλίγον φῂς, ὦ Λυκῖνε.

ΛΥΚ. Ἀλλ' ἐς τὴν ἑξῆς Ὀλυμπιάδα;

ΕΡΜ. Καὶ τοῦτο ὀλίγον ὡς πρὸς ἀρετῆς ἄσκησιν, καὶ εὐδαιμονίας κτῆσιν.

ΛΥΚ. Μετὰ δύο μὲν δὴ Ὀλυμπιάδας πάντως ἢ πολλὴν γ' ἂν ὑμῶν ῥᾳθυμίαν καταγνοίη τις, εἰ μηδ' ἐν τοσούτῳ χρόνῳ δύναισθε, ὅσον τρὶς ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν εἰς Ἰνδοὺς ἀπελθεῖν, εἶτ' ἐπανελθεῖν ῥᾴδιον, εἰ καὶ

7 Εἰς νέωτα.] Μέλλω. V.

illo eſt, olim extractus in altum effem, & cum illis verſarer. Sed ipſe nimis adhuc ſum imbecillus.

Lyc. Verum confidere oportet, & bonum habere animum, & finem viae ſpectare, ſupernamque illam felicitatem, illo praeſertim una animum ſtudiumque adhibente. Interea quam tibi ſpem oſtendit, quando futurum ſit ut enitaris? proximone anno coniicit in arce te futurum, verbi cauſa poſt myſteria altera, aut Panathenaea?

Herm. Pauxillum narras, Lycine.

Lyc. Sed proxima Olympiade?

Herm. Et hoc parum eſt, ut ad virtutis exercitationem, poſſeſſionemque felicitatis.

Lyc. Poſt duas ergo Olympiadas omnino: alioquin multam quis ſocordiam veſtram accuſaverit, ſi neque tanto tempore illud poſſitis, quo facile ſit ter a columnis inde Herculis ad Indos abire, indeque redire; etiamſi nec recto

μὴ εὐθεῖαν, μηδ' ἀεὶ βαδίζοι τις, ἀλλ' ἐν τοῖς διὰ μέσου ἔθνεσι περιπλανώμενος. καίτοι πόσῳ τινὶ βούλει ὑψηλοτέραν καὶ λισσοτέραν θῶμεν εἶναι τὴν ἄκραν, ἐφ' ἧς ὑμῖν ἡ ἀρετὴ οἰκεῖ, τῆς Ἄορνου ἐκείνης, ἣν ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν Ἀλέξανδρος κατὰ κράτος εἷλεν;

ΕΡΜ. Οὐδὲν ὅμοιον, ὦ Λυκῖνε, οὐδ' ἔστι τὸ πρᾶγμα τοιοῦτον, οἷον σὺ εἰκάζεις, ὡς ὀλίγῳ χρόνῳ κατεργασθῆναι, καὶ ἁλῶναι, οὐδ' ἂν μυρίοι Ἀλέξανδροι προσβαλωσιν· ἐπεὶ πολλοὶ ἂν οἱ ἀνίοντες ἦσαν. νῦν δὲ ἀνέρχονται μὲν οὐκ ὀλίγοι μάλα ἐρρωμένως, καὶ προσέρχονται ἐπὶ ποσόν, οἱ μέν, ἐπὶ πάνυ ὀλίγον, οἱ δὲ, ἐπὶ πλέον. ἐπειδὰν δὲ κατὰ μέσην τὴν ὁδὸν γένωνται πολλοῖς τοῖς ἀπόροις καὶ δυσχερέσιν ἐντυγχάνοντες, ἀποδυσπετοῦσί τε, καὶ ἀναστρέφουσιν, ἀσθμαίνοντες, καὶ ἱδρῶτι ῥέοντες, οὐ φέροντες τὸν κάματον. ὅσοι δ' ἂν εἰς τέλος διακαρτερήσωσιν, οὗτοι πρὸς τὸ ἄκρον ἀφικνοῦνται, καὶ τὸ

itinere neque ſemper progrediatur aliquis, ſed in gentibus interiectis oberret. Quamquam, quanto vis altiorem, & magis lubricum, ponamus verticem illum, in quo virtus vobis habitat, Aorno illa, quam paucos intra dies vi cepit Alexander?

Herm. Nihil quidquam ſimile eſt, Lycine, neque res talis eſt, qualem tu imaginaris, quae exiguo tempore confici poſſit & capi; non, ſi ſexcenti ſimul Alexandri aggrediantur: ſic enim multi aſcenderent. Iam vero aggrediuntur quidem non pauci valde animoſe, & aliquantum procedunt, alii parum admodum, alii longius. Cum vero circa mediam iam viam ſunt, atque in impedita multa atque aſpera incidunt, difficultate victi pedem referunt, anhelantes, ſudore affluentes, ac laboris plane impatientes. Quotquot vero ad finem perſeverant, hi in arcem perveniunt, & ab eo inde tempore felices, admirabilemque vitam, quae

ἀπ' ἐκείνου, εὐδαιμονοῦσι θαυμάσιόν τινα βίον τὸν λοιπὸν βιοῦντες, οἷον, μύρμηκας ἀπὸ τοῦ ὕψους ἐπισκοποῦντές τινας τοὺς ἄλλους.

ΛΥΚ. Παπαὶ, ὦ Ἑρμότιμε, ἡλίκους ἡμᾶς ἀποφαίνεις, οὐδὲ κατὰ τοὺς Πυγμαίους ἐκείνους, ἀλλὰ χαμαιπετεῖς παντάπασιν ἐν χρῷ τῆς γῆς. εἰκότως. ὑψηλὰ γὰρ ἤδη φρονεῖς, καὶ ἄνωθεν· ἡμεῖς δὲ ὁ συρφετὸς, καὶ ὅσοι χαμαὶ ἐρχόμενοι ἐσμὲν, μετὰ τῶν θεῶν καὶ ὑμᾶς προσευξόμεθα ὑπερνεφέλους γενομένους, καὶ ἀνελθόντας οἷ πάλαι σπεύδετε.

ΕΡΜ. Εἰ γὰρ γένοιτο καὶ ἀνελθεῖν, ὦ Λυκῖνε, ἀλλὰ πάμπολυ τὸ λοιπόν.

ΛΥΚ. Ὅμως οὐκ ἔφησθα ὀπόσον, ὡς χρόνῳ παραβαλεῖν. 6

ΕΡΜ. Οὐδ' αὐτὸς γὰρ οἶδα, ὦ Λυκῖνε, τἀκριβές. εἰκάζω μέντοι οὐ πλείω τῶν εἴκοσιν ἐτῶν ἔσεσθαι, μεθ' ἃ πάντως που καὶ ἐπὶ τῶν ἄκρων ἐσόμεθα.

11 Εἰ) Εὐκτικὸν τὸ εἰ. πολὺ δὲ παρὰ Πλάτωνι τοῦτο. M.

reliqua eſt, viventes, velut formicas de alta quadam ſpecula reliquos intuentur.

Lyc. Papae, Hermotime, quantillos nos facis? ne aequales quidem Pygmaeis illis, ſed humi omnino, in ipſa quaſi telluris cute, *deprimis.* nec mirum: iam enim altum ſapis, & e ſummo: nos vero colluvio illa, & quotquot humi repimus, cum Diis vos etiam veneramur, iam ſuperatis nubibus, eo, quo feſtinatis, olim delatos.

Herm. Modo contingat ille aſcenſus, Lycine. Sed nimis multum ſupereſt.

Lyc. Tamen non dixiſti, quantum, ut tempori comparare poſſemus.

Herm. Nempe nec ipſe accurate ſcio: coniicio tamen, viginti non amplius annos futuros, quibus interiectis, omnino quondam in ſummo futuri ſimus.

ΛΥΚ. Ἡράκλεις, πολὺ λέγεις.

ΕΡΜ. Καὶ γὰρ περὶ μεγίστων, ὦ Λυκῖνε, οἱ πόνοι.

ΛΥΚ. Τουτὶ μὲν ἴσως ἀληθές. ὑπὲρ δὲ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν, ὅτι βιώσῃ τοσαῦτα, πότερον ὁ διδάσκαλός σου καθυπέσχετο, οὐ μόνον σοφὸς, ἀλλὰ καὶ μαντικὸς ὤν, ἢ χρησμολόγος τις, ἢ ὅσοι τὰς Χαλδαίων μεθόδους ἐπίστανται; Φασὶ γοῦν εἰδέναι τὰ τοιαῦτα. οὐ γὰρ δὴ σέ γε εἰκὸς, ἐπὶ τῷ ἀδήλῳ, εἰ βιώσῃ μέχρι πρὸς τὴν ἀρετὴν, τοσούτους πόνους ἀνέχεσθαι, καὶ ταλαιπωρεῖν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, οὐκ εἰδότα εἴ σε πλησίον ἤδη τοῦ ἄκρου γενόμενον, τὸ χρεὼν ἐπιστὰν, καταπάσει λαβόμενον τοῦ ποδὸς, ἐξ ἀτελοῦς τῆς ἐλπίδος.

ΕΡΜ. Ἄπαγε. δύσφημα γὰρ ταῦτα, ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' εἴη βιῶναι, ὡς μίαν γοῦν ἡμέραν εὐδαιμονήσω, σοφὸς γενόμενος.

ΛΥΚ. Καὶ ἱκανή σοι ἀντὶ τῶν τοσούτων καμάτων ἡ μία ἡμέρα;

Lyc. Hercules tuam fidem! multum narras.

Herm. Etenim de maximis rebus laboratur.

Lyc. Istuc quidem forte verum fuerit. Sed de viginti annis, utrum te illis victurum, magister tibi tuus promisit, ceu non sapiens modo, sed divinus quidam aut fatidicus, aut ex eorum numero aliquis, qui Chaldaeorum rationes norunt? aiunt quippe scire talia. Neque enim veri simile est, te rebus incertis, an vitam ad virtutem usque perducturus sis, tot labores sustinere, & aerumnis vexari noctes ac dies, cum nescias, an non te iam prope fastigium enixum, instans fatum ex imperfecta spe pede prehensum detrahat.

Herm. Apage. mali enim ominis sunt ista: sed vivere liceat, ut unum certe diem sapientiae possessione beatus sim.

Lyc. Ac satis tibi est pro tot laboribus unus ille dies?

ΕΡΜ. Ἐμοὶ μὲν καὶ ἀκαριαῖον ὁπόσον ἱκανόν.

ΛΥΚ. Τὰ δὲ δὴ ἄνω ὅτι εὐδαίμονα, καὶ τοιαῦτα, 7
ὡς πάντα χρὴν ὑπομεῖναι δι' αὐτά, πόθεν ἔχεις εἰδέναι; οὐ γὰρ δὴ αὐτός πω ἀνελήλυθας.

ΕΡΜ. Ἀλλὰ τῷ διδασκάλῳ πιστεύω λέγοντι· ὁ δὲ πάνυ οἶδεν, ἅτε ἀκρότατος ἤδη ὤν.

ΛΥΚ. Ἔλεγε δὲ πρὸς θεῶν, ποῖα τὰ περὶ αὐτῶν, ἢ τινὰ τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι τὴν ἐκεῖ ἤπου τινὰ πλοῦτον, καὶ δόξαν, καὶ ἡδονὰς ἀνυπερβλήτους;

ΕΡΜ. Εὐφήμει, ὦ ἑταῖρε. οὐδὲν γάρ ἐστι ταῦτα, πρὸς τὸν ἐν τῇ ἀρετῇ βίον.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ τίνα φησὶ τἀγαθὰ, εἰ μὴ ταῦτα ἔξειν πρὸς τὸ τέλος τῆς ἀσκήσεως ἐλθόντας;

ΕΡΜ. Σοφίαν, καὶ ἀνδρίαν, καὶ τὸ καλὸν αὐτὸ, καὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὰ πάντα ἐπίστασθαι βεβαίως πεπεισ-

Herm. Mihi quidem minuta quamvis temporis particula ſatis eſt.

Lyc. Supera autem illa beata eſſe, ac talia, propter quae ſuſtinere omnia conſultum ſit, unde potes ſcire? neque enim ipſe unquam aſcendiſti.

Herm. Ego vero magiſtro fidem habeo dicenti: ille quidem omnino novit, faſtigium iam aſſecutus ſcilicet.

Lyc. Qualem autem dixit, per ego te Deos oro, illorum conditionem, aut quam ibi eſſe felicitatem? numquid divitias, & gloriam, & voluptates inexſuperabiles?

Herm. Bona verba, amice: nihil enim iſta ad vitam cum virtute coniunctam.

Lyc. Quae igitur dicit bona, ſi haec non dicit, habituros, qui ad finem exercitationis pervenerint?

Herm. Sapientiam, & fortitudinem, & ipſum honeſtum, & quod firma perſuaſione novit, quomodo ſe habeant ſin-

μένον, ἢ ἕκαστα ἔχει. πλούτους δὲ, καὶ δόξας, καὶ ἡδονὰς, καὶ ὅσα τοῦ σώματος, πάντα ταῦτα κάτω ἀφῆκε, καὶ ἀποδυσάμενος, ἀνέρχεται, ὥσπερ φασὶ τὸν Ἡρακλέα ἐν τῇ Οἴτῃ καταφλυθέντα, θεὸν γενέσθαι. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἀποβαλὼν ὁπόσον ἀνθρώπειον εἶχε παρὰ τῆς μητρὸς, καὶ καθαρόν τε, καὶ ἀκήρατον φέρων τὸ θεῖον, ἀνέπτατο ἐς τοὺς θεοὺς διευκρινηθὲν ὑπὸ τοῦ πυρός. καὶ οὗτοι δὴ ὑπὸ φιλοσοφίας, ὥσπερ ὑπό τινος πυρὸς, ἅπαντα ταῦτα περιαιρεθέντες, ἃ τοῖς ἄλλοις θαυμαστὰ εἶναι δοκεῖ, οὐκ ὀρθῶς δοξάζουσιν, ἀνελθόντες ἐπὶ τὸ ἄκρον, εὐδαιμονοῦσι, πλούτου, καὶ δόξης, καὶ ἡδονῶν ἀλλ' οὐδὲ μεμνημένοι ἔτι, καταγελῶντες δὲ τῶν οἰομένων ταῦτ' εἶναι.

8 ΑΤΚ. Νὴ τὸν Ἡρακλέα, ὦ Ἑρμότιμε, τὸν ἐν Οἴτῃ, ἀνδρεῖα καὶ εὐδαίμονα λέγεις περὶ αὐτῶν, πλὴν ἀλλὰ τὸ δέ μοι εἰπὲ, καὶ κατέρχονταί ποτε ἐκ τῆς ἄκρας, ἢν ἐθελήσωσι χρησόμενοι τοῖς κάτω, ἃ καταλελοίπασιν, ἢ

gula. Divitias autem, & glorias, & voluptates, & quaecunque ſunt corporis, ea infra reliquit omnia, iiſque exutus aſcendit, ut Herculem aiunt, cum in Oeta conflagraſſet, Deum factum. Etenim ille quoque, abiectis quaecunque humana a matre habebat, puramque & ſinceram divinitatem, ipſo igni quaſi purgatam a ſcoriis ferens, evolavit ad Deos. Et hi ſane a philoſophia velut ab igni quodam liberati illis omnibus, quae admiratione digna aliis non recte rem putantibus videntur, in arcem evecti felix aevum agunt, divitiarum, & gloriae, & voluptatum ne ſervantes quidem memoriam, ſed irridentes eos, qui eſſe aliquid iſta arbitrantur.

Lyc. Oeteum tibi Herculem iuro, Hermotime, magnam tu mihi illorum fortitudinem praedicas, magnam felicitatem: verum hoc mihi expedi, utrum deſcendunt aliquando de arce illa ſua, ſi voluerint, uſuri illis, quae hic reliquе-

ἀνάγκη ἅπαξ ἀνελθόντας αὐτοὺς, μένειν, καὶ συνεῖναι τῇ ἀρετῇ, πλούτου καὶ δόξης καὶ ἡδονῶν καταγελῶντας;

ΕΡΜ. Οὐ μόνον τοῦτο, ὦ Λυκῖνε· ἀλλ' ὃς ἂν ἀποτελεσθῇ πρὸς ἀρετὴν, οὔτε ὀργῇ, οὔτε φόβῳ, οὔτ' ἐπιθυμίαις ὁ τοιοῦτος ἂν δουλεύῃ· οὐδ' ἂν λυποῖτο, οὐδὲ ὅλως πάθος ἔτι τοιοῦτον πάθοι ἄν.

ΛΥΚ. Καὶ μὴν εἴγε με δεῖ, μηδὲν ὀκνήσαντα, εἰπεῖν τἀληθές, ἀλλ' εὐφημεῖν χρὴ οἶμαι, μηδ' ὅσιον εἶναι ἐξετάζειν τὰ ὑπὸ τῶν σοφῶν γιγνόμενα.

ΕΡΜ. Μηδαμῶς, ἀλλ' εἰπὲ ὅ, τι καὶ λέγεις.

ΛΥΚ. Ὅρα, ὦ ἑταῖρε, ὡς ἔγωγε καὶ πάνυ ὀκνῶ.

ΕΡΜ. Ἀλλὰ μὴ ὄκνει, ὦ γενναῖε, πρόσγε μόνον ἐμὲ λέγων.

ΛΥΚ. Τὰ μὲν τοίνυν ἄλλα, ὦ Ἑρμότιμε, διηγουμένῳ σοι παρειπόμην, καὶ ἐπίστευον οὕτως ἔχειν, σοφούς τε γίγνεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἀνδρείους, καὶ δικαίους, 9

runt? an neceſſe eſt eos, qui ſemel aſcenderunt, manere, verſari cum virtute, divitias & voluptates deridere?

Herm. Non hoc ſolum *ita habet*, Lycine: ſed qui conſummatus ad virtutem fuerit, is neque ira, neque metu, neque cupiditatibus ſerviat, neque triſtitia, nec ulla in univerſum perturbatione afficiatur.

Lyc. Verum, ſi quidem fas eſt nihil cunctantem dicere quod res eſt — ſed linguis, puto, favendum hic eſſe, neque per religionem licere inquirere in ea, quae fiunt a ſapientibus.

Herm. Minime, quin tu loquere, quidquid eſt, quod dicis.

Lyc. Vide, amice, quam valde cunctator ſim.

Herm. Tu vero cunctari noli, apud me ſolum qui dicas.

Lyc. Cetera quidem, Hermotime, narrantem te proſequebar, credebamque rem ita habere, ſapienteſque fieri illos, & fortes, & iuſtos, & reliqua, mulcebarque aliquan-

καὶ τἆλλα καὶ πῶς ἐκηλούμην πρὸς τὸν λόγον· ὁπότε δὲ καὶ πλούτου ἔφησθα καταφρονεῖν σφᾶς, καὶ δόξης, καὶ ἡδονῶν, καὶ μήτε ὀργίζεσθαι, μήτε λυπεῖσθαι, πάνυ ἐνταῦθα (μόνω γάρ ἐσμεν) ἐπέστην, ἀναμνησθεὶς ἃ πρότερον εἶδον ποιοῦντα. βούλει φῶ τινα; ἢ ἱκανὸν καὶ ἄνευ τοῦ ὀνόματος;

ΕΡΜ. Μηδαμῶς, ἀλλὰ καὶ τοῦτο εἰπέ, ὅστις ἦν.

ΛΥΚ. Διδάσκαλος αὐτὸς οὗτος ὁ σὸς, ἀνὴρ τἆλλα αἰδοῦς ἄξιος, καὶ γέρων ἤδη ἐς τὸ ὕστατον.

ΕΡΜ. Τί οὖν δὴ ἐποίει;

ΛΥΚ. Τὸν ξένον οἶσθα τὸν Ἡρακλεώτην, ὃς ἐκ παλλοῦ συνεφιλοσόφει αὐτῷ, μαθητὴς ὤν, τὸν ξανθὸν, τὸν ἐριστικόν;

ΕΡΜ. Οἶδα ὃν λέγεις· Δίωνα αὐτῷ τοὔνομα.

ΛΥΚ. Ἐκεῖνον αὐτὸν, ἐπεὶ τὸν μισθὸν, οἶμαι, μὴ ἀπεδίδου κατὰ καιρὸν, ἀπήγαγε παρὰ τὸν ἄρχοντα ἔναγχος, περιβείς γε αὐτῷ ἱμάτιον περὶ τὸν τράχη-

tum ſermone illo tuo. Cum vero etiam divitiarum contemtores eſſe diceres & gloriae & voluptatum, & nec iraſci illos neque dolere, hic omnino (ſoli enim duo ſumus) inſtiti, cum in mentem veniret, quae paulo ante videram facientem — vis dicam quem? an ſatis eſt etiam tacito nomine?

Herm. Nequaquam, ſed hoc etiam dic, quis fuerit.

Lyc. Ipſe tuus ille doctor, reverentia dignus vir cetera, & ultimae aetatis ſenex.

Herm. Quid is igitur faciebat?

Lyc. Hoſpitem noſti illum Heracleenſem, qui diu cum ipſo philoſophatus eſt, tanquam diſcipulus? rufum illum? contentioſum?

Herm. Novi, quem dicas. Dioni nomen eſt.

Lyc. Illum ipſum, cum mercedem puto in tempore non ſolveret, rapuit nuper ad magiſtratum, obtorto collo, vo-

λον, καὶ ἐβόα, καὶ ὠργίζετο, καὶ εἰ μὴ τῶν συνήθων τινὲς ἐν μέσῳ γενόμενοι, ἀφείλοντο τὸν νεανίσκον ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, εὖ ἴσθι, προσφὺς ἂν, ἀπέτραγεν αὐτοῦ τὴν ῥῖνα ὁ γέρων, οὕτως ἠγανάκτει.

ΕΡΜ. Πονηρὸς γὰρ ἀεὶ ἐκεῖνος, καὶ ἀγνώμων, ὦ Λυκῖνε, περὶ τὰς ἀποδόσεις. ἐπεὶ τούς γε ἄλλους, οἷς δανείζει, πολλοὺς ὄντας, οὐδὲν τοιοῦτό που διατέθεικεν. ἀποδιδόασι γὰρ αὐτῷ κατὰ καιρὸν τοὺς τόκους.

ΛΥΚ. Τί δὲ, ἂν μὴ ἀποδιδῶσιν, ὦ μακάριε, μέλει τι αὐτῷ, καθαρθέντι ἤδη ὑπὸ Φιλοσοφίας, καὶ μηκέτι τῶν ἐν τῇ Οἴτῃ καταλελειμμένων δεομένῳ;

ΕΡΜ. Οἴει γὰρ ὅτι ἑαυτοῦ χάριν ἐκεῖνος περὶ τὰ τοιαῦτα ἐσπούδακεν; ἀλλ' ἔστιν αὐτῷ παιδία νεογνὰ, ὧν κήδεται, μὴ ἐν ἀπορίᾳ καταβιώσωσι.

ΛΥΚ. Δέον, ὦ Ἑρμότιμε, ἀναγαγεῖν κἀκεῖνα ἐπὶ τὴν ἀρετὴν, ὡς συνευδαιμονοῖεν αὐτῷ, πλούτου καταφρονοῦντα.

ciferans & irarum plenus, & niſi familiarium quidam, qui commodum adeſſent, eripuiſſent ipſius manibus iuvenem, crede mihi, correptum morſu naſum homini abſtuliſſet, adeo indignabatur.

Herm. Nam malus ille ſemper, & in reddendo, quod debet, ingratus. Aliis enim, quibus foeneratur, nihil unquam tale fecit: ſolvunt quippe uſuras tempori.

Lyc. Quid vero, & ſi non ſolvant, o beate, ipſi curae eſt, purgato iam a philoſophia, & relictis illis in Oeta monte nihil iam indigenti?

Herm. Putas enim, ſua ipſum cauſa laborare de talibus. Verum ſunt ipſi parvi liberi, quorum curam habet, ne inopes vitam agant.

Lyc. Oportebat, Hermotime, educere & illos ad virtutem, ut pari cum ipſo felicitate fruantur, & contemnant divitias.

11 ΕΡΜ. Οὐ σχολή μοι, ὦ Λυκῖνε, περὶ τούτων διαλέγεσθαί σοι. σπεύδω γὰρ ἤδη ἀκροάσασθαι αὐτοῦ, μὴ καὶ λάθω τελέως ἀπολειφθείς.

ΛΥΚ. Θάρρει, ὦ γαθέ. τὸ τήμερον γὰρ ἐκεχείρια ἐπήγγελται· ὥστε ἐγὼ ἀφίημί σοι ὅσον ἔτι λοιπὸν τῆς ὁδοῦ.

ΕΡΜ. Πῶς λέγεις;

ΛΥΚ. Ὅτι ἐν τῷ παρόντι οὐκ ἂν ἴδοις αὐτόν, εἴγε χρὴ πιστεύειν τῷ προγράμματι· πινάκιον γάρ τι ἐκρέματο ὑπὲρ τοῦ πυλῶνος, μεγάλοις γράμμασι λέγον, τήμερον οὐ συμφιλοσοφεῖν. ἐλέγετο δὲ παρ' Εὐκράτει, τῷ πάνυ, δειπνήσας χθές, γενέθλια θυγατρὸς ἑστιῶντι, πολλά τε συμφιλοσοφῆσαι ἐν τῷ συμποσίῳ, καὶ πρὸς Εὐθύδημον τὸν ἐκ τοῦ Περιπάτου παροξυνθῆναί τι, καὶ ἀμφισβητῆσαι αὐτῷ, περὶ ὧν ἐκεῖνοι εἰώθασιν ἀντιλέγειν τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς. ὑπό τε οὖν τῆς κραυγῆς, πονήρως τὴν κεφαλὴν διατεθῆναι, καὶ ἰδρῶσαι μάλα πολ-

Herm. Non vacat mihi, Lycine, de his disputare tecum: iam enim festino ad ipsum audiendum, ne forte imprudens plane sero veniam.

Lyc. Bono es animo, bone vir: hodie enim induciae denuntiatae sunt: itaque ego tibi, quod reliquum est viae, remitto.

Herm. Quid ais?

Lyc. Tibi illius iam copiam non futuram, si quidem fides habenda programmati. Tabella enim suspensa super vestibulum, magnis literis scripta significabat, hodie illum non disputare. Dicebatur autem apud Eucratem, nobilem illum, filiae suae natalem qui celebraret convivio, heri coenatus, tum disputasse multa in convivio, tum Euthydemo Peripatetico irarior concertasse cum illo de iis, in quibus ipsi solent contradicere Stoicis; a clamore vero caput illi dolere, & sudasse multum, protracta in mediam noctem,

λὰ ἐς μέσας νύκτας, ἀποταθείσης, ὥς φασι, τῆς συνουσίας· ἅμα δὲ καὶ ἐπεπώκει, οἶμαι, πλέον τοῦ ἱκανοῦ, τῶν παρόντων ὡς εἰκὸς φιλοτησίας προπινόντων, καὶ ἐδεδειπνήκει πλέον, ἢ κατὰ γέροντα· ὥστε ἀναστρέψας, ἤμεσέ τε ὡς ἔφασκον πολλὰ, καὶ μόνον ἀριθμῷ παραλαβὼν τὰ κρέα, ὁπόσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑστῶτι παραδεδώκει, καὶ σημηνάμενος ἐπιμελῶς, τὸ ἀπ' ἐκείνου καθεύδει, μηδένα εἰσδέχεσθαι παραγγείλας. ταῦτα δὲ Μίδου ἤκουσα τοῦ οἰκέτου αὐτοῦ διηγουμένου τισὶ τῶν μαθητῶν, οἳ καὶ αὐτοὶ ἀνέστρεφον μάλα πολλοί.

ΕΡΜ. Ἐκράτησε δὲ πότερος, ὦ Λυκῖνε, ὁ διδάσκα- 12
λος, ἢ ὁ Εὐθύδημος; εἴ τι καὶ τοιοῦτον ἔλεγεν ὁ Μίδας;

ΛΥΚ. Τὰ μὲν πρῶτα φασὶν, ὦ Ἑρμότιμε, ἀγχώμαλα σφίσι γενέσθαι. τὸ δ' οὖν τέλος τῆς νίκης, καθ' ὑμᾶς ἐγένετο, καὶ παραπολὺ ὁ πρεσβύτης ὑπερέσχε. τὸν γοῦν Εὐθύδημον, οὐδ' ἀναιμωτί φασιν ἀπελθεῖν,

13 Ἀγχώμαλα) Ἴσα, ἐγγὺς τοῦ ὁμαλοῦ. V.

ut aiunt, diſputatione. Simul vero biberat, puto, plus quam ſatis fuit, cum, ut fieri ſolet, convivae illum largioribus invitatiunculis ad bibendum provocarent; porro plus, quam pro ſene, cibi ſumſerat. Igitur domum reverſus & vomuit, ut aiunt, copioſe, & cum primum annumerari ſibi iuſſiſſet carnis fruſta, quae puero a tergo ſtanti tradiderat, & curate ea obſignaſſet, ab eo inde tempore dormit, imperato, ne quis intro admittatur. Haec autem e Mida audivi eius ſervo, qui narraret quibuſdam ipſius diſcipulorum, qui & ipſi, multi ſane, revertebantur.

Herm. Uter vero, Lycine, diſceſſit ſuperior, doctorne meus, an Euthydemus? numquid tale etiam narravit Midas?

Lyc. Primo quidem aequo fere Marte pugnatum eſſe: ceterum finis victoriae penes vos fuit, multumque fuit ſenex ſuperior. Euthydemum enim nec incruentum diſceſſiſ-

ἀλλὰ τραῦμα παμμέγεθες ἔχοντα ἐν τῇ κεφαλῇ. ἐπεὶ γὰρ ἀλαζὼν ἦν, καὶ ἐλεγκτικὸς, καὶ πείθεσθαι οὐκ ἤθελεν, οὐδὲ παρεῖχε ῥᾴδιον αὐτὸν ἐλέγχεσθαι, ὁ διδάσκαλός σου ὁ βέλτιστος, ὃν εἶχε σκύφον Νεστόρειόν τινα καταφέρει αὐτοῦ, πλησίον κατακειμένου, καὶ οὕτως ἐκράτησεν.

ΕΡΜ. Εὖγε. οὐ γὰρ ἄλλως ἔχρῃν πρὸς τοὺς μὴ ἐθέλοντας εἴκειν τοῖς κρείττοσι.

ΛΥΚ. Ταυτὶ μέν, ὦ Ἑρμότιμε, πάνυ εὔλογα. ἢ τί γὰρ παθὼν Εὐθύδημος, ἄνδρα γέροντα παρώξυνεν, ἀόργητον, καὶ θυμοῦ κρείττονα, σκύφον οὕτω βαρὺν ἐν τῇ
13 χειρὶ ἔχοντα; Ἀλλὰ, σχολὴν γὰρ ἄγομεν, τί οὐ διηγῇ μοι ἑταίρῳ ὄντι, ὃν τρόπον ὡρμήθης τὸ πρῶτον φιλοσοφεῖν, ὡς καὶ αὐτὸς εἰ δυνατὸν, ἔτι συνοδοιπορήσω ὑμῖν, τὸ ἀπὸ τοῦδε ἀρξάμενος; οὐ γὰρ ἀποκλείσετέ με δηλαδὴ φίλοι ὄντες.

se aiunt, sed vulnus habentem in capite maximum. Cum enim insolens esset, & convellere nostrum studiose vellet, & persuaderi sibi nollet, nec facilem refutanti se praeberet, optimus ille tuus magister, quem forte habebat scyphum, Nestoreum quendam, impingit in illum prope accubantem, & ira superavit.

Herm. Bonum factum! neque enim aliter oportebat adversus eos, qui cedere melioribus recusant.

Lyc. Illa quidem, Hermotime, valde rationabilia. Quibus enim intemperiis agitatus Euthydemus virum senem incendit, irritari nescium, & ira superiorem, scyphum adeo gravem manu tenentem? Verum enimvero, quando otiosi sumus, quid non narras mihi tuo sodali, quomodo primum animum ad philosophiam appulerit? ut ipse quoque, si fieri possit, iter illud vestrum ingrediar, initio ab hac inde hora facto. Neque enim excludetis me videlicet, amicum amici.

ΕΡΜ. Εἰ γὰρ ἐθελήσειας, ὦ Λυκῖνε, ὄψει ἐν βραχεῖ ὅσον διαίσεις τῶν ἄλλων· παῖδας εὖ ἴσθι οἰήσῃ ἅπαντας, ὡς πρὸς σὲ, τοσοῦτον ὑπερφρονήσεις αὐτός.

ΛΥΚ. Ἱκανὸν, εἰ μετὰ εἴκοσιν ἔτη γενοίμην τοιοῦτος, οἷος σὺ νῦν.

ΕΡΜ. Ἀμέλει, καὶ αὐτὸς κατὰ σὲ γεγονὼς, ἠρξάμην φιλοσοφεῖν τετταρακοντούτης σχεδὸν, ὁπόσα, οἶμαι, σὺ νῦν γέγονας.

ΛΥΚ. Τοσαῦτα γὰρ, ὦ Ἑρμότιμε. ὥστε τὴν αὐτὴν ἄγε, λαβὼν, καμὲ, δίκαιον γάρ· καὶ πρῶτόν γέ μοι τοῦτο εἰπὲ, δίδοτε ἀντιλέγειν τοῖς μανθάνουσιν, ἤν τι μὴ ὀρθῶς λέγεσθαι δοκῇ αὐτοῖς; ἢ οὐκ ἐφίετε τοῦτο τοῖς νεωτέροις;

ΕΡΜ. Οὐ πάνυ. σὺ δὲ, ἤν τι βούλῃ, ἐρώτα μεταξὺ, καὶ ἀντίλεγε· ῥᾷον γὰρ οὕτω μάθῃς.

ΛΥΚ. Εὖγε, νὴ τὸν Ἑρμῆν, ὦ Ἑρμότιμε, αὐτὸν, οὗ

Herm. Modo velles, Lycine! paulo poſt videres, quantum ſuperes alios. Pueros, mihi crede, iudicabis, ad te *ſi comparentur*, omnes: tantum illos ſuperabis ſapientia.

Lyc. Satis mihi fuerit, ſi poſt viginti annos talis fiam, qualem te nunc video.

Herm. Noli eſſe ſollicitus: ego quoque ea, qua nunc tu es, aetate philoſophari coepi, quadraginta circiter annorum, quot tu iam, puto, natus es.

Lyc. Nempe totidem, Hermotime. Itaque eadem via ſuſceptum me quoque ducito; aequum enim eſt. Sed primum quidem hoc mihi dic, Permittitiſne contradicere diſcentibus, ſi quid minus recte dictum illis videatur? an non conceditis hoc iunioribus?

Herm. Non uſquequaque. At tu ſi quid volueris, inter *dicendum* interrogato, & contradicito: ſic enim diſces facilius.

Lyc. Bene, ita me Mercurius amet, [Gr. *Hermes*] cuius tu

14 ἐπώνυμος ὢν τυγχάνεις. Ἀτὰρ εἰπέ μοι, μία τις ὁδός ἐστιν ἡ ἐπὶ φιλοσοφίαν ἄγουσα, ἡ τῶν Στωϊκῶν ὑμῶν; ἢ ἀληθῆ ἐγὼ ἤκουον, ὡς καὶ ἄλλοι πολλοί τινές εἰσι;

ΕΡΜ. Μάλα πολλοὶ, Περιπατητικοὶ, καὶ Ἐπικούρειοι, καὶ οἱ τὸν Πλάτωνα ἐπιγραφόμενοι καὶ οὗ Διογένους ἄλλοι τινὲς, καὶ Ἀντισθένους ζηλωταὶ, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου, καὶ ἔτι πλείους.

ΛΥΚ. Ἀληθῆ ταῦτα, πολλοὶ γάρ εἰσι. πότερον δῆ, ὦ Ἑρμότιμε, τὰ αὐτὰ οὗτοι λέγουσιν, ἢ διάφορα;

ΕΡΜ. Καὶ πάνυ διάφορα.

ΛΥΚ. Τὸ δέ γε ἀληθὲς, οἶμαι, πάντως που ἓν ἦν αὐτῶν, ἀλλ' οὐ πάντα διάφορά γε ὄντα.

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν.

15 ΛΥΚ. Ἴθι δῆ, ὦ φιλότης, ἀπόκριναί μοι, τῷ ποτε πιστεύσας τὸ πρῶτον σὺ, ὁπότε ἥξεις φιλοσοφήσων, πολλῶν σοι θυρῶν ἀνεπεταμένων, παρεὶς σὺ τὰς ἄλ-

nomine appellaris. At illud mihi dic, unane via eſt ad philoſophiam ducens, veſtra illa Stoicorum, an verum ego audivi, & alios multos eſſe, [*qui diverſas vias ſequantur?*]

Herm. Sane quam multi, Peripatetici, & Epicurei, & qui Platonis ſibi nomen inſcribunt, & rurſus alii quidam Diogenis, & Antiſthenis aemuli, & qui a Pythagora ſunt, & adhuc plures.

Lyc. Vera dicis: multi enim ſunt. Utrum vero eadem iſti, Hermotime, dicunt, an diverſa?

Herm. Omnino diverſa.

Lyc. Sed verum quidem, puto, omnino unum illorum eſſe, at non omnia, ſi quidem ſunt diverſa.

Herm. Recte ſane.

Lyc. Age ergo, amice, reſponde mihi, cui tandem *argumento* fidem tu primum habens, cum philoſophatum ires, ac multae tibi ianuae paterent, ceteris relictis, Stoicorum

λας, εἰς τὴν τῶν Στωϊκῶν ἦκες, καὶ δι' ἐκείνης ἠξίους ἐπὶ τὴν ἀρετὴν εἰσιέναι, ὡς δὴ μόνης ἀληθοῦς οὔσης, καὶ τὴν εὐθεῖαν ἐπιδεικνυούσης, τῶν δ' ἄλλων εἰς τυφλὰ καὶ ἀνέξοδα φερουσῶν; τίνι ταῦτ' ἐτεκμαίρου τότε; καὶ μή μοι τὸν νῦν δὴ τοῦτον σεαυτὸν ἐννόει, τὸν εἴτε ἡμίσοφον, εἴτε σοφὸν ἤδη τὰ βελτίω κρίνειν ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς ἡμᾶς δυνάμενον· ἀλλ' οὕτως ἀπόκριναι, ὁποῖος τότε ἦσθα ἰδιώτης, καὶ κατὰ τὸν νῦν ἐμέ.

ΕΡΜ. Οὐ συνίημι ὅ, τι σοι τοῦτο βούλεται, ὦ Λυκῖνε.

ΛΥΚ. Καὶ μὴν οὐ πάνυ ἀγκύλον ἠρόμην. πολλῶν γὰρ ὄντων Φιλοσόφων, οἷον, Πλάτωνος, καὶ Ἀριστοτέλους, καὶ Ἀντισθένους, καὶ τῶν ὑμετέρων προγόνων, τοῦ Χρυσίππου, καὶ Ζήνωνος, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι εἰσὶ, τῷ σὺ πιστεύσας, τοὺς μὲν ἄλλους εἴας, ἐξ ἁπάντων δὲ προελόμενος, ἅπερ προήρησαι, ἀξιοῖς κατὰ ταῦτα φιλοσοφεῖν; ἆρα καὶ σὲ ὥσπερ τὸν Χαιρεφῶντα ὁ

16 Τὸν Χαιρεφῶντα) Ὅτι Στωϊκὸς ὁ Σωκράτης. ἐπ' αὐτὸν γὰρ ὁ Πύθιος Χαιρεφῶντα προυτρέψατο. εἰπόν· ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος. V.

illam ingressus sis, ac per eam decreveris ad virtutem intrare, velut sola ea vera sit, & rectam viam ostendat, reliquis ad caeca & exitum non habentia loca ducentibus; quo, inquam, argumento ista tum colligebas? Nec velis mihi illum, qui nunc es, te ipsum cogitare, vel semisapientem, vel sapientem plane, qui meliora iudicare prae nobis, qui de vulgo sumus, possis: verum pro eo responde, qualis tum eras, idiota, & mei, ut nunc sum, similis.

Herm. Non intelligo, quid hoc tibi sermone velis, Lycine.

Lyc. Atqui nihil valde tortuosum interrogavi. Cum enim philosophi sint multi, ut Plato, ut Aristoteles, ut Antisthenes, & de vestris progenitoribus Chrysippus, Zeno, reliqui quotquot sunt, quo, inquam, argumento reliquos adspernatus, ex omnibus elegisti, quae elegisti, & secundum haec philosophandum censes? Numquid te etiam, ut Chae-

Πύθιος ἐξέπεμψεν ἐπὶ τὰ Στωϊκῶν, ἀρίστους ἐξ ἁπάντων προειπών; ἔθος γὰρ αὐτῷ ἄλλον ἐπ' ἄλλο εἶδος φιλοσοφίας προτρέπειν, τὴν ἁρμόττουσαν οἶμαι ἑκάστῳ εἰδέναι.

ΕΡΜ. Ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον, ὦ Λυκῖνε. οὐδὲ ἠρόμην περί γε τούτων τὸν θεόν.

ΛΥΚ. Πότερον οὐκ ἄξιον θείας συμβουλίας ἡγούμενος αὐτό, ἢ ἱκανὸς ὤου αὐτὸς εἶναι ἑλέσθαι τὸ βέλτιον κατὰ σαυτὸν, ἄνευ τοῦ θεοῦ;

ΕΡΜ. Ὠμην γάρ.

16 ΛΥΚ. Οὐκοῦν καὶ ἡμᾶς ἂν διδάσκοις τοῦτο πρῶτον, ὅπως διαγνωστέον ἡμῖν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ, τίς ἡ ἀρίστη φιλοσοφία ἐστὶ, καὶ ἡ ἀληθεύουσα, καὶ ἣν ἄν τις ἕλοιτο, παρεὶς τὰς ἄλλας;

ΕΡΜ. Ἐγώ σοι φράσω. ἑώρων τοὺς πλείστους ἐπ' αὐτὴν ὁρμῶντας, ὥστε εἰκάζον ἀμείνω εἶναι αὐτήν.

rephontem, Pythius ad Stoicorum rationem ablegavit, optimos omnium illos praedicens? Mos enim illi alium ad aliud philosophiae genus hortari, qui noverit, opinor, quod cuique maxime conveniat.

Herm. At nihil tale, Lycine; nec interrogavi de hisce Deum.

Lyc. Utrum ideo, quod parum dignum negotium deliberatione divina iudicares, an quod sufficere te putabas, qui per te ipsum, quod optimum esset, etiam sine Deo eligeres?

Herm. Nimirum sic putabam.

Lyc. Igitur nos etiam hoc primum docueris, quomodo ab initio statim dignosci possit, quae sit optima philosophia, & verax, quam quis relictis ceteris eligat.

Herm. Ego tibi dicam. Videbam plerosque ad illam ferri: hanc itaque optimam esse colligebam.

ΛΥΚ. Πόσῳ τινὶ πλείους τῶν Ἐπικουρείων, ἢ Πλατωνικῶν, ἢ Περιπατητικῶν; ἠρίθμησας γὰρ αὐτοὺς δηλαδὴ, καθάπερ ἐν ταῖς χειροτονίαις.

ΕΡΜ. Ἀλλ' οὐκ ἠρίθμησα ἔγωγε· εἰκαζον δέ.

ΛΥΚ. Ὡς οὐκ ἐθέλεις διδάξαι με, ἀλλ' ἐξαπατᾷς· ὃς περὶ τῶν τοιούτων εἰκασμῷ φῂς καὶ πλήθει κρῖναι, ἀποκρυπτόμενος λέγειν πρός με τἀληθές.

ΕΡΜ. Οὐ μόνον τοῦτο, ὦ Λυκῖνε, ἀλλὰ καὶ ἤκουον ἁπάντων λεγόντων, ὡς οἱ μὲν Ἐπικούρειοι, γλυκύθυμοι, καὶ φιλήδονοί εἰσιν· οἱ Περιπατητικοὶ δὲ, καὶ φιλόπλουτοι, καὶ ἐριστικοί τινες· οἱ Πλατωνικοὶ δὲ, τετύφωνται, καὶ φιλόδοξοί εἰσι· περὶ δὲ τῶν Στωϊκῶν πολλοὶ ἔφασκον ὅτι ἀνδρώδεις, καὶ πάντα γιγνώσκουσι· καὶ ὅτι ὁ ταύτην ἰὼν τὴν ὁδὸν, μόνος βασιλεὺς, μόνος πλούσιος, μόνος σοφὸς, καὶ συνόλως ἅπαντα.

ΛΥΚ. Ἔλεγον δὲ ταῦτα πρὸς σὲ ἄλλοι δηλαδὴ περὶ 17

Lyc. Quanto plures *videbas* Epicureis, aut Platonicis, aut Peripateticis? Numerabas enim illos videlicet, ut in ſuffragiis.

Herm. Quin non numerabam equidem: ſed coniiciebam.

Lyc. Ut tu non vis me docere! ſed fallis, qui de tali re coniectura te dicas & multitudine iudicaſſe, & verum apud me dicere ſubterfugias.

Herm. Non hoc ſolum, Lycine, ſed audiebam quoque omnes dicere, Epicureos quidem delicatos eſſe & voluptuarios, Peripateticos vero divitiarum amantes & contentioſos, Platonicos denique inflatos gloriaeque cupidos. De Stoicis autem multi praedicabant, fortes eſſe & cognoſcere omnia; qui vero illam viam elegiſſet, eum ſolum regem, ſolum divitem, ſolum ſapientem, & in univerſum omnia.

Lyc. Dicebant vero de illis haec ad te alii nimirum?

αὐτῶν. οὐ γὰρ δὴ ἐκείνοις ἂν αὐτοῖς ἐπίστευσας ἐπαινοῦσι τὰ αὐτῶν.

ΕΡΜ. Οὐδαμῶς, ἀλλ' οἱ ἄλλοι ἔλεγον.

ΛΥΚ. Οἱ μὲν δὴ ἀντίδοξοι οὐκ ἔλεγον, ὡς τὸ εἰκός· [οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τὰ ἄλλα Φιλοσοφοῦντες.]

ΕΡΜ. Οὐ γάρ.

ΛΥΚ. Οἱ δ' ἄρα ἰδιῶται ταῦτα ἔλεγον.

ΕΡΜ. Καὶ μάλα.

ΛΥΚ. Ὁρᾷς ὅπως αὖθις ἐξαπατᾷς με, καὶ οὐ λέγεις τἀληθές, ἀλλ' οἴει Μαργίτῃ διαλέγεσθαί τινι, ὡς πιστεῦσαι ὅτι Ἑρμότιμος, ἀνὴρ συνετὸς, ἔτη τότε γεγονὼς τεσσαράκοντα περὶ Φιλοσοφίας, καὶ Φιλοσόφων ἀνδρῶν, τοῖς ἰδιώταις ἐπίστευσε, καὶ κατὰ τὰ ὑπ' ἐκείνων λεγόμενα, ἐποιεῖτο τὴν αἵρεσιν καὶ τῶν κρειττόνων ἀξιῶν. οὐ γὰρ πιστεύσαιμί σοι τοιαῦτα λέγοντι.

18 ΕΡΜ. Ἀλλ' οἶσθα, ὦ Λυκῖνε, οὐχὶ τοῖς ἄλλοις μόνον ἐπίστευον, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτῷ. ἑώρων γὰρ αὐτοὺς

10 Μαργίτῃ) Μαιομένῳ. V.

Neque enim ſane illis ipſis credidiſſes ſua laudantibus.

Herm. Nequaquam, ſed dicebant ceteri.

Lyc. Qui vero diverſae ſententiae erant, non dicebant, arbitror: hi vero erant, qui aliter philoſophantur.

Herm. Non ſane.

Lyc. Ergo idiotae dicebant iſta.

Herm. Ita eſt.

Lyc. Vides, quam iterum me decipias, nec verum dicas, ſed cum Margite te quodam diſputare putes, qui credat, Hermotimum, virum prudentem, annos tunc natum quadraginta, de philoſophia & philoſophis fidem habuiſſe idiotis, & ſecundum illorum dicta feciſſe electionem & principatum tribuiſſe. Neque enim talia dicenti crediderim.

Herm. Sed noris, Lycine; non aliis modo credidi, ſed ipſi mihi. Videbam enim illos decenter ingredientes, ami-

κοσμίως βαδίζοντας, ἀναβεβλημένους εὐσταλῶς, Φροντίζοντας ἀεὶ, ἀρρενωπους, ἐν χρῷ κουρίας τοὺς πλείστους, οὐδὲν ἄβρον, οὐδ' αὖ πάνυ ἐς τὸ ἀδιάφορον ὑπερεκπίπτον, ὡς ἔκπληκτον εἶναι καὶ κυνικὸν ἀτεχνῶς, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μέσου καταστήματος, ὃ δὴ ἄριστον ἅπαντες εἶναι φασίν.

ΛΥΚ. Ἆρ' οὖν κἀκεῖνα εἶδες ποιοῦντας αὐτοὺς, ἃ μικρῷ πρόσθεν ἔλεγον αὐτὸς ἑωρακέναι τὸν σὸν διδάσκαλον, ὦ Ἑρμότιμε, πράττοντα; οἷον, δανείζοντας, καὶ ἀπαιτοῦντας πικρῶς, καὶ Φιλονείκως πάνυ ἐρίζοντας ἐν ταῖς ξυνουσίαις, καὶ τἆλλα ὅσα ἐπιδείκνυνται; ἢ τούτων ὀλίγον σοι μέλει, ἄχρις ἂν εὐσταλὴς ἡ ἀναβολὴ, καὶ ὁ πώγων βαθὺς, καὶ ἐν χρῷ ἡ κουρά; καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν ἄρα ἔχωμεν τουτονὶ κανόνα, καὶ στάθμην ἀκριβῆ τῶν τοιούτων, ὡς Ἑρμότιμός φησι, καὶ χρὴ ἀπὸ σχημάτων, καὶ βαδισμάτων, καὶ κουρᾶς διαγιγνώσκειν τοὺς ἀρίστους· ὃς δ' ἂν μὴ ἔχῃ ταῦτα, μηδὲ σκυθρωπὸς

ctos honeſte, cogitabundos ſemper, virile quid tuentes, ad cutem tonſos pleroſque, nihil neque molle, neque rurſus in nimiam negligentiam prolapſum, (*quo fit*, ut attonitus aliquis & plane cynicus ſit) ſed in medio *quodam* ſtatu, quem optimum omnes eſſe perhibent, *conſtitutos*.

Lyc. Numquid igitur iſta quoque illos facere videbas, quae paulo ante ipſe dicebam me vidiſſe tuum, Hermotime, magiſtrum facere? verbi cauſa, foenerari, & repoſcere acerbe, & rixoſe omnino contendere in congreſſionibus, & reliqua, quae in ſe demonſtrant? an parum iſta curas, dum compoſitus ſit amictus, & barba prolixa, & capillus ad cutem detonſus? &, quod ſupereſt, hunc habemus canona, hanc regulam exquiſitam talium, de ſententia Hermotimi; atque oportet ex habitu, inceſſu, tonſura dignoſcere optimos; quicunque vero iſta non habuerit, qui neque terri-

ἦ, καὶ φροντιστικὸς τὸ πρόσωπον, ἀποδοκιμαστέος, καὶ
19 ἀποβλητέος; Ἀλλ' ὅρα μὴ καὶ ταῦτα, ὦ Ἑρμότιμε, παίζεις πρὸς μὲ, πειρώμενος, εἰ ἐξαπατώμενος συνίημι.

ΕΡΜ. Διατί τοῦτ' ἔφησθα;

ΛΥΚ. Ὅτι, ὦ γαθὲ, ἀνδριάντων ταύτην ἐξέτασιν λέγεις, τὴν ἀπὸ τῶν σχημάτων. παραπολὺ γοῦν ἐκεῖνοι εὐσχημονέστεροι, καὶ τὰς ἀναβολὰς κοσμιώτεροι, Φειδίου τινὸς, ἢ Ἀλκαμένους, ἢ Μύρωνος πρὸς τὸ εὐμορφότατον εἰκάσαντος. εἰ δὲ καὶ ὅτι μάλιστα χρὴ τεκμαίρεσθαι τοῖς τοιούτοις, τί ἂν πάθοι τις, εἰ τυφλὸς ὢν ἐπιθυμοίη φιλοσοφεῖν; τῷ διαγνῶ τὸν τὴν ἀμείνω προαίρεσιν προηρημένον, οὔτε σχῆμα οὔτε βάδισμα ὁρᾶν δυνάμενος;

ΕΡΜ. Ἀλλ' ἔμοιγε οὐ πρὸς τυφλοὺς ὁ λόγος, ὦ Λυκῖνε, οὐδέ μοι μέλει τῶν τοιούτων.

ΛΥΚ. Ἐχρῆν μὲν, ὦ χρηστὲ; κοινόν τι τὸ γνώρισμα εἶναι τῶν οὕτω μεγάλων, καὶ ἅπασι χρησίμων. πλὴν

cus fuerit & cogitabundo vultu, reprobandus eſt ac reiiciendus? Sed vide, ne in his quoque ludas me, Hermotime, tentans, decipine me ſentiam.

Herm. Quorſum hoc dixiſti?

Lyc. Quod ſtatuarum, bone vir, probationem mihi narraſti, quae ſit ex habitu. Multum enim illae magis compoſitae, decentius amictae, ubi Phidias aliquis, vel Alcamenes, vel Myron ad formoſiſſimam illas ſpeciem configuravit. Si vero vel maxime ſignis talibus utendum eſt, quid faciat, ſi quis caecus philoſophari cupiat? qua re dignoverit ſectae melioris ſectatorem, qui neque habitum cernere neque inceſſum queat?

Herm. At mihi oratio eſt non ad caecos, neque tales curo.

Lyc. Debebat quidem, bone vir, commune quoddam ſignum eſſe rerum ita magnarum & omnibus utilium. In-

εἰ δοκεῖ, οἱ μὲν, ἔξω ἡμῶν φιλοσοφίας μενέτωσαν οἱ τυφλοὶ, ἐπείπερ μηδὲ ὁρῶσι. καίτοι ἀναγκαῖον ἦν τοῖς τοιούτοις μάλιστα φιλοσοφεῖν, ὡς μὴ πάνυ ἄχθοιντο ἐπὶ τῇ συμφορᾷ. οἱ δὲ δὴ βλέποντες, καὶ πάνυ ὀξυδερκεῖς ὄντες, τί ἂν δύναιντο συνιδεῖν τῶν τῆς ψυχῆς, ἀπό γε τῆς ἔξωθεν ταύτης περιβολῆς; Ὃ δὲ βούλομαι εἰπεῖν, τοιόν δέ ἐστιν, οὐχ ὅτι τῆς γνώμης τῶν ἀνδρῶν ἔρωτι προσήεις αὐτοῖς, καὶ ἠξίους ἀμείνων γίγνεσθαι ἐς τὰ τῆς γνώμης;

ΕΡΜ. Καὶ μάλα.

ΛΥΚ. Πῶς οὖν οἷόν τέ σοι ἦν, ἀφ' ὧν ἔφησθα ἐκείνων τῶν γνωρισμάτων διορᾶν, τὸν ὀρθῶς φιλοσοφοῦντα, ἢ μή; οὐ γὰρ φιλεῖ τὰ τοιαῦτα οὕτω διαφαίνεσθαι, ἀλλ' ἔστιν ἀπόῤῥητα, καὶ ἓν ἀφανεῖ κείμενα, λόγοις καὶ συνουσίαις ἀναδεικνύμενα, καὶ ἔργοις τοῖς ὁμοίοις ὀψὲ μόλις. ὁ γοῦν Μῶμος, ἀκήκοας, οἶμαι, ἅ τινα

terim, si videtur, extra philosophiam nobis maneant caeci, quandoquidem neque oculis cernunt: quamquam talibus vel maxime necesse erat philosophari, ne nimis graviter calamitatem ferrent. Sed ipsi sane, qui vident, si vel acutissimum cernant, quidnam videre queant eorum, quae in animo sunt, ex illo externo amictu? Quod autem dicere volo, eiusmodi est. Nonne *verum est*, te amore quodam mentis & *sententiarum* in his viris ad eos accessisse, & mente *ac sententiis* fieri voluisse meliorem?

Herm. Ita est.

Lyc. Quomodo ergo potuisti signis, quae modo dicebas, recte vel secus philosophantem pervidere? Neque enim solent ita dilucere talia, sed secreta sunt, in occulto latent, sermonibus & congressionibus, & operibus similibus, vix sero tandem ostenduntur. Itaque Momus ille, audisti puto,

ἠτιάσατο τοῦ Ἡφαίστου· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ νῦν ἄκουε. φησὶ γὰρ ὁ μῦθος ἐρίσαι Ἀθηνᾶν, καὶ Ποσειδῶνα, καὶ Ἥφαιστον εὐτεχνίας πέρι· καὶ τὸν μὲν Ποσειδῶ, ταῦρόν τινα ἀναπλάσαι· τὴν Ἀθηνᾶν δὲ, οἰκίαν ἐπινοῆσαι· ὁ Ἥφαιστος δὲ, ἄνθρωπον ἄρα συνεστήσατο. καὶ ἐπεί-περ ἐπὶ τὸν Μῶμον ἦκον, ὅπερ δικαστὴν προείλοντο, θεασάμενος ἐκεῖνος ἑκάστου τὸ ἔργον, τῶν μὲν ἄλλων, ἅττινα ἠτιάσατο, περιττὸν ἂν εἴη λέγειν· ἐπὶ τοῦ ἀνθρώ-που δὲ τοῦτο ἐμέμψατο, καὶ τὸν ἀρχιτέκτονα ἐπέπληξε τὸν Ἥφαιστον, διότι μὴ καὶ θυρίδας ἐποίησεν αὐτῷ κατὰ τὸ στέρνον, ὡς ἀναπετασθεισῶν, γνώριμα γί-γνεσθαι ἅπασιν ἃ βούλεται, καὶ ἐπινοεῖ· καὶ ἢ ψεύ-δεται, ἢ ἀληθεύει. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἅτε ἀμβλυώττων, οὕτω περὶ τῶν ἀνθρώπων διενοεῖτο. σὺ δ' ὑπὲρ τὸν Λυγ-κέα ἡμῖν δέδορκας, καὶ ὁρᾷς τὰ ἔνδον, ὡς ἔοικε, διὰ τοῦ στέρνου, καὶ ἀνέῳκταί σοι τὰ πάντα, ὡς εἰδέναι μὴ

quid Vulcanum accuſaverit: ſin minus, at nunc audi. Fert nempe fabula, contentionem inter Minervam, & Neptunum, & Vulcanum de artis praeſtantia interceſſiſſe; & a Neptuno quidem effictum taurum, a Minerva excogitatam domum, compoſitum a Vulcano hominem. Cum ad Momum veniſſent, quem arbitrum ſibi nempe ſumſerant, perſpecto ille uniuſcuiuſque opere, quid in reliquis reprehenderit, dicere iam ſuperfluum fuerit: in homine autem hoc deſideravit, & increpuit architectum illius Vulcanum, quod non & valvas pectori illius applicuiſſet, quibus apertis nota fierent omnibus, quae is vellet atque cogitaret, atque utrum mentiretur, an vera diceret. Ille igitur ita de hominibus ſentiebat, tanquam qui hebeti *circa illos* viſu eſſet. Tu vero ſupra Lyncea illum nobis acute vides, & quae intus ſunt trans ipſa, opinor, praecordia cernis, & patent tibi omnia, ut non quae velit modo, & quae cogноſcit unuſ-

μόνον ἃ βούλεται, καὶ ἃ γιγνώσκει ἕκαστος, ἀλλὰ καὶ πότερος ἀμείνων ἢ χείρων.

ΕΡΜ. Παίζεις, ὦ Λυκῖνε· ἐγὼ δὲ, κατὰ θεὸν εἱλό- 21
μην· καὶ οὐ μεταμέλει μοι τῆς αἱρέσεως. ἱκανὸν δὲ τοῦτο πρὸς γοῦν ἐμέ.

ΛΥΚ. Ὅμως οὐκ ἂν εἴποις, ὦ ἑταῖρε, καὶ πρὸς ἐμὲ, ἀλλὰ περιόψει με παραπολούμενον ἐν πολλῷ τῷ συρφετῷ;

ΕΡΜ. Οὐδὲν γὰρ ἄν σοι ἀρέσκει, ὧν ἂν εἴπω.

ΛΥΚ. Οὐκ, ὦ γαθέ, ἀλλ' οὐδὲν ἐθέλεις εἰπεῖν ὁποῖον ἄν με ἀρέσειεν. ἐπεὶ δ' οὖν σὺ ἑκὼν ἀποκρύπτῃ, καὶ φθονεῖς ἡμῖν, ὡς μὴ ἐξ ἴσου γενοίμεθά σοι φιλοσοφήσαντες, ἐγὼ πειράσομαι ὅπως ἂν οἷός τε ὦ κατ' ἐμαυτὸν ἐξευρεῖν τὴν ἀκριβῆ περὶ τούτων κρίσιν, καὶ τὴν ἀσφαλεστάτην αἵρεσιν. ἄκουε δὲ καὶ σὺ, εἰ βούλει.

ΕΡΜ. Ἀλλὰ βούλομαι, ὦ Λυκῖνε. ἴσως γάρ τι γνώριμον ἐρεῖς.

quisque, scias, verum etiam uter melior sit aut deterior.

Herm. Ludis, Lycine. Ego vero secundo numine elegi, neque optionis illius meae me poenitet: satis autem hoc, mihi quidem, est.

Lyc. Mihi tamen hoc non dixeris sufficere; sed negliges me in multa illa colluvione pereuntem cum reliquis?

Herm. Nihil enim tibi placet, quidquid dixero.

Lyc. Non ita est, bone vir. Sed nihil tu vis dicere, quod placere mihi possit. Quandoquidem vero tu volens occultus es, & nobis invides, ne aeque ac tu philosophemur: ego tentabo, quantum eius facere potero, pro me invenire accuratum de his iudicium, & sectam certissimam. Audi vero & tu, si volueris.

Herm. Ego vero volo, Lycine. Forte enim cognitu aliquid dignum dixeris.

ΛΥΚ. Σκόπει δή, καὶ μὴ καταγελάσῃς, εἰ παντάπασιν ἰδιωτικῶς ἀναζητῶ αὐτό. ἀνάγκη γὰρ οὕτως, ἐπεὶ μὴ σὺ ἐθέλεις σαφέστερον εἰπεῖν, εἰδῶς ἄμεινον.
22 Ἔστω δή μοι ἡ μὲν ἀρετὴ, τοιόν δέ τι, οἷον πόλις τις εὐδαίμονας ἔχουσα τοὺς ἐμπολιτευομένους, (ὡς φαίη ἂν ὁ διδάσκαλος ὁ σὸς, ἐκεῖθέν ποθεν ἀφιγμένος) σοφοὺς ἐς τὸ ἀκρότατον, ἀνδρείους ἅπαντας, δικαίους, σώφρονας, ὀλίγου θεῶν ἀποδέοντας· οἷα δὲ πολλὰ γίγνεται παρ' ἡμῖν, ἁρπαζόντων καὶ βιαζομένων, καὶ πλεονεκτούντων, οὐδὲν ἂν εἴδῃς, φασὶν, ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει τολμώμενον, ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ ξυμπολιτεύονται, μάλα εἰκότως. ἃ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν, οἶμαι, τὰς στάσεις καὶ φιλονεικίας ἐγείρει, καὶ ὧν ἕνεκα ἐπιβουλεύουσιν ἀλλήλοις, ταῦτα πάντα ἐκποδών ἐστιν ἐκείνοις. οὐ γὰρ οὔτε χρυσίον ἔτι, οὔτε ἡδονὰς, οὔτε δόξας ὁρῶσιν, ὡς διαφέρεσθαι περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ πάλαι τῆς πόλεως ἐξ-

16 Διαφέρεσθαι) Διαμάχεσθαι. V.

Lyc. Considera igitur, sed noli irridere, si hominis omnino rudis in morem illud disquiram: necesse enim est ita *facere*, cum tu, qui melius scias, dicere clarius nolis. Sit igitur mihi virtus tale quiddam, velut civitas quaedam beatos habens cives, (ut dicat forte tuus magister, inde aliqua via huc delatus) sapientes summo gradu, fortes universos, tum iustos, temperantes, parum Diis minores. Eorum vero, quae multa apud nos fiunt, cum rapiant homines, vim faciant, iusto plus sibi arrogent, nihil videas, aiunt, in ea urbe quemquam audere, sed per pacem & concordiam civitate una fruuntur. Nec mirum. Quae enim, puto, aliis in civitatibus seditiones & contentiones excitant, quorum causa mutuas sibi insidias struunt homines, illa e medio sublata apud illos sunt omnia. Neque enim amplius aurum, neque voluptates, neque glorias spectant, de quibus certent; sed olim civitate illa exegerunt, non necessa-

ελληλάκασιν αὐτὰ, οὐκ ἀναγκαῖα ἡγησάμενοι ξυμπολιτεύεσθαι· ὥστε γαληνόν τινα, καὶ πανευδαίμονα βίον βιοῦσι, ξὺν εὐνομίᾳ, καὶ ἰσότητι, καὶ ἐλευθερίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς.

ΕΡΜ. Τί οὖν, ὦ Λυκῖνε; οὐκ ἄξιον ἅπαντας ἐπιθυ- 23
μεῖν πολίτας γίγνεσθαι τῆς τοιαύτης πόλεως, μήτε κάματον ὑπολογιζομένους τὸν ἐν τῇ ὁδῷ, μήτε πρὸς τὸ μῆκος τοῦ χρόνου ἀπαγορεύοντας, εἰ μέλλουσιν ἀφικόμενοι ἐγγραφήσεσθαι καὶ αὐτοὶ, καὶ μεθέξειν τῆς πολιτείας;

ΛΥΚ. Νὴ Δί', ὦ Ἑρμότιμε, πάντων μάλιστα ἐπὶ τούτῳ σπουδαστέον· τῶν δ' ἄλλων ἀμελητέον. καὶ μήτε πατρίδος τῆς ἐνταῦθα ἐπιλαμβανομένης, πολὺν ποιεῖσθαι λόγον, μήτε παίδων, ἢ γονέων, ὅτῳ εἰσὶν ἐπικατεχόντων, καὶ κλαυθμυριζομένων, ἐπικλᾶσθαι, ἀλλὰ μάλιστα μὲν κἀκείνους παρακαλεῖν ἐπὶ τὴν αὐτὴν ὁδόν. εἰ δὲ μὴ ἐθέλοιεν, ἢ μὴ δύναιντο, ἀποσεισάμενον αὐτοὺς, χωρεῖν εὐθὺ τῆς πανευδαίμονος ἐκείνης πόλεως· καὶ αὐτὸ

ria rati, quae in ea verſentur. Itaque tranquillam quandam & undique beatam vitam vivunt, cum bonis legibus, & aequalitate, & libertate, & bonis reliquis.

Herm. Quid ergo, Lycine? nonne dignum eſt, omnes concupiſcere civitatem eam adipiſci, nec laborem imputantes viae, neque animum deſpondentes propter longitudinem viae, ſi futurum ſit, ut, ubi pervenerint, adſcribantur & ipſi *in tabulis publicis*, civitatemque conſequantur?

Lyc. Per Iovem, Hermotime, omnium maxime in hoc elaborandum eſt, reliquorum vero cura abiicienda; neque ſi haec *antiqua* patria manum iniiciat, multam habere rationem *oportet*, neque liberis aut parentibus, ſi cui ſint, retinere cum ploratu volentibus, frangi; ſed primum quidem hortari & illos ad eandem viam *ingrediendum*; ſi vero nolint, vel non poſſint, dimotis illis recta procedere ad beatam il-

ἀπορρίψαντα τὸ ἱμάτιον, εἰ τούτου ἐπειλημμένοι κατερύκοιεν, ἐσσύμενον ἐκεῖσε. οὐ γὰρ δέος μή σέ τις ἀποκλείσῃ, καὶ γυμνὸν ἐκεῖσε ἥκοντα. Ἤδη γάρ ποτε καὶ ἄλλοτε πρεσβύτου ἀνδρὸς ἤκουσα διεξιόντος, ὅπως τὰ ἐκεῖ πράγματα ἔχοι, καί με προὔτρεπεν ἕπεσθαί οἱ πρὸς τὴν πόλιν· ἡγήσεσθαι γὰρ αὐτός· καὶ ἐλθόντα ἐγγράψειν, καὶ Φυλέτην ποιήσασθαι, καὶ Φρατρίας μεταδώσειν τῆς αὑτοῦ, ὡς μετὰ πάντων εὐδαιμονοίην. ἀλλ' ἐγὼ οὐ πιθόμην ὑπ' ἀνοίας, καὶ νεότητος τότε, πρὸ πεντεκαίδεκα σχεδὸν ἐτῶν. ἴσως γὰρ ἂν αὐτὰ ἤδη ἀμφὶ τὰ προάστεια, καὶ πρὸς ταῖς πύλαις ἦν ἄν. ἔλεγε δ' οὖν περὶ τῆς πόλεως, εἴ γε μέμνημαι, ἄλλα τε πολλὰ, καὶ ἤδη καὶ τάδε, ὡς ξύμπαντες μὲν ἐπήλυδες καὶ ξένοι εἶεν, αὐθιγενὴς δὲ οὐδείς· ἀλλὰ καὶ βαρβάρους ἐμπολιτεύεσθαι πολλοὺς, καὶ δούλους, καὶ ἀμόρφους, καὶ μικροὺς, καὶ πένητας· καὶ ὅλως, μετέχειν τῆς πόλεως

2 Ἐσσόμενον) Ὁρμώμενον. V. σε καὶ ἐσσύμενον κατερύκοι. M. Ὅμηρος (Il. Z, 518.) ἣ μάλα δή. 7 Καὶ φρατρ.) Συντάγματος. V.

lam ex omni parte civitatem; & ipſo abiecto veſtimento, ſi forte illo comprehenſo impediant, eo erumpere. neque enim metus eſt, ne quis excludat vel nudum eo advenientem. Iam enim alias quondam ſenem audivi enarrantem, uti ſe res illae haberent; iſque me hortatus eſt, uti ad eam ſe civitatem ſequerer; ipſum enim ſe praeiturum, & adſcripturum *civibus*, cum adveniſſem, & tribulem facturum, & curiae mihi ſuae ius impertiturum, ut cum omnibus beatam vitam viverem. Ego vero ptae iuvenili tum inſcitia, quindecim fere anni ſunt, non ſum obſecutus: forte circa ipſa iam ſuburbia, & ad portas eſſem. Dicebat autem de civitate illa, ſi bene memini, tum alia multa, tum iſta etiam: Omnes ibi advenas eſſe & peregrinos, indigenam neminem: ſed & barbaros in civitate verſari multos & ſervos, & deformes, & parvos, & pauperes, atque in univerſum ci-

τὸν βουλόμενον. τὸν γὰρ δὴ νόμον αὐτοῖς, οὐκ ἀπὸ τιμημάτων ποιεῖσθαι τὴν ἐγγραφὴν, οὐδ' ἀπὸ σχημάτων, ἢ μεγέθους ἢ κάλλους, οὐδ' ἀπὸ γένους, οὐδὲ λαμπρῶν ἐκ προγόνων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, οὐδὲ νομίζεσθαι παρ' αὐτοῖς, ἀποχρῆν δ' ἑκάστῳ πρὸς τὸ πολίτην γενέσθαι, σύνεσιν, καὶ ἐπιθυμίαν τῶν καλῶν, καὶ πόνων, καὶ τὸ λιπαρὲς, καὶ τὸ μὴ ἐνδοῦναι, μηδὲ μαλακισθῆναι πολλαῖς τοῖς δυσχερέσι, κατὰ τὴν ὁδὸν ἐντυγχάνοντα· ὡς ὅστις ἂν ταῦτ' ἐπιδείξηται καὶ διεξέλθῃ, πορευόμενος ἄχρι πρὸς τὴν πόλιν, αὐτίκα μάλα πολίτην ὄντα τοῦτον, ὅστις ἂν ᾖ, καὶ ἰσότιμον ἅπασι. τὸ δὲ, χείρων, ἢ κρείττων, ἢ εὐπατρίδης, ἢ ἀγεννὴς, ἢ δοῦλος, ἢ ἐλεύθερος, οὐδὲ ὅλως εἶναι, ἢ λέγεσθαι ἐν τῇ πόλει.

ΕΡΜ. Ὁρᾷς, ὦ Λυκῖνε, ὡς οὐ μάτην, οὐδὲ περὶ μι- 25
κρῶν κάμνω, πολίτης ἐπιθυμῶν γενέσθαι καὶ αὐτὸς οὕτω καλῆς καὶ εὐδαίμονος πόλεως;

vem esse, qui velit: legem enim illis esse, non ex censu adscribi aliquem, neque ex habitu, vel statura, vel pulchritudine, neque ex genere, neque claris ex maioribus; sed istorum nec rationem ullam haberi apud illos: sufficere autem unicuique ad hoc, uti civis fiat, prudentiam, & honesti amorem, & laborem, & deliciarum contemtum, & animum, qui neque cedat temere, neque molliatur, si in multas in via difficultates incidat. Atque adeo, si quis ista in se esse demonstraverit, emensusque totum ad urbem usque iter fuerit, eum civem esse continuo, & aequo iure, quisquis alioqui fuerit: ista autem *nomina*, deterior, melior, nobilis, ignobilis, servus, liber, neque esse omnino, neque nominari in ea civitate.

Herm. Vides, Lycine, quam non frustra, neque parvis de rebus laborem, qui civis cupiam fieri & ipse pulchrae adeo & beatae civitatis.

ΛΥΚ. Καὶ γὰρ αὐτὸς, ὦ Ἑρμότιμε, τῶν αὐτῶν σοι ἐρῶ, καὶ οὐκ ἔστιν ὅ, τι ἂν μοι πρὸ τούτων εὐξαίμην γενέσθαι. εἰ μὲν οὖν πλησίον ἦν ἡ πόλις, καὶ φανερὰ ἰδεῖν ἅπασι, πάλαι ἂν εὖ ἴσθι μηδὲν ἐνθοιάσας, αὐτὸς ἤειν ἐς αὐτὴν, καὶ ἐπολιτευόμην ἂν ἐκ πολλοῦ. ἐπεὶ δὲ, ὡς ὑμεῖς φατε, (σύ τε καὶ Ἡσίοδος ὁ ῥαψῳδὸς) πάνυ πόρρω ἀπῴκισται, ἀνάγκη ζητεῖν ὁδόν τε τὴν ἄγουσαν ἐπ' αὐτὴν, καὶ ἡγεμόνα τὸν ἄριστον. ἢ οὐκ οἴει σὺ οὕτω χρῆναι ποιεῖν;

ΕΡΜ. Καὶ πῶς ἂν ἄλλως ἔλθοι τις;

ΛΥΚ. Οὐκοῦν σοι μὲν ἐπὶ τὸ ὑπισχνεῖσθαι, καὶ φάσκειν εἰδέναι, πολλὴ ἀφθονία τῶν ἡγησομένων. πολλοὶ γὰρ ἕτοιμοι παρεστᾶσιν αὐτόχθονες, ἐκεῖθεν ἕκαστος εἶναι λέγοντες. ὁδὸς γε μὴν, οὐ μία καὶ ἡ αὐτὴ φαίνεται, ἀλλὰ πολλαὶ καὶ διάφοροι, καὶ οὐδὲν ἀλλήλαις ὅμοιαι. ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ τὰ ἑσπέρια, ἡ δὲ ἐπὶ τὴν ἕω φέρειν ἔοικεν.

Lyc. Nam egomet eorundem, quorum tu, amore flagro: neque eſt, quod mihi ante iſta velim contingere. Si quidem igitur in propinquo eſſet illa civitas, & manifeſta in conſpectu omnium, olim, crede mihi, ipſe nihil cunctatus ad eam perrexiſſem, & civis illius eſſem a longo inde tempore. Cum vero, ut vos dicitis, tu nempe & Heſiodus conſarcinator ille carminum, longo admodum ſpatio remota habitetur, neceſſe eſt & viam, quae ducit ad illam, quaerere, & ducem optimum. An non putas hoc agendum?

Herm. Et qua alia ratione perveniat aliquis?

Lyc. Igitur quantum ad promiſſiones, & ſcientiae profeſſionem, multa tibi ducum copia. Multi enim parati adſtant, indigenas inde eſſe quiſque ſe dicentes. Sed via non una atque eadem videtur, ſed multae ac diverſae, ac nihil altera alteri ſimiles. Nam haec quidem ad occidentales partes, illa vero ad orientem videtur ferre; haec ad ſeptem-

ἡ δὲ ἐπὶ τὰς ἄρκτους, καὶ ἄλλη εὐθὺ τῆς μεσημβρίας. καὶ ἡ μὲν διὰ λειμώνων καὶ φυτῶν καὶ σκιᾶς, εὔυδρος καὶ ἡδεῖα, οὐδὲν ἀντίτυπον ἢ δύσβατον ἔχουσα· ἡ δὲ, πετρώδης καὶ τραχεῖα, πολὺν ἥλιον καὶ δίψος καὶ κάματον προφαίνουσα. καὶ ὅμως αὗται πᾶσαι πρὸς τὴν πόλιν ἄγειν λέγονται, μίαν οὖσαν, ἐς τὰ ἐναντιώματα τελευτῶσαι. Ἔνθα δή μοι καὶ ἡ πᾶσα ἀπορία ἐστίν. ἐφ' 26
ἣν γὰρ ἂν ἔλθω αὐτῶν, ἀνὴρ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀτραποῦ ἕκαστος ἑφεστὼς ἐν τῇ εἰσόδῳ μάλα τις ἀξιόπιστος ὀρέγει τε τὴν χεῖρα, καὶ προτρέπει κατὰ τὴν αὑτοῦ ἀπιέναι, λέγων ἕκαστος αὐτῶν μόνος τὴν εὐθεῖαν εἰδέναι, τοὺς δ' ἄλλους πλανᾶσθαι, μήτε αὐτοὺς ἐληλυθότας, μήτε ἄλλοις ἡγήσασθαι δυναμένους ἀκολουθήσαντας. κἂν ἐπὶ τὸν πλησίον ἀφίκωμαι, κἀκεῖνος τὰ ὅμοια ὑπισχνεῖται περὶ τῆς αὑτοῦ ὁδοῦ, καὶ τοὺς ἄλλους κακίζει, καὶ ὁ παρ' αὐτῷ ὁμοίως, καὶ ἑξῆς ἅπαντες. τό τε τοίνυν τὸ πλῆθος τῶν ὁδῶν, καὶ τὸ ἀνόμοιον αὐτῶν, οὐ μετρίως

triones, & altera recta ad meridiem: & haec quidem per prata, & plantas, & umbram, irrigua & amoena, nihil durum habens, nihil incedentibus asperum; altera vero saxosa, & aspera, solem multum ac sitim & laborem denuntians. Et tamen omnes hae ad civitatem ferre dicuntur, quae una est, ipsae in maxime oppositа exeuntes. Hic igitur mihi, & quidem omnis dubitatio est. Ad quamcunque enim illarum veniam, vir ad caput uniuscuiusque tramitis, in ipso ingressu adstans fide dignissimus, & manum porrigit, & in suam nos abire hortatur, dicens unusquisque illorum, solum se rectam nosse, ceteros vero errare, qui nec ipsi inde venerint, neque deducere alios sequentes possint. Et si ad proximum accessero, ille quoque similia de sua via promittit, & aliis detrahit; & ille, qui iuxta hunc est, similiter, & sic deinceps omnes. Haec ipsa igitur via-

ταράττει με καὶ ἀπορεῖν ποιεῖ καὶ μάλιστα οἱ ἡγεμόνες ὑπερδιατεινόμενοι, καὶ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστοι ἐπαινοῦντες. οὐ γὰρ οἶδα ἥν τινα τραπόμενος, ἢ τῷ μᾶλλον ἀκολουθήσας, ἀφικοίμην ἂν πρὸς τὴν πόλιν.

27 ΕΡΜ. Ἀλλ' ἐγώ σε ἀπολύσω τῆς ἀπορίας. τοῖς γὰρ πρωϊοδιπορηκόσιν, ὦ Λυκῖνε, πιστεύσας, οὐκ ἂν σφαλείης.

ΛΥΚ. Τίσι λέγεις; τοῖς κατὰ ποίαν ὁδὸν ἐληλυθόσιν; ἢ τίνι τῶν ἡγεμόνων ἀκολουθήσασιν; αὖθις γὰρ ἡμῖν τὸ αὐτὸ ἄπορον, ἐν ἄλλῃ μορφῇ ἀναφαίνεται, ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἐπὶ τοὺς ἄνδρας μετελήλυθόσι.

ΕΡΜ. Πῶς τοῦτο φῄς;

ΛΥΚ. Ὅτι ὁ μὲν, τὴν Πλάτωνος τραπόμενος, καὶ συνοδοιπορήσας μετ' αὐτοῦ, ἐκείνην ἐπαινέσεται δηλονότι· ὁ δὲ, τὴν Ἐπικούρου ἐκείνην, καὶ ἄλλος ἄλλην· σὺ δὲ, τὴν ὑμετέραν· ἢ πῶς γὰρ, ὦ Ἑρμότιμε, οὐχ οὕτω;

2 Ὑπερδιατεινόμενοι) Φιλονεικοῦντες. V.

rum multitudo, earumque ratio dissimilis me perturbat, & in consilii inopiam coniicit: ac duces maxime quantum possunt & ultra contendentes, suamque singuli laudantes. Neque enim, in quam conversus, aut quem maxime secutus ad civitatem perveniam, scio.

Herm. At ego ista te consilii inopia liberabo. Si enim his, Lycine, fidem habueris, qui viam illam ante fecerunt, non erraveris.

Lyc. Quibus dicis? & qua via euntibus, aut quem ducum secutis? rursus enim nobis eadem consilii inopia alia se forma offert, cum a rebus ad viros transivimus.

Herm. Quid ita ais?

Lyc. Quoniam hic quidem in Platonis viam digressus, eoque viae duce [comite] usus illam nimirum laudabit; ille vero Epicuri viam, atque alius aliam: tu autem, vestram: nam qui non ita fiat, Hermotime?

ΕΡΜ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΛΥΚ. Οὐ τοίνυν ἀπέλυσάς με τῆς ἀπορίας, ἀλλ' ἔτι ὁμοίως ἀγνοῶ τῷ μᾶλλον χρὴ πιστεῦσαι τῶν ὁδοιπόρων. ὁρῶ γὰρ ἕκαστον αὐτῶν, καὶ αὐτὸν, καὶ τὸν ἡγεμόνα, μιᾶς πεπειραμένον, καὶ ἐκείνην ἐπαινοῦντα, καὶ λέγοντα ὡς αὕτη μόνη ἄγει ἐπὶ τὴν πόλιν· οὐ μέντοι ἔχω εἰδέναι εἰ ἀληθῆ φησιν· ἀλλ' ὅτι μὲν ἀφῖκται πρός τι τέλος, καὶ εἶδέ τινα πόλιν, δῶσω αὐτῷ ἴσως. εἰ δὲ ἐκείνην εἶδεν, ἣν ἐχρῆν, ἐν ᾗ ἐπιθυμοῦμεν ἐγώ τε καὶ σὺ πολιτεύσασθαι, ἢ δεῦρο εἰς Κόρινθον ἐλθεῖν, ὁ δ' εἰς Βαβυλῶνα ἀφικόμενος οἴεται Κόρινθον ἑωρακέναι, ἄδηλον ἔμοιγ' οὖν ἔτι. οὐ γὰρ πάντως ὁ τινὰ πόλιν ἰδὼν, Κόρινθον εἶδεν, εἴ γε οὐ μόνη πόλις ἐστὶν ἡ Κόρινθος. ὃ δὲ δὴ μάλιστα εἰς ἀπορίαν με καθίστησιν, ἐκεῖνό ἐστι, τὸ εἰδέναι ὅτι πᾶσα ἀνάγκη μίαν εἶναι τὴν ἀληθῆ ὁδόν. καὶ γὰρ ἡ Κό-

12 Οὐ γὰρ πάντως ὁ τινὰ πόλιν . .) Τὰ παραιμιώδες μέσα ἐκεῖνα· οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἐσ' ἐσθ' ὁ πλοῦς. V.

Herm. Et cur non?

Lyc. Non tu liberasti me dubitatione, sed adhuc aeque ignoro, cui viatorum magis credendum sit. Video enim unumquemque illorum cum ipsum, tum ducem, unius modo viae periculum fecisse, & illam laudare, ac dicere solam ferre in urbem; neque tamen habeo, unde sciam vera illum dicere. Verum venisse illum ad finem quendam, & vidisse civitatem aliquam, forte illi dederim. Utrum vero illam viderit, quam oportebat, cuius cives esse tu non minus quam ego volumus; an cum Corinthum eundum esset, ille Babylonem delatus Corinthum se vidisse putarit, illud mihi quidem adhuc obscurum est. Neque enim quisquis urbem vidit, Corinthum vidit, siquidem non sola urbs est Corinthus. Quod autem maxime inopem me consilii reddit, illud est, quod novi, unam necessario esse veram viam, quippe cum

ρινθος μία ἐστίν. αἱ δ' ἄλλαι πανταχόσε μᾶλλον, ἢ εἰς Κόρινθον ἄγουσιν, εἰ μή τις οὕτω σφόδρα παραπαίοι, ὡς οἴεσθαι καὶ τὴν εἰς Ὑπερβορέους, καὶ τὴν εἰς Ἰνδοὺς ἄγουσαν, εἰς Κόρινθον στέλλειν.

ΕΡΜ. Καὶ πῶς εἶόν τε, ὦ Λυκῖνε; ἄλλη γὰρ ἀλλαχόσε ἄγει.

28 ΛΥΚ. Οὐκοῦν, ὦ καλὲ Ἑρμότιμε, οὐ μικρᾶς δεῖ βουλῆς ἐπὶ τὴν αἵρεσιν τῶν ὁδῶν τε, καὶ ἡγεμόνων. οὐδὲ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου ποιήσομεν, ἔνθα ἂν ἡμᾶς οἱ πόδες φέρωσιν, ἐκεῖσε ἅπιμεν. ἐπεὶ λήσομεν οὕτως, ἀντὶ τῆς εἰς Κόρινθον ἀγούσης, τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος, ἢ Βάκτρων ἀπιόντες. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνο καλῶς ἔχει, τῇ τύχῃ ἐπιτρέπειν, ὡς τάχα ἂν τὴν ἀρίστην ἑλομένους, εἰ καὶ ἄνευ ἐξετάσεως ὁρμήσαιμεν ἐπὶ μίαν τῶν ὁδῶν ἡντινα-οῦν. δυνατὸν μὲν γὰρ καὶ τοῦτο γενέσθαι· καὶ ἴσως ποτὲ ἐγένετο ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ. ἡμᾶς δέ γε περὶ τῶν οὕτω

& Corinthus una ſit, reliquas autem quovis potius quam Corinthum ducere; niſi in tantum quis deſipiat, etiam eam, quae ad Hyperboreos fert, & quae ad Indos, Corinthum ducere.

Herm. Et quomodo hoc fieri poſſit, Lycine, alia cum aliorſum ducat?

Lyc. Ergo, pulcher Hermotime, non parva deliberatione opus eſt ad electionem viarum pariter ac ductorum: neque id, quod eſt in proverbio, hic agemus, *Quocunque nos pedes tulerint, eo imus*: alioquin imprudentes pro ea, quae Corinthum fert, alteram, quae Babylonem aut Bactra ducit, ingrediamur. Neque vero conſultum eſt fortunae permittere, ut qui forte optimam capeſſituri ſimus, licet ſine examine in unam quamcunque viarum ingrediamur. Etenim poteſt quidem id quoque fieri, & forte aliquando in longo tempore factum eſt. At nos de tantis rebus non pu-

μεγάλων, οὐκ οἶμαι δεῖν παραβόλως ἀναρριπτεῖν, οὐδ' ἐς στενὸν κομιδῇ κατακλείειν τὴν ἐλπίδα, ἐπὶ ῥιπὸς, ὡς ἡ παροιμία φησὶ, τὸν Αἰγαῖον, ἢ τὸν Ἰόνιον διαπλεῦσαι θέλοντας. ὅτε οὐδ' αἰτιασαίμεθ' ἂν εὐλόγως τὴν τύχην, εἰ τοξεύουσα, καὶ ἀκοντίζουσα, μὴ πάντως ἔτυχε τοῦ ἀληθοῦς, ἑνὸς ὄντος ἐν μυρίοις τοῖς ψευδέσιν, ὅπερ οὐδὲ τῷ Ὁμηρικῷ τοξότῃ ὑπῆρξεν. ὃς δέον τὴν πελειάδα καταστοξεῦσαι, ὁ δὲ, τὴν μήρινθον ἔτεμεν· ὁ Τεῦκρος, οἶμαι. ἀλλὰ παραπολὺ ἐκεῖνο εὐλογώτερον τῶν πολλῶν τρωθήσεσθαι καὶ περιπεσεῖσθαι τῷ τοξεύματι ἐλπίζειν, ἢ πάντως ἐκεῖνο τὸ ἓν ἐξ ἁπάντων. ὁ δὲ κίνδυνος ὅτι οὐ μικρὸς, εἰ ἀντὶ τῆς ἐπ' εὐθὺ ἀγούσης, ἐς τῶν πεπλανημένων μίαν ἀγνοοῦντες ἐμπέσοιμεν, ἐλπίζοντες ἄμεινον αἱρήσεσθαι τὴν τύχην ὑπὲρ ἡμῶν, εἰκάζειν οἶμαι. οὐδὲ γὰρ ἀναστρέψαι ἔτι, καὶ ἀνασωθῆναι ὀπίσω ῥᾴδιον, ἢν ἅπαξ ἐπιδῷ τῇ πλεούσῃ τις αὐτὸν, τὰ ἀπόγεια.

2 Ὡς ἡ παροιμία φησὶ) Παροιμία, Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι. V.

to oportere periculosam temere aleam iacere, neque in angusto adeo concludere spes nostras, *viminea*, quod est in proverbio, *scapha Aegaeum* Ioniumve mare ausos *traiicere*: ubi nec fortunam cum ratione accusaremus, si ea sagittando vel iaculando non omnino feriat verum, quippe quod unum sit inter mille mendacia: quale quid nec Homerico illi sagittario contigit, qui, cum columba deiicienda esset, lineam telo rupit; Teucrum fuisse arbitror. Sed multo rationabilius est sperare futurum, ut de multis *quiddam* [*quodcunque sit*] feriatur, & in telum quasi incidat, quam unum illud omnino ex omnibus. Non parvum autem esse periculum, si spe illa inducti, futurum ut melius fortuna pro nobis eligat, pro recta via in erronearum aliquam ignorantia incidamus, ita me puto colligere: neque enim redire iam & retro navigare ad salutem facile est, si quis semel spiranti se *aurae*,

λυσάμενος· ἀλλ' ἀνάγκη ἐν τῷ πελάγει διαφέρεσθαι, ναυτιῶντα ὡς τὸ πολὺ, καὶ δεδιότα, καὶ καρηβαροῦντα ὑπὸ τοῦ σάλου, δέον ἐξ ἀρχῆς πρὶν ἐκπλεῦσαι, ἀναβάντα ἐπὶ σκοπήν τινα, σκέψασθαι εἰ ἐπίφορόν ἐστι καὶ οὔριον τὸ πνεῦμα τοῖς εἰς Κόρινθον διαπλεῦσαι ἐθέλουσι· καὶ, νὴ Δία, κυβερνήτην ἕνα τὸν ἄριστον ἐκλέξασθαι; καὶ ναῦν εὐπαγῆ, οἵαν διαρκέσαι πρὸς τηλικοῦτον κλύδωνα.

29 ΕΡΜ. Οὕτω γε ἄμεινον, ὦ Λυκῖνε, παραπολύ. πλὴν οἶδά γε ὅτι ἅπαντας ἐν κύκλῳ περιελθὼν, οὐκ ἄλλους ἂν εὕροις, οὔτε ἡγεμόνας ἀμείνους, οὔτε κυβερνήτας ἐμπειροτέρους τῶν Στωϊκῶν. καὶ ἢν ἐθελήσῃς γε ἀφικέσθαι ποτὲ πρὸς Κόρινθον, ἐκείνοις ἕψῃ, κατὰ τὰ Χρυσίππου καὶ Ζήνωνος ἴχνη προϊών· ἄλλως δὲ, ἀδύνατον.

ΛΥΚ. Ὁρᾷς τοῦτο ὡς κοινὸν, ὦ Ἑρμότιμε, εἴρηκας; εἴποι γὰρ ἂν αὐτὸ καὶ ὁ τῷ Πλάτωνι ξυνοδοιπορῶν, καὶ ὁ Ἐπικούρῳ ἑπόμενος, καὶ οἱ ἄλλοι, μὴ ἀνελθεῖν με εἰς

solutis retinaculis, permiserit; sed necesse est in pelago iactari nauseantem plerumque, metuentem, & gravato ob agitationem capite: cum oportuisset ab initio, ante aliquando, quam portu exires, conscensa specula videre, serenine sit & secundus ventus Corinthum navigare volentibus; &, per Iovem, gubernatorem unum optimum deligere, & navim bene compactam, quae durare ad tantum fluctum possit.

Herm. Ita quidem, Lycine, multo melius. Verum novi equidem, te, si circulo omnes obeas, nec duces meliores inventurum, neque peritiores gubernatores Stoicis: & si quidem pervenire aliquando Corinthum volueris, illos sequere, per Chrysippi Zenonisque vestigia progressus: aliter vero fieri non potest.

Lyc. Vides, quam commune illud, Hermotime, dixeris. Eodem enim modo & qui cum Platone viam faciat, & qui Epicurum sequatur, & reliqui, non perventurum me Co-

τὴν Κόρινθον, εἰ μὴ μεθ' ἑαυτοῦ ἕκαστος. ὥστε, ἢ πᾶσι πιστεύειν χρὴ, ὅπερ γελοιότατον, ἢ ἀπιστεῖν ὁμοίως· μακρῷ γὰρ ἀσφαλέστατον τὸ τοιοῦτον, ἄχρις ἂν εὕρωμεν τἀληθῆ ὑπισχνούμενον. Ἐπεὶ φέρε, εἰ καθάπερ νῦν ἔχω ἀγνοῶν ἔτι ὅστις ἐξ ἁπάντων ἐστὶν ὁ ἀληθεύων, ἐλείμην τὰ ὑμέτερα, σοὶ πιστεύσας, ἀνδρὶ φίλῳ, ἅτε μόνα γε εἰδότι τὰ τῶν Στωϊκῶν, καὶ μίαν ὁδὸν ὁδοιπορήσαντι ταύτην, ἔπειτα θεῶν τις ἀναβιώναι ποιήσειε Πλάτωνα, καὶ Πυθαγόραν, καὶ Ἀριστοτέλην, καὶ τοὺς ἄλλους· οἱ δὲ περιστάντες ἐρωτῷέν με, καὶ, νὴ Δί', εἰς δικαστήριον ἀγαγόντες, ὕβρεως ἕκαστος δικάζοιντο, λέγοντες, ὦ βέλτιστε Λυκῖνε, τί παθὼν, ἢ τίνι ποτὲ πιστεύσας, Χρύσιππον καὶ Ζήνωνα προετίμησας ἡμῶν, πρεσβυτέρων ὄντων παραπολὺ, χθὲς καὶ πρώην γενομένους, μήτε λόγου μεταδοὺς ἡμῖν, μήτε πειραθεὶς ὅλως ὧν φαμέν; εἰ ταῦτα λέγοιεν, τί ἂν ἀποκριναίμην αὐ-

rinthum, nisi secum, quisque dixerit. Itaque aut credere omnibus oportet, quod maxime ridiculum, aut fidem denegare similiter. Longe enim tutissimum tale quid fuerit, dum, qui vera promittat, inveniamus. Nam, age, si ita, uti nunc habeo, ignarus adhuc quis ex omnibus verum dicat, vestra eligam, fide tibi habita, viro amico, sed qui sola tamen Stoicorum *dogmata* didiceris, & unam hanc viam iveris; ac deinde Deus aliquis in lucem revocet Platonem, & Pythagoram, & Aristotelem, & reliquos: iique circumstantes me interrogent, quin, Hercle, ad tribunal tractum iniuriarum unusquisque postulent, dicentes, Quo animi impetu, bone Lycine, aut cuius auctoritate, Chrysippum & Zenonem nobis praetulisti, homines heri & nudius tertius natos, nobis multum natu maioribus, qui neque sermonem communicaveris nobiscum, nec omnino, quae dicimus, exploraveris? Haec, *inquam*, si dicant, quid illis re-

τοῖς; ἢ ἐξαρκέσει μοι, ἂν εἴπω, ὅτι Ἑρμοτίμῳ ἐπείσθην φίλῳ ἀνδρί; ἀλλὰ φαῖεν ἄν, οἶδ' ὅτι, ἡμεῖς, ὦ Λυκῖνε, οὐκ ἴσμεν τὸν Ἑρμότιμον τοῦτον, ὅστις ποτέ ἐστιν, οὐδὲ ἐκεῖνος ἡμᾶς· ὥστε οὐκ ἐχρῆν ἁπάντων καταγιγνώσκειν, οὐδὲ ἐρήμην ἡμῶν καταδικαιτᾶν, ἀνδρὶ πιστεύσαντα μίαν ὁδὸν ἐν Φιλοσοφίᾳ, καὶ οὐδὲ ταύτην ἴσως ἀκριβῶς κατανοήσαντι. οἱ δέ γε νομοθέται, ὦ Λυκῖνε, οὐχ οὕτω προστάττουσι τοῖς δικασταῖς ποιεῖν, οὐδὲ τοῦ ἑτέρου μὲν ἀκούειν, τὸν δὲ ἕτερον, οὐκ ἐᾶν λέγειν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἃ οἴεται ξυμφέρειν, ἀλλ' ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, ὡς ῥᾷον ἀντεξετάζοντες τοὺς λόγους, εὑρίσκοιεν τἀληθῆ τε καὶ ψευδῆ. καὶ ἦν γε μὴ οὕτω ποιῶσιν, ἐφίεναι δίδωσιν ὁ νόμος εἰς ἕτερον δικαστήριον τοιαῦτα, ἅττα
31 εἰκὸς ἐρεῖν αὐτούς. Ἢ τάχ' ἄν τις αὐτῶν καὶ προσέροιτό με, εἰπέ μοι, λέγων, ὦ Λυκῖνε, εἴ τις Αἰθίοψ μὴ δὲ πώποτε ἄλλους ἀνθρώπους ἰδὼν, οἷοι ἡμεῖς ἐσμεν, διὰ

spondeam? Satisne mihi erit dixisse, Hermotimo, amico homini, fidem habui? At ego novi illos dicturos, Nos, Lycine, Hermotimum illum tuum, quis homo sit, nescimus; neque ille nos. Itaque non decebat damnare universos, neque contra absentes & inauditos nos ferre arbitrium, ac fidem habere homini, qui unam modo philosophiae viam, & forte ne hanc quidem accurate satis perspexerit. Legum latores autem, Lycine, non ita facere iudices iubent, nec alteram quidem partem audire, alteram dicere pro se non pati, sed similiter audire utramque, quo facilius, comparatis invicem orationibus, quid verum falsumve sit inveniant: & si tamen ita non fecerint *iudices*, provocandi ad aliud tribunal potestatem lex tribuit. Talia fere dicturos illos veri simile est. Aut forte illorum aliquis praeterea me interroget, Dic mihi, Lycine, si quis Aethiops, qui alios nunquam homines, quales nos sumus, usurpasset oculis, eo

τὸ μὴ ἀποδεδημηκέναι τοπαράπαν, ἐν τινὶ συλλόγῳ τῶν Αἰθιόπων διϊσχυρίζοιτο, καὶ λέγοι μηδαμόθι τῆς γῆς ἀνθρώπους εἶναι λευκοὺς, ἢ ξανθοὺς, μηδὲ ἄλλο τι ἢ μέλανας, ἆρα πιστεύοιτ' ἂν ὑπ' αὐτῶν; ἢ εἴποι τις ἂν πρὸς αὐτὸν τῶν πρεσβυτέρων Αἰθιόπων, σὺ δὲ δὴ, πόθεν ταῦτα, ὦ θρασύτατε, οἶσθα, οὐ γὰρ ἀπεδήμησας παρ' ἡμῶν οὐδαμόσε, οὐδὲ, νὴ Δία, τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις οἶδας ὁποῖά ἐστι, φαίην ἂν ἔγωγε δίκαια ἐρωτῆσαι τὸν πρεσβύτην; ἢ πῶς, ὦ Ἑρμότιμε, συμβουλεύεις;

ΕΡΜ. Οὕτω· δικαιότατα γὰρ ἐπιπλήξαι δοκεῖ μοι.

ΛΥΚ. Καὶ γὰρ ἔμοιγε, ὦ Ἑρμότιμε. ἀλλὰ τὸ μετὰ τοῦτο οὐκ ἔτ' οἶδα, εἰ ὁμοίως καὶ σοὶ δόξει· ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ τοῦτο πάνυ δοκεῖ.

ΕΡΜ. Τὸ ποῖον; 32

ΛΥΚ. Ἐπάξει δηλαδὴ ὁ ἀνὴρ, καὶ φήσει πρὸς μὲ ὧδέ πως, ἀνάλογον τοίνυν κείσθω τις ἡμῖν, ὦ Λυπῖνε,

quod patria pedem non extuliſſet, hic igitur in concione Aethiopum aſſeveraret atque diceret, nuſquam terrarum homines eſſe albos, vel flavos, neque aliud uſquam niſi nigros, numquid fidem apud illos inveniat? Aut ſi quis ei de maioribus natu Aethiopibus dicat, Tu vero unde haec, audaciſſime, noſti, qui neque uſquam a nobis peregre abfueris, neque Hercle res aliorum, quales ſint, noveris? dicamne ego merito ſic interrogaſſe ſeniorem? aut quid conſulis, Hermotime?

Herm. Sic eſt: iuſtiſſime enim illum mihi videtur increpuiſſe.

Lyc. Nimirum mihi quoque, Hermotime. Sed quod ſequitur, non iam novi, an aeque tibi placeat: mihi certe hoc etiam magno videtur opere.

Herm. Quale id eſt?

Lyc. Subilciet nempe vir ille, & ita fere mecum aget: Hac igitur ratione ac proportione ſervata ponatur nobis

τὰ Στωϊκῶν μόνα εἰδὼς, καθάπερ ὁ σὸς Φίλος οὗτος ὁ Ἑρμότιμος, ἀποδημήσας δὲ μὴ δὲ πώποτε, μήτε ἐς Πλάτωνος, μήτε παρὰ τὸν Ἐπίκουρον, μηδὲ ὅλως πρὸς ἄλλον τινά. εἰ τοίνυν λέγαι, μηδὲν οὕτω καλὸν εἶναι, μηδ' ἀληθὲς παρὰ τοῖς πολλοῖς, οἷα τὰ τῆς στοᾶς ἐστι, καὶ ἃ ἐκείνη φησὶν, οὐκ ἂν εὐλόγως θρασὺς εἶναι δόξειέ σοι, περὶ πάντων ἀποφαινόμενος, καὶ ταῦτα, ἓν εἰδὼς, οὐδὲ πώποτε ἐξ Αἰθιοπίας τὸν ἕτερον πόδα προελθών; τί βούλει ἀποκρίνωμαι αὐτῷ;

ΕΡΜ. Τὸ ἀληθέστατον ἐκεῖνο δηλαδὴ, ὅτι ἡμεῖς τὰ μὲν Στωϊκῶν, καὶ πάνυ ἐκμανθάνομεν, ὡς ἂν κατὰ ταῦτα Φιλοσοφεῖν ἀξιοῦντες· οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων λεγόμενα. ὁ γὰρ διδάσκαλος καὶκεῖνα μεταξὺ καὶ διέξεισι πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἀνατρέπει γε αὐτὰ, προσθεὶς αὐτός.

33 ΛΥΚ. Ἦ νομίζεις ἐνταῦθα σιωπήσεσθαι ἡμῖν τοὺς ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν καὶ Ἐπίκουρον,

aliquis, Lycine, qui Stoicorum placita ſola norit, ut amicus hic tuus Hermotimus, nunquam autem neque in Platonis *regnum*, neque ad Epicurum, neque ad alium quemquam peregrinatus fuerit. Is ergo ſi dicat, nihil ita pulchrum eſſe neque verum apud alios, quam ſint ea, quae ſunt in Portica, & quae illa dicit; nonne merito videatur tibi temerarius eſſe, qui de omnibus pronuntiet, cum unum modo ſciat, & nunquam alterum ex Aethiopia *illa ſua* pedem protulerit? Quid vis illi reſpondeam?

Herm. Veriſſimum illud nempe, Nos quidem Stoicorum *dogmata*, & praecipue quidem illa, ediſcere, ut qui ſecundum illa philoſophari poſtulemus: neque tamen ignorare, quae dicantur ab aliis. Magiſtrum enim & illa inter docendum enarrare, atque eadem deinde evertere.

Lyc. An putas hic tacituros Platonem, & Pythagoram,

καὶ τοὺς ἄλλους; οὐχὶ δὲ ἀναγελάσαντας ἂν εἰπεῖν πρὸς ἐμὲ, οἷα ποιεῖ, ὦ Λυκῖνε, ὁ ἑταῖρός σου ὁ Ἑρμότιμος; ἀξιοῖ τοῖς ἀντιδίκοις περὶ ἡμῶν πιστεύειν, καὶ οἴεται τοιαῦτα εἶναι τὰ ἡμέτερα, ὁποῖα ἂν ἐκεῖνοι φῶσιν, ἢ οὐκ εἰδότες, ἢ κρυπτόμενοι τὸ ἀληθές; οὐκοῦν ἦν τινα καὶ τῶν ἀθλητῶν ἰδὴ ἀσκούμενον πρὸ τοῦ ἀγῶνος, λακτίζοντα εἰς τὸν ἀέρα, ἢ πυξ κενὴν πληγήν τινα καταφέροντα, ὡς τὸν ἀνταγωνιστὴν δῆθεν παίοντα, εὐθὺς ἀνακηρύξει αὐτὸν ἀγωνοθέτης ὢν, ὡς ἅμαχόν τινα· ἢ ἐκεῖνα μὲν οἰήσεται ῥάδια εἶναι, καὶ ἀσφαλῆ τὰ νεανιεύματα, οὐδενὸς ἀνταιρομένου αὐτῷ, τὴν δὲ νίκην τηνικαῦτα κρίνεσθαι, ὁπόταν καταγωνίσηται τὸν ἀντίπαλον αὐτὸν, καὶ κρατήσῃ, ὁ δ' ἀπαγορεύσῃ, ἄλλως δὲ οὔ; μὴ τοίνυν μὴ δὲ Ἑρμότιμος, ἀφ' ὧν αὐτὸς οἱ διδάσκαλοι αὐτῷ σκιαμαχῶσι πρὸς ἡμᾶς ἀπόντας, οἴεσθω κρατεῖν αὐτοὺς, ἢ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα εἶναι, ὡς ἀνατρέπεσθαι ῥαδίως. ἐπεὶ τὸ τοιοῦτον ὅμοιον ἂν εἶναι τοῖς τῶν παιδίων οἰκοδομήμα-

& Epicurum, & reliquos, ac non potius cum risu ad me dicturos, Quid agit tuus, Lycine, sodalis Hermotimus? Aequum censet adversariis de nobis nostris credere, ac talia esse putat nostra, qualia illi dixerint, vel ignorantia, vel quod verum *studio* occultant. Utrum igitur si quem Athletarum videat meditantem ante certamen, calcibus petentem aëra, aut vanam pugno plagam inferentem, quasi adversarium feriat: continuone, si praeses sit certaminis, illum praeconio ornabit pro invicto? an potius facilia illa putabit, & periculi expertes iuvenis lusus, victoriam vero tum decerni, cum ipsum adversarium certamine vicerit, isque victum se fassus fuerit; alias vero non? Ne igitur Hermotimus ex eo, quod magistri ipsius umbratiles forte velitationes adversus absentes nos instituunt, vincere illos arbitretur, aut talia esse nostra, quae facile adeo evertantur:

σιν, ἃ κατασκευάσαντες ἐκεῖνοι ἀσθενῆ, εὐθὺς ἀνατρέπουσιν, ἢ καὶ, νὴ Δία, ταῖς τοξεύειν μελετῶσιν, οἱ κάρφη τινὰ συνδήσαντες, ἔπειτα ἐπὶ κόντου πήξαντες, οὐ πόρρω προβέμενοι, στοχάζονται ἀφιέντες· καὶ ἢν τύχωσί ποτε, καὶ διαπείρωσι τὰ κάρφη, ἀνέκραγον εὐθύς, ὥς τι μέγα ποιήσαντες, εἰ διεξελήλυθεν αὐτοῖς τὸ βέλος διὰ τῶν Φρυγάνων. ἀλλ' οὐ Πέρσαι γε οὕτω ποιοῦσιν, οὐδὲ Σκυθῶν, ὅσοι τοξόται. ἀλλὰ πρῶτον μὲν αὐτοὶ κινούμενοι ἀφ' ἵππων, ὡς τὸ πολὺ τοξεύουσιν, ἔπειτα δὲ, καὶ τὰ τοξευόμενα κινεῖσθαι ἀξιοῦσιν, οὐχ ἑστῶτα, οὐδὲ περιμένοντα τὸ βέλος, ἐστ' ἂν ἐμπέσῃ, ἀλλὰ διαδιδράσκοντα ὡς ἔνι μάλιστα, ϑηρία γέ τοι ὡς τὸ πολὺ κατατοξεύουσι, καὶ ὀρνίθων ἔνιοι τυγχάνουσιν. ἢν δέ ποτε καὶ ἐπὶ σκοποῦ δέῃ πειραθῆναι τοῦ τόνου τῆς πληγῆς, ξύλον ἀντίτυπον, ἢ ἀσπίδα ὠμοβοΐνην προβέμενοι, διελαύνουσι, καὶ οὕτω πιστεύουσι, κἂν δι' ὅπλων σφίσι

cum ea ratio ſimilis ſit puerorum aedificationibus, quas cum infirmas admodum ſtruant, celeriter evertunt; aut his, qui ſagittandi artem meditantur, qui ſtipulas quaſdam colligatas & in conto defixas proponunt intervallo non longo, atque ad eas deinde collineant: & ſi quando feriant, traiiciantque ſtipulas, exclamant continuo, ut in magno facinore, ſi ſarmenta telum tranſierit. Verum ita Perſae certe non faciunt, neque Scytharum qui ſunt ſagittarii. Sed primo ipſi dum moventur in equis, ut plurimum ſagittant: deinde vero ea etiam, quae petuntur, volunt moveri, non ſtare & exſpectare ſagittam, dum incidat; ſed fugere quantum licet maxime. Beſtias enim ut plurimum deiiciunt ſagittis, & aves quidam eorum feriunt. Si vero etiam ad ſcopum tentanda ſit vis & contentio plagae, lignum, quod ictum repellat, aut ſcutum e crudo boum tergore propoſitum traiiciunt, & ita ſperant per arma quoque ſagittas ſuas

χωρῆσαι τοὺς διστοὺς. εἰπὲ τοίνυν, ὦ Λυκῖνε, παρ' ἡμῶν Ἑρμοτίμῳ, ὅτι οἱ διδάσκαλοι αὐτοῦ φρύγανα προθέμενοι, κατατοξεύουσιν, εἶτα φασὶν ἀνδρῶν ὡπλισμένων κεκρατηκέναι, καὶ εἰκόνας ἡμῶν γραψάμενοι, πυκτεύουσι πρὸς ἐκείνας· καὶ κρατήσαντες, ὡς τὸ εἰκὸς, κρατεῖν ἡμῶν οἴονται. ἀλλὰ φαίημεν ἂν ἕκαστος πρὸς αὐτοὺς τὰ τοῦ Ἀχιλλέως ἐκεῖνα, ἃ φησι περὶ τοῦ Ἕκτορος,

Οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσουσι μέτωπον.

ταῦτα μὲν οἱ ξύμπαντες, ἐν τῷ μέρει ἕκαστος. Ὁ Πλάτων δ' ἄν μοι δοκεῖ καὶ διηγήσασθαί τι τῶν ἐν Σικελίᾳ, ὡς ἂν εἰδὼς τὰ πλεῖστα. τῷ γὰρ Συρακουσίῳ Γέλωνι, φασὶ δυσῶδες εἶναι τὸ στόμα, καὶ τοῦτο ἐπιπολὺ διαλαθεῖν αὐτὸν, οὐδενὸς τολμῶντος ἐλέγχειν τύραννον ἄνδρα, μέχρι δή τινα γυναῖκα ξένην συνενεχθεῖσαν αὐτῷ, τολμῆσαι καὶ εἰπεῖν ὅπως ἔχοι· τὸν δὲ, παρὰ τὴν γυναῖκα ἐλθόντα τὴν ἑαυτοῦ, ὀργίζεσθαι, ὅτι οὐκ ἐμήνυσε πρὸς αὐτὸν, εἰδυῖά μάλιστα τὴν δυσωδίαν. τὴν δὲ, 34

transfituras. Dic igitur, Lycine, a nobis Hermotimo, magiſtros ipſius propoſita ſarmenta ſagittis transiicere, deinde viros armatos a ſe devictos, gloriari: & pictas imagines noſtras pugnis invadere, iiſque, ut facile eſt ad exiſtimandum, victis, nos a ſe putare ſuperatos. Noſtrum vero quiſque dixerimus ad eos, Achillis iſta, quae ille de Hectore,

Nec galeae poterunt vultumque minaſque tueri Noſtrae.

Haec, inquam, univerſi, & pro ſe unuſquiſque. Plato vero videtur mihi enarraturus aliquid de Sicilia, qui pleraque eius novit. Nempe Syracuſio Geloni graveolens fuiſſe os aiunt, idque diu ipſum ignoraſſe, cum nemo auderet indicare tyranno, donec peregrina mulier congreſſa illi auderet etiam dicere, uti ſe res haberet: illum vero, ad coniugem cum veniret ſuam, iratum fuiſſe ipſi, quod ſibi non indicaſſet, cum maxime graveolentiam illam ſciret: illam

παραιτεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν αὐτῇ. ὑπὲρ γὰρ τοῦ μὴ πεπειρᾶσθαι ἄλλου ἀνδρὸς, μὴ δὲ ὁμιλῆσαι πλησίον, οἰηθῆναι ἅπασι τοῖς ἀνδράσι τοιοῦτό τι ἀποπνεῖν τοῦ στόματος. καὶ Ἑρμότιμος τοιγαροῦν ἅτε μόνοις τοῖς Στωϊκοῖς ξυνὼν, φαίη ἂν ὁ Πλάτων, εἰκότως ἀγνοεῖ ὁποῖα τῶν ἄλλων τὰ στόματά ἐστιν. ὅμοια δ' ἂν καὶ Χρύσιππος εἴποι, ἢ ἔτι πλείω τούτων, εἴπερ λιπὼν αὐτὸν ἄκριτον, ἐπὶ τὰ Πλάτωνος ὁρμήσαιμι, πιστεύσας τινὶ τῶν μόνῳ Πλάτωνι ὡμιληκότων. ἑνί τε λόγῳ ξυνελὼν φημι, ἄχρις ἂν ἄδηλον ᾖ τίς ἀληθὴς ἐστι προαίρεσις ἐν Φιλοσοφίᾳ, μηδὲ μίαν αἱρεῖσθαι· ὕβρις γὰρ ἐς τὰς ἄλλας τὸ τοιοῦτον.

35 ΕΡΜ. Ὦ Λυκῖνε, πρὸς τῆς Ἑστίας, Πλάτωνα μὲν, καὶ Ἀριστοτέλην, καὶ Ἐπίκουρον, καὶ τοὺς ἄλλους ἀ-

1 Μὴ πεπειρᾶσθαι ἄλλου ἀνδρὸς) Τοῦτο καὶ περὶ Διᾶνας ἱστορεῖσιν τοῦ Πρευσαέως· ὃν καὶ διὰ τοῦτο κατ' εὐφημισμὸν χρυσόστομον ἐπωνόμασαν. V.

13 Ὦ Λυκῖνε, πρὸς τῆς Ἑστίας) Φίλιν ὄντα κατὰ τῆς Ἑστίας ἐξορκοῖ· αὕτη γὰρ καὶ πρὸς τὸ εἶναι ἡμᾶς, αἰτιᾶται, καθ' ἃ καὶ Πλάτων ἐν Κρατύλῳ ἐτυμολογῶν αὐτὴν ἀποφαίνεται καὶ πρὸς φιλίαν αὐτὴ συνάγει διὰ τῆς κατ' εἶκον ἐσχάρας τοῦτο προμηθουμένη. V.

vero ignoſci ſibi petiiſſe, ſe enim, quod virum alium experta non eſſet, neque ex proximo ſermones cum quoquam miſcuiſſet, putaſſe, viris omnibus tale quiddam os olere. Etiam Hermotimus igitur, qui ſolis cum Stoicis fuerit, dicat Plato, ignorat, nec id mirum, qualia aliorum ſint ora. Similia vero etiam Chryſippus dicat, aut plura hiſce, ſi quidem relinquens ipſum inauditum ad Platonica me conferam, fidemque habeam eorum alicui, qui ſolo cum Platone verſati fuerint. Uno denique verbo comprehendens omnia aio, donec obſcurum ſit, quae vera ſit in philoſophia ſecta, nullam earum eſſe ſectandam. Iſta enim contumelia fuerit in reliquas.

Herm. Per Veſtam, Lycine, Platonem, & Ariſtotelem, & Epicurum, & reliquos patiamur quieſcere: neque enim

τρεμεῖν ἐάσωμεν· οὐ γὰρ κατ' ἐμὲ ἀνταγωνίζεσθαι αὐτοῖς· νῶϊ δέ, ἐγώ τε, καὶ σὺ, ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐξετάσωμεν εἰ τοιοῦτόν ἐστι τὸ Φιλοσοφίας πρᾶγμα, οἷον ἐγὼ φημι αὐτὸ εἶναι· Αἰθίοπας δὲ, ἢ τὴν Γέλωνος γυναῖκα, τί ἔδει καλεῖν ἐκ Συρακουσῶν ἐπὶ τὸν λόγον;

ΛΥΚ. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀπίτωσαν ἐκποδών, εἴ σοι δοκοῦσι περιττοὶ εἶναι πρὸς τὸν λόγον· σὺ δὲ λέγε ἤδη· θαυμαστὸν γάρ τι ἐρεῖν ἔοικας.

ΕΡΜ. Δοκεῖ μοι, ὦ Λυκῖνε, καὶ πάνυ δυνατὸν εἶναι μόνον τὰ τῶν Στωϊκῶν ἐκμαθόντα, εἰδέναι τἀληθὲς ἀπὸ τούτων, κἂν μὴ τὰ τῶν ἄλλων ἐπεξέλθῃ τις ἐκμανθάνων ἕκαστα. οὑτωσὶ δὲ σκόπει, ἤν τις λέγῃ πρὸς σὲ μόνον τοῦτο, ὡς αἱ δύο δυάδες, τὸν τέτταρα ἀριθμὸν ἀπαρτελοῦσιν, ἆρα δεήσει περιιόντα σε πυνθάνεσθαι τῶν ἄλλων, ὅσοι ἀριθμητικοὶ, μή τις ἄρα εἴη πέντε, ἢ ἑπτὰ λέγων αὐτὰς εἶναι, ἢ αὐτίκα εἰδείης ἂν ὅτι ἀνὴρ ἀληθῆ λέγει;

6 Ἀπίτωσαν ἐκποδών) Procul facessant. *G.*

cum illis contendere meum est. Nos vero, ego, inquam, & tu per nos ipsos quaeramus, sitne tale quid philosophia, quale ego aio esse. Aethiopas autem, & Gelonis uxorem Syracusis evocare ad hunc sermonem quid attinebat?

Lyc. At illi quidem e vestigio abeant, si superflui tibi videntur ad nostram disputationem: tu vero iam dicito, mirabile enim quiddam videris dicturus.

Herm. Videtur mihi, Lycine, & facile quidem fieri posse, ut aliquis, qui sola Stoicorum *placita* didicerit, sciat ex his verum, etiamsi aliorum *sententias* non persequatur, atque ediscat singulas. Ira vero considera. Si quis hoc tibi solum dicat, dyadas duas quaternarium numerum efficere, numquid opus est, te in circuitu interrogare reliquos, quotquot sunt numerorum periti, num quis forte sit, qui quinque aut septem dicat eas esse; an vero statim noris vera illum dicere?

ΛΥΚ. Αὐτίκα, ὦ Ἑρμότιμε.

ΕΡΜ. Τί ποτ' οὖν ἀδύνατον εἶναί σοι δοκεῖ, ἐντυγχάνοντά τινα μόνον τοῖς Στωϊκοῖς λέγουσι τἀληθῆ, πείθεσθαί τε αὐτοῖς, καὶ μηκέτι δεῖσθαι τῶν ἄλλων, εἰδότα ὡς οὐκ ἄν ποτε τὰ τέτταρα πέντε γένοιντο, οὐδ' ἂν μυρίοι Πλάτωνες, ἢ Πυθαγόραι λέγωσιν.

36 ΛΥΚ. Οὐδὲν πρὸς ἔπος, ὦ Ἑρμότιμε· τὰ γὰρ ὁμολογούμενα τοῖς ἀμφισβητουμένοις εἰκάζεις, πάμπολυ αὐτῶν διαφέροντα. ἢ τί ἂν φαίης; ἔστιν ὦ τινι ἐντετύχηκας, λέγοντι τὰς δύο δυάδας συντεθείσας, τὸν ἑπτὰ ἢ ἕνδεκα ἀριθμὸν ἀποτελεῖν;

ΕΡΜ. Οὐκ ἔγωγε. ἢ μαίνοιτ' ἂν ὁ μὴ τέτταρα ξυμβαίνειν λέγων.

ΛΥΚ. Τί δαί, ἐντετύχηκας πώποτε, καὶ πρὸς Χαρίτων πειρῶ ἀληθεύειν, Στωϊκῷ τινι, καὶ Ἐπικουρείῳ, μὴ διαφερομένοις περὶ ἀρχῆς, ἢ τέλους;

Lyc. Statim, Hermotime.

Herm. Quid tandem igitur fieri tibi non posse videtur, ut aliquis in Stoicos incidat vera dicentes, & persuaderi sibi ab iis patiatur, nec amplius opus reliquis habeat, cum sciat, nunquam, quae quatuor sint, quinque posse fieri, neque si sexcenti Platones aut Pythagorae dicant.

Lyc. Nihil hoc ad disputationem nostram, Hermotime: ea enim, de quibus inter omnes convenit, cum his, de quibus disceptatur, confers, quae tamen longe inter se distant: aut quid dixeris? Estne, quem videris, qui dicat, binarios duos compositos septem aut undecim numerum efficere?

Herm. Non equidem, alioqui furat, qui non confieri quatuor dicat.

Lyc. Quid vero? incidistine unquam (&, per ego te Gratiarum numen obtestor, tenta verum amare) in Stoicum aliquem aut Epicureum, qui non diffiderent de initiis rerum aut de finibus?

ΕΡΜ. Οὐδαμῶς.

ΛΥΚ. Ὅρα τοίνυν μήπως με παραλογίζῃ, ὦ γενναῖε, καὶ ταῦτα, φίλον ὄντα· ζητούντων γὰρ ἡμῶν οἵτινες ἀληθεύουσιν ἐν φιλοσοφίᾳ, σὺ τοῦτο προαρπάσας, ἔδωκας φέρων τοῖς Στωϊκοῖς, λέγων ὡς οὗτοί εἰσιν, οἱ τὰ δὶς δύο, τέσσαρα τιθέντες, ὅπερ ἄδηλον εἰ οὕτως ἔχει. Φαῖεν γὰρ ἂν οἱ Ἐπικούρειοι, ἢ Πλατωνικοὶ, σφᾶς μὲν οὕτω ξυντιθέναι, ὑμᾶς δὲ πέντε ἢ ἑπτὰ λέγειν αὐτά· ἢ οὐ δοκοῦσί σοι τοῦτο ποιεῖν, ὁπόταν ὑμεῖς μὲν μόνον τὸ καλὸν, ἀγαθὸν ἡγεῖσθε εἶναι· οἱ Ἐπικούρειοι δὲ, τὸ ἡδύ; καὶ ὅταν ὑμεῖς λέγητε σώματα εἶναι ἅπαντα, ὁ Πλάτων δὲ νομίζει καὶ ἀσώματόν τι ἐν τοῖς οὖσιν εἶναι; ἀλλ' ὅπερ ἔφην, πλεονεκτικῶς πάνυ τὸ ἀμφισβητούμενον συλλαβὼν, ὡς ἀναμφιλόγως ἴδιον τῶν Στωϊκῶν δίδως αὐτὸ ἔχειν, καίτοι ἀντιλαμβανομένων τῶν ἄλλων, καὶ λεγόντων αὐτῶν τοῦτο εἶναι, ἔνθα δὴ κρίσεως μάλι-

Herm. Nequaquam.

Lyc. Vide igitur, ne me rationibus colligendis fallas, eumque amicum. Quaerentibus enim nobis, qui veram rationem in philoſophia ſequantur, tu hoc praereptum aliis ad Stoicos detuliſti, cum diceres, hos eſſe, qui bis duo ponant eſſe quatuor; quod obſcurum, an ita habeat. Dixerint enim Epicurei, vel Platonici, ſe quidem ita componere, vos autem quinque aut ſeptem ea eſſe dicere. An non videntur tibi hoc facere, cum vos quidem ſolum, quod honeſtum, idem bonum putatis eſſe; Epicurei autem id, quod ſuave ſit? & cum vos diciris, corpora eſſe, quaecunque ſint; Plato autem ſtatuit etiam incorporeum quiddam in rerum natura eſſe? Tu vero, quod modo dicebam, iniuſte ſane id ipſum, de quo diſceptatur, comprehendens, tanquam extra controverſiam Stoicorum eſſet, ipſis habendum adiudicas, licet vindicantibus idem ſibi reliquis, & ſuum eſſe dicentibus,

στα, οἶμαι, δεῖ. ἂν μὲν οὖν πρόδηλον γένηται τοῦτο, ὡς Στωϊκῶν ἐστι μόνων τὰ δὶς δύο, τέτταρα ἡγεῖσθαι, ὥρα σιωπᾶν τοῖς ἄλλοις· ἄχρι δ' ἂν αὐτοῦ τούτου περὶ διαμάχωνται, πάντων ὁμοίως ἀκουστέον, ἢ εἰδέναι ὅτι πρὸς χάριν δικάζειν δόξομεν.

37 ΕΡΜ. Οὔ μοι δοκεῖς, ὦ Λυκῖνε, ξυνιέναι πῶς βούλομαι εἰπεῖν.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν σαφέστερον χρὴ λέγειν, εἰ ἕτεροῖόν τι, ἀλλὰ μὴ τοιοῦτον φήσεις.

ΕΡΜ. Εἶεν αὐτίκα οἷόν τι λέγω. θῶμεν γάρ τινας δύο εἰσεληλυθέναι εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον, ἢ εἰς τοῦ Διονύσου τὸ ἱερόν· εἶτα μέντοι φιάλην τινὰ τῶν ἱερῶν ἀπολωλέναι· δεήσει δήπου ἀμφοτέρους ἐρευνηθῆναι αὐτούς, ὁπότερος ὑπὸ κόλπου ἔχει τὴν φιάλην.

ΛΥΚ. Καὶ μάλα.

ΕΡΜ. Ἔχει δὲ πάντως ὁ ἕτερος.

ubi sane iudicio vel maxime, opinor, opus est. Si quidem igitur planum hoc fiat, Stoicorum solorum esse, bis duo putare esse quatuor; tum sane tacendum reliquis. Dum autem de hoc ipso certaverint, omnes aeque audiendi sunt, aut sciendum, nos in opinionem venturos condonari gratiae iudicii.

Herm. Non videris mihi, Lycine, intelligere, quid mihi voluerim.

Lyc. Igitur dilucidius dicendum erit, si quid diversum, non autem tale [*quale ante intelligebam*] dices.

Herm. Statim scies, quid dicam. Ponamus enim, duos quosdam in Aesculapii aut in Bacchi templum ingressos. Deinde vero phialam de sacris perditam. Oportebit scilicet ambos excutere, uter in sinu habeat phialam.

Lyc. Sane.

Herm. Habet autem omnino alteruter.

ΛΥΚ. Πῶς γὰρ οὐ, εἴ γε ἀπόλωλεν;

ΕΡΜ. Οὐκοῦν ἂν παρὰ τῷ πρότερῳ εὕρῃς αὐτὴν, οὐκ ἔτι τὸν ἕτερον ἀποδύσεις· πρόδηλον γὰρ ὡς οὐκ ἔχει.

ΛΥΚ. Πρόδηλον.

ΕΡΜ. Καὶ εἴ γε μὴ εὑροιμεν ἐν τῷ τοῦ πρότερου κόλπῳ, ὁ ἕτερος πάντως ἔχει· καὶ οὐδὲν ἐρεύνης οὐδὲ οὕτω δεῖ.

ΛΥΚ. Ἔγει γάρ.

ΕΡΜ. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν εἰ εὑροιμεν ἤδη παρὰ τοῖς Στωϊκοῖς τὴν Φιάλην, οὐκ ἔτι ἐρευνᾶν τοὺς ἄλλους ἀξιώσομεν, ἔχοντες ὃ πάλαι ἐζητοῦμεν· ἢ τίνος γὰρ ἕνεκα ἔτι κάμνοιμεν;

ΛΥΚ. Οὐδενὸς, εἴ γε εὕροιτε, καὶ εὑρόντες ἔχοιτε εἰ- 38
δέναι, ὡς ἐκεῖνο ἦν τὸ ἀπολωλὸς, ἢ εἰ ὅλως γνώριμον ὑμῖν εἴη τὸ ἀνάθημα. νῦν δὲ, ὦ ἑταῖρε, πρότερον μὲν οὐ δύο εἰσὶν οἱ παρελθόντες ἐς τὸν νεὼν, ὡς ἀναγκαῖον εἶναι τὸν ἕτερον αὐτοῖν, τὰ φώρια ἔχειν, ἀλλὰ μάλα πολ-

Lyc. Quî non, ſiquidem perdita ſit?

Herm. Igitur ſi apud priorem illam inveneris, non iam alterum exues: planum enim, illum non habere.

Lyc. Planum.

Herm. Et ſi non inveniamus in ſinu prioris, alter omnino habet, & nihil perſcrutatione neque ſic opus eſt.

Lyc. Habet enim *alter*.

Herm. Et nos igitur ſi inveniamus mox apud Stoicos phialam, non iam excutere reliquos opus putabimus, quippe qui habeamus, quod olim quaeſivimus: aut cuius rei gratia plus laboris ſumamus?

Lyc. Nullius, ſi quidem inveneritis, & inventum ſcire poſſitis id ipſum eſſe, quod fuerat perditum; aut modo omnino notum vobis ſit donarium. Iam vero, amice, primum quidem non duo ſunt ingreſſi in templum, ut neceſſe ſit alterutrum habere rem furtivam, ſed valde multi.

λοί τινες. εἶτα καὶ τὸ ἀπολόμενον αὐτὸ, ἄδηλον ὅ, τι ποτέ ἐστιν, εἴ τε φιάλη τις, ἢ σκύφος, ἢ στέφανος· ὅσοι γοῦν ἱερεῖς, ἄλλος ἄλλο εἶναι λέγουσι, καὶ οὐδὲ περὶ τῆς ὕλης αὐτῆς ὁμολογοῦσιν· ἀλλ' οἱ μὲν, χαλκοῦ, οἱ δὲ, ἀργύρου, οἱ δὲ, χρυσοῦ, οἱ δὲ, κασσιτέρου εἶναι αὐτὸ φάσκουσιν· ἀνάγκη τοίνυν ἅπαντας ἀποδῦσαι τοὺς εἰσελθόντας, εἰ βούλει εὑρεῖν τὸ ἀπολωλός· καὶ γὰρ ἂν παρὰ τῷ πρώτῳ εὐθὺς εὕρῃς φιάλην χρυσῆν, ἔτι καὶ τοὺς ἄλλους σοι ἀποδυτέον.

ΕΡΜ. Διὰ τί, ὦ Λυκῖνε;

ΛΥΚ. Ὅτι ἄδηλον εἰ φιάλη τὸ ἀπολόμενον ἦν. εἰ δὲ καὶ τοῦτο ὑπὸ πάντων ὁμολογηθείη, ἀλλ' οὔτι γε χρυσῆν ἅπαντές φασιν εἶναι τὴν φιάλην· εἰ δὲ καὶ μάλιστα γνώριμον γένοιτο, ὡς φιάλη ἀπόλοιτο χρυσῆ, καὶ σὺ παρὰ τῷ πρώτῳ εὕροις φιάλην χρυσῆν, οὐδὲ οὕτω παύσῃ διερευνώμενος τοὺς ἄλλους· οὐ γὰρ δῆλόν που εἰ αὐτὴ

Deinde ipsum, quod desideratur, quid sit obscurum est, phialane, an scyphus, an corona. Quot enim sunt sacerdotes, alius aliud dicit, nec de materia ipsa inter illos convenit; sed alii ex aere, alii argenteum esse, aureum alii, alii e stanno esse, dicunt. Necesse igitur est, quicunque ingressi sunt, omnes exuere, si invenire velis, quod desideratur: etiam enim si apud primum statim invenias phialam auream, adhuc reliquos tamen oportet exuere.

Herm. Cur, Lycine?

Lyc. Quoniam obscurum est, sitne phiala illud, quod periit: si vero hoc etiam inter omnes conveniat; at auream non omnes aiunt esse phialam. Si vero maxime illud etiam constet, auream periisse phialam, tuque penes primum invenias auream phialam, ne sic quidem excutere alios desi-

ἦν ἡ τοῦ Θεοῦ· ἢ οὐκ οἴει πολλὰς φιάλας εἶναι χρυσᾶς;

ΕΡΜ. Ἔγωγε.

ΛΥΚ. Δεήσει δὴ ἐπὶ πάντας ἰέναι ἐρευνῶντα, καὶ τὰ παρ' ἑκάστῳ εὑρεθέντα πάντα, εἰς μέσον καταθέντα, εἰκάζειν, ὅ, τί ποτε αὐτῶν πρέποι ἂν θεῖον κτῆμα οἴεσθαι. Καὶ γὰρ αὖ τὸ τὴν πολλὴν ἀπορίαν παρεχόμενον, 39
τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἕκαστος τῶν ἀποδυθησομένων ἔχει τὶ πάντως, ὁ μὲν, σκύφον, ὁ δὲ, φιάλην, ὁ δὲ, στέφανον· καὶ ὁ μὲν, ἐκ χαλκοῦ, ὁ δὲ, ἐκ χρυσοῦ, ὁ δὲ, ἀργύρου· εἰ δὲ ὃ ἔχει, τοῦτο ἱερόν ἐστιν, οὐδέπω δῆλον. πᾶσα τοίνυν ἀνάγκη ἀπορεῖν, ὅν τινα ἱερόσυλον εἴπῃς· ὅπου γε, καὶ εἰ πάντες τὰ ὅμοια εἶχον, ἄδηλον ἦν καὶ οὕτως, ὅστις ὁ τὰ τοῦ Θεοῦ ὑφῃρημένος ἐστί· γὰρ καὶ ἰδιωτικὰ ἔχειν. τὸ δ' αἴτιον τῆς ἀγνοίας ἓν ἐστιν, οἶμαι, τὸ ἀνεπίγραφον εἶναι τὴν ἀπολαμένην φιάλην. Θῶμεν γὰρ φιάλην ἀπο-

nes. Neque enim planum eſt, ſitne haec ipſa, quae fuit Dei: aut non putas, plures eſſe phialas aureas?

Herm. Ego vero.

Lyc. Opus igitur erit per omnes ire ſcrutando, quaeque apud ſingulos inventa fuerint, ea in medio ponere omnia, & ſic facere coniecturam, quid tandem illorum divinam poſſeſſionem putare deceat. Etenim quod multam adeo dubitationem affert, illud eſt, quod eorum, qui exuentur, unuſquiſque habet aliquid; ſcyphum unus, alius phialam, alius coronam: & alius quidem ex aere, ex auro alius, alius ex argento: utrum vero, quod habet quiſque, id ipſum ſacrum ſit, nondum patet. Neceſſe igitur omnino eſt dubitare, quem dicas ſacrilegum: ubi etiam, ſi ſunilia haberent omnes, ſic quoque obſcurum eſſet, quis ſit, qui Dei *cimelia* ſurripuiſſet: licet enim privata quoque habere. Cauſa autem illius ignorantiae una eſt, puto, quod inſcriptionem non habet deſiderata phiala. Ponamus enim *interim*, deſide-

λωλέναι, ὡς εἴ γε ἐπεγέγραπτο τοῦ θεοῦ τὸ ὄνομα, ἢ τοῦ ἀναθέντος, ἧττον ἂν ἐκάμνομεν, καὶ εὑρόντες τὴν ἐπιγεγραμμένην, ἐπεπαύμεθ' ἂν ἀποδύοντες, καὶ ἐνοχλοῦντες τοὺς ἄλλους. οἶμαι δέ σε, ὦ Ἑρμότιμε, καὶ ἀγῶνας ἤδη γυμνικοὺς ἑωρακέναι πολλάκις.

ΕΡΜ. Καὶ ὀρθῶς οἴει, πολλάκις γάρ, καὶ πολλαχόθι.

ΛΥΚ. Ἦ οὖν ποτε καὶ παρὰ τοὺς ἀθλοθέτας αὐτοὺς ἐκαθέζου;

ΕΡΜ. Νὴ Δία, ἔναγχος Ὀλυμπιάσιν ἐπὶ τὰ λαιὰ τῶν Ἑλλανοδικῶν, Εὐανδρίδου τοῦ Ἠλείου θέαν μοι προκαταλαβόντος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις. ἐπεθύμουν γὰρ ἐγγύθεν ἅπαντα ὁρᾶν τὰ παρὰ τοῖς Ἑλλανοδίκαις γιγνόμενα.

ΛΥΚ. Οἶσθα οὖν καὶ τοῦτο, πῶς κληροῦσιν ὅν τινα χρὴ παλαίειν, ἢ παγκρατιάζειν;

ΕΡΜ. Οἶδα γάρ.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν ἄμεινον σὺ εἴποις, ἐγγύθεν ἰδών.

rari phialam. Quod si inscriptum esset Dei nomen, aut donantis, minus laboraremus, inventaque ea, quae inscripta est, desineremus exuere alios, & molestiam illis facessere. Puto autem, te, Hermotime, gymnicos etiam saepe vidisse ludos.

Herm. Recte putas. Saepe enim vidi, & multis locis.

Lyc. Numquid igitur unquam prope ipsos sedisti certaminum praesides?

Herm. Quin nuper Olympiis ad sinistram Hellanodicarum, Euandrida Eleo spectaculum mihi occupante in suis civibus. Cupiebam enim ex proximo videre omnia, quae apud Hellanodicas fierent.

Lyc. Itaque nosti hoc quoque, ut sortiantur, quem, quicum, aut lucta certare aut pancratio oporteat.

Herm. Novi enim.

Lyc. Itaque melius tute dixeris, qui videris ex proximo.

ΕΡΜ. Τὸ μὲν, παλαιὸν, ἐπὶ Ἡρακλέους ἀγωνοθε- 40
τοῦντος, φύλλα δάφνης.

ΛΥΚ. Μή μοι τὰ πάλαι, ὦ Ἑρμότιμε· ἃ δὲ εἶδες ἐγγύθεν, ἐκεῖνα λέγε.

ΕΡΜ. Κάλπις ἀργυρᾶ πρόκειται ἱερὰ τοῦ Θεοῦ, ἐς ταύτην ἐμβάλλονται κλῆροι μικροὶ, ὅσον δὴ κυαμιαῖοι τὸ μέγεθος, ἐπιγεγραμμένοι· ἐγγράφεται δὲ ἐς δύο μὲν, ἄλφα ἐν ἑκατέρῳ· ἐς δύο δὲ, τὸ βῆτα· καὶ ἐς ἄλλους δύο τὸ γάμμα, καὶ ἑξῆς κατὰ τὰ αὐτὰ, ἢν πλείους οἱ ἀθληταὶ ὦσι, δύο ἀεὶ κλῆροι τὰ αὐτὰ γράμματ' ἔχοντες. προσελθὼν δὴ τῶν ἀθλητῶν ἕκαστος, προσευξάμενος τῷ Διΐ, καθεὶς τὴν χεῖρα ἐς τὴν κάλπιν, ἀναστᾷ τῶν κλήρων ἕνα, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος, καὶ παρεστὼς μαστιγοφόρος ἑκάστῳ, ἀνέχει αὐτοῦ τὴν χεῖρα, οὐ παρέχων ἀναγνῶναι ὅ, τι τὸ γράμμα ἐστὶν ὁ ἀνέσπακεν· ἁπάντων δὲ ἤδη ἐχόντων, ὁ Ἀλυτάρχης, οἶμαι, ἢ τῶν Ἑλλανοδικῶν αὐτῶν εἷς (οὐκ ἔτι γὰρ τοῦτο μέμνημαι)

Herm. Olim quidem, praeſide certaminis Hercule, laurī folia.

Lyc. Ne tu mihi antiqua, Hermotime, ſed quae ex propinquo vidiſti, ea narra.

Herm. Urna argentea propoſita eſt, Dei ſacra: in hanc parvae fabarum inſtar ſortes iniiciuntur, inſcriptae. Inſcribitur autem binis A, binis aliis B, binis Γ, & eodem modo deinceps, ſi plures athletae fuerint, ut duae ſemper ſortes eandem literam habeant. Accedens autem athletarum unuſquiſque, & Iovem precatus, demiſſa in urnam manu, ſortium unam extrahit, & poſt illum alius; adſtanſque unicuique flagellifer manum illius retinet, nec ſinit illum videre, quae ſit litera, quam extraxit. Omnibus autem ſuam iam habentibus, Alytarcha puto, aut ipſorum unus Hellanodicarum, hoc enim non iam recordor, circumiens inſpicit

περιῶν, ἐπίσκοπεῖ τοὺς κλήρους ἐν κύκλῳ ἑστώτων, καὶ οὕτω τὸν μὲν τὸ ἄλφα ἔχοντα, τῷ τὸ ἕτερον ἄλφα ἀνεσπακότι, παλαίειν ἢ παγκρατιάζειν συνάπτει· τὸν δὲ τὸ βῆτα, τῷ τὸ βῆτα ὁμοίως, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμογράμμους κατὰ ταὐτά. οὕτω μὲν γὰρ, ἢν ἄρτιοι ὦσιν οἱ ἀγωνισταὶ, οἷον ὀκτὼ, ἢ τέσσαρες, ἢ δώδεκα. ἢν δὲ περιττοὶ, πέντε, ἑπτὰ, ἐννέα, γράμμα τι περιττὸν ἐνὶ κλήρῳ ἐγγραφὲν συμβάλλεται αὐτοῖς, ἀντίγραφον ἄλλο οὐκ ἔχον· ὃς δ' ἂν τοῦτο ἀναισπάσῃ, ἐφεδρεύει περιμένων ἔστ' ἂν ἐκεῖνοι ἀγωνίσωνται· οὐ γὰρ ἔχει τὸ ἀντίγραμμα, καὶ ἔστι τοῦτο οὐ μικρὰ εὐτυχία τοῦ ἀθλητοῦ, τὸ μέλλειν ἀκμῆτα τοῖς κεκμηκόσι συμπεσεῖσθαι.

41 ΛΥΚ. Ἔχ' ἀτρέμα, τούτου γὰρ ἐδεόμην μάλιστα· οὐκοῦν ἐννέα ὄντες, ἀνεσπάκασιν ἅπαντες, καὶ ἔχουσι τοὺς κλήρους, περιὼν δή, (βούλομαι γάρ σε Ἑλλανοδίκην ἀντὶ θεατοῦ ποιῆσαι) ἐπίσκοπησον τὰ γράμματα·

sortes ſtantium circulo, atque ita eum, qui A habet, cum eo, qui alterum A extraxit, ad luctam vel pancratium comparat, ſimiliterque eum, cui B evenit, cum altero, qui B habet, & reliquos eiuſdem literae eadem ratione. Atque ita quidem ſi pari numero ſint athletae, v. g. octo, quatuor, duodecim: ſi vero impari numero, quinque, ſeptem, novem, litera quaedam impar & ipſa, uni tantum ſorti inſcripta, reſpondentem ſibi aliam non habens, cum reliquis inlicitur. Hanc qui extraxerit, ſubſidet, exſpectans, dum illi certaverint: nec enim habet ex adverſo ſibi reſpondentem literam. Et eſt illa non parva athletae felicitas, qui integer committendus ſit fatigatis.

Lyc. Inſiſte. hoc enim maxime mihi opus erat. Igitur novem cum ſint, extraxerunt omnes & habent ſortes. Circumiens itaque (volo enim te iam pro ſpectatore Hellanodicam facere) inſpice literas, nec prius puto didiceris,

τα, καὶ οὐ πρότερον, οἶμαι, μάθοις ὃν ὅστις ὁ ἔφεδρός ἐστιν, ἢν μὴ ἐπὶ πάντας ἔλθῃς, καὶ συζεύξῃς αὐτούς.

ΕΡΜ. Πῶς, ὦ Λυκῖνε, τοῦτο φῄς;

ΛΥΚ. Ἀδύνατόν ἐστιν εὐθὺς εὑρεῖν τὸ γράμμα ἐκεῖνο τὸ δηλοῦν τὸν ἔφεδρον, ἢ τὸ μὲν γράμμα ἴσως ἂν εὕροις, οὐ μὴν εἴσῃ γε εἰ ἐκεῖνός ἐστιν· οὐ γὰρ προείρηται ὅτι τὸ (κ) ἢ τὸ (μ) ἢ τὸ (ι) ἐστὶ τὸ χειροτονοῦν τὸν ἔφεδρον· ἀλλ' ἐπειδὰν τῷ (α) ἐντύχῃς, ζητεῖς τὸν τὸ ἕτερον (α) ἔχοντα, καὶ εὑρών, ἐκείνους μὲν ἤδη συνέζευξας· ἐντυχὼν δὲ αὖθις τῷ βῆτα, τὸ ἕτερον βῆτα ὅπου ἐστὶ ζητεῖς, τὸ ἀντίπαλον τῷ εὑρεθέντι, καὶ ἐπὶ πάντων ὁμοίως, ἄχρις ἂν ἐκεῖνός σοι περιλειφθῇ, ὁ τὸ μόνον γράμμα ἔχων τὸ ἀναντιαγώνιστον.

ΕΡΜ. Τί δ' εἰ ἐκείνῳ πρώτῳ, ἢ δευτέρῳ ἐντύχῃς, τί 42
ποιήσεις;

ΛΥΚ. Θύμενουν. ἀλλὰ σὺ ὁ Ἑλλανοδίκης, ἐθέλω εἰ-

quis ſubſeſſor ille ſit, quam veneris ad omnes, eoſque comparaveris.

Herm. Quid ita, Lycine?

Lyc. Fieri non poteſt, ut ſtatim invenias literam illam ſubſeſſoris indicem; aut literam forte invenias, ſed utrum illa ſit, neſcies. neque enim praedictum eſt, aut K aut M aut I eſſe, quae ſubſeſſorem indicet. Sed ubi in A incideris, quaeris eum, qui alteram A habet, eoque invento, illos iam comparaſti: & cum in B incidis, altera B ubi ſit quaeris, inventae reſpondens, ac de omnibus ſimiliter, donec ille tibi relinquatur, ſolitariam literam habens, cui nulla ex adverſo reſpondet.

Herm. Quid ſi vero in illam primo aut ſecundo incidas; quid facies?

Lyc. Minime, *quid ego facturus ſim, quaeritur.* Sed tu Hel-

δέναι ὅ, τι καὶ πράξεις, πότερον αὐτίκα ἐρεῖς ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ἔφεδρος, ἢ δήσει ἐπὶ πάντας ἐν κύκλῳ ἐλθόντα ἰδεῖν, εἴ που αὐτῷ γράμμα ὁμοίον ἐστίν· ὡς εἴ γε μὴ τοὺς πάντων κλήρους ἴδοις, οὐκ ἂν μάθοις τὸν ἔφεδρον.

ΕΡΜ. Καὶ μήν, ὦ Λυκῖνε, ῥᾳδίως ἂν μάθοιμι. ἐπὶ γοῦν τῶν ἐννέα, ἣν τὸ (ε) εὕρω πρῶταν ἢ δεύτερον, οἶδα ὅτι ἔφεδρος ὁ τοῦτο ἔχων, ἐστί.

ΛΥΚ. Πῶς, ὦ Ἑρμότιμε;

ΕΡΜ. Οὕτω, τὸ (Α) δύο αὐτῶν ἔχουσι, καὶ τὸ (Β) ὁμοίως δύο, τῶν λοιπῶν δὲ τεττάρων ὄντων, οἱ μὲν, τὸ (Γ) οἱ δὲ, τὸ (Δ) πάντως ἀνεσπάκασι, καὶ ἀνήλωται ἤδη ἐς τοὺς ἀθλητὰς ὀκτὼ ὄντας τὰ τέτταρα γράμματα. δῆλον οὖν ὅτι μόνον ἂν οὕτω περιττὸν εἴη τὸ ἑξῆς γράμμα τὸ (Ε), καὶ ὁ τοῦτο ἀνεσπακὼς, ἔφεδρός ἐστι.

ΛΥΚ. Πότερον, ὦ Ἑρμότιμε, ἐπαινέσω σὲ τῆς συνέσεως, ἢ θέλεις ἀντείπω τάγε μοι δοκοῦντα, ὁποῖα ἂν ᾖ;

lanodica, ſcire volo, quid facturus ſis? utrum ſtatim dicturus ſis, hic eſt ſubſeſſor, an ad omnes per orbem eundum putes, & videndum, ſi qua ipſi litera ſimilis ſit? atque adeo, niſi omnium ſortes videris, non diſcas ſubſeſſorem.

Herm. Quin, Lycine, facile diſcam. Inter novem enim-ſi E primo invenero, aut ſecundo loco, novi, hanc qui habeat, eſſe ſubſeſſorem.

Lyc. Quid ita, Hermotime?

Herm. Hoc modo: A duo illorum habent, B itidem duo; reliqui cum ſint quatuor, duo Γ, Δ autem alii duo omnino extraxerunt, conſumtaeque ſunt in octo athletas literae quatuor. Apparet igitur, ſolam ita imparem futuram proximam literam E, eumque, qui illam extraxerit, eſſe ſubſeſſorem.

Lyc. Utrum, Hermotime, prudentiam tuam laudem, an vis contra dicam, quae mihi videntur, qualiacunque demum fuerint?

ΕΡΜ. Νὴ Δία, διαπορῶ μέν τοι ὅ, τι ἂν εὔλογον ἀντειπεῖν ἔχοις πρὸς τοιοῦτον.

ΛΥΚ. Σὺ μὲν γὰρ ὡς ἐξῆς πάντως γραφομένων 43
γραμμάτων, εἴρηκας, οἷον, πρώτου τοῦ (A) δευτέρου δὲ τοῦ (B) καὶ κατὰ τὴν τάξιν ἄχρις ἂν ἐς ἓν αὐτῶν τελευτήσῃ ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀθλητῶν· καὶ δίδωμί σοι Ὀλυμπιάσιν οὕτω γίγνεσθαι. τί δαί, εἰ ἐξελόντες ἀτάκτως πέντε γράμματα, ἐξ ἁπάντων τὸ (X) καὶ τὸ (Σ) καὶ τὸ (Z) καὶ τὸ (K) καὶ τὸ (Θ) τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τέτταρα, διπλᾶ ἐπὶ τῶν κλήρων τῶν ὀκτὼ γράφωμεν, τὸ δὲ (Z) μόνον ἐπὶ τοῦ ἐννάτου, ὃ δὴ καὶ δηλοῦν ἔμελλεν ἡμῖν τὸν ἔφεδρον, τί ποιήσεις πρῶτον εὑρὼν τὸ (Z); τῷ διαγνώσῃ ἔφεδρον ὄντα τὸν ἔχοντα αὐτό, ἢν μὴ ἐπὶ πάντας ἐλθὼν εὕρῃς οὐδὲν αὐτῷ συμφονοῦν; οὐ γὰρ εἶχες ὥσπερ νῦν τῇ τάξει αὐτῶν τεκμαίρεσθαι.

ΕΡΜ. Δυσαπόκριτον τοῦτο ἐρωτᾷς.

ΛΥΚ. Ἰδοὺ δὴ καὶ ἑτέρως τὸ αὐτὸ ἐπισκόπησον. τί 44

Herm. Quin dic. Non comminiſcor equidem, quid cum ratione in tali re dicere contra poſſis.

Lyc. Tu quidem ita dixiſti, tanquam ordine deinceps ſuo omnino ſcribantur literae, v. g. prima A, altera B, & ſic ordine, donec in una illarum numerus athletarum deficiat. Ac do tibi, Olympiae ita fieri. Quid vero, ſi ſumtis ſine ordine quinque literis X, Σ, Z, K, Θ, reliquas quidem quatuor bis quamque in octo ſortibus ſcribamus, Z autem ſolum in nona, quod ſcilicet deſignet nobis ſubſeſſorem: quid facies, ſi primum Z invenias? quanam re intelliges ſubſeſſorem eſſe, qui illam habeat, niſi ad omnes accedens invenias, nullam cum ea convenire? neque enim poſſis, ut modo, ex ordine illarum illud intelligere.

Herm. Difficile eſt ad reſpondendum, quod rogas.

Lyc. Ecce alio etiam modo idem illud conſidera. Quid

γὰρ εἰ μηδὲ γράμματα γράφοιμεν ἐπὶ τῶν κλήρων, ἀλλὰ τινὰ σημεῖα, καὶ χαρακτῆρας, οἷα πολλὰ Αἰγύπτιοι γράφουσιν ἀντὶ τῶν γραμμάτων, κυνοκεφάλους τινὰς ὄντας, καὶ λεοντοκεφάλους ἀνθρώπους; ἢ ἐκεῖνα μὲν ἐάσομεν, ἐπείπερ ἀλλόκοτά ἐστι· φέρε δὲ τὰ μονοειδῆ καὶ ἁπλᾶ ἐπιγράψωμεν, ὡς οἷόν τε εἰκάσαντες δύο ἀνθρώπους ἐπὶ δυοῖν κλήροιν, δύο ἵππους ἐπὶ δυοῖν, καὶ ἀλεκτρυόνας δύο, καὶ κύνας δύο, τῷ δὲ ἐννάτῳ, λέων ἔστω τὸ ἐπίσημον· ἢν τοίνυν τῷ λεοντοφόρῳ τούτῳ κλήρῳ ἐν ἀρχῇ ἐντύχῃς, πόθεν ἔξεις εἰπεῖν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ τὸν ἔφεδρον ποιῶν, ἢν μὴ περιθεωρήσῃς ἅπαντας ἐπιὼν, εἴ τις καὶ ἄλλος λέοντα ἔχει;

ΕΡΜ. Οὐκ ἔχω ὅ, τι σοι ἀποκρίνωμαι, ὦ Λυκῖνε.

ΛΥΚ. Εἰκότως· οὐδὲ γὰρ εὐπρόσωπον οὐδέν· ὥστε ἢν ἐθέλωμεν ἢ τὸν ἔχοντα τὴν ἱερὰν φιάλην εὑρεῖν, ἢ τὸν ἔφεδρον, ἢ τὸν ἄριστα ἡγησόμενον ἡμῖν ἐς τὴν πόλιν ἐκείνην

enim, si neque literas scribamus in sortibus, sed signa quaedam & notas, quo genere Aegyptii multa scribunt, pro literis *pingentes* caninis aut leoninis capitibus homines. Aut illa quidem relinquamus, cum absurda sint: sed age uniformia illa & simplicia in iis pingamus, observata quantum potest similitudine, homines in duabus sortibus, duos in duabus equos, & gallos duo, & duo canes, nonae autem nota esto leo. In hanc igitur signatam leone sortem si primum incidas, unde habebis dicere, hanc esse, quae subsessorem faciat, nisi ante obeundo omnes inspexeris, si qua etiam alia leonem habeat.

Herm. Non habeo, quod tibi, Lycine, respondeam.

Lyc. Nihil mirum. Neque enim speciosum quidquam *est, quod responderi possit.* Itaque si voluerimus vel eum, qui auream phialam habeat, invenire, vel subsessorem, vel opti-

τὴν Κόρινθον, ἐπὶ πάντας ἀναγκαίως ἀφιξόμεθα, καὶ ἐξετάσομεν ἄκρως πειρώμενοι καὶ ἀποδύοντες, καὶ περιθεωροῦντες· μόλις γὰρ ἂν οὕτω τἀληθὲς ἐκμάθοιμεν. καὶ εἴ γε τις μέλλει σύμβουλός μοι ἀξιόπιστος ἔσεσθαι, Φιλοσοφίας πέρι, ἣν τινα Φιλοσοφητέον, οὗτος ἂν εἴη μόνος ὁ τὰ ὑπὸ πασῶν αὐτῶν λεγόμενα εἰδώς· οἱ δ' ἄλλοι, ἀτελεῖς· καὶ οὐκ ἂν πιστεύσαιμι αὐτοῖς, ἔστ' ἂν καὶ μιᾶς ἀπείρατοι ὦσι. τάχα γὰρ ἂν ἡ ἀρίστη ἐκείνη εἴη. οὐ γὰρ δὴ εἴ τις παραστησάμενος καλὸν ἄνθρωπον, λέγοι τοῦτον εἶναι κάλλιστον ἀνθρώπων ἁπάντων, πιστεύσαιμεν αὐτῷ, ἢν μὴ εἰδῶμεν ὅτι πάντας ἀνθρώπους ἑώρακεν· ἴσως μὲν γὰρ καὶ οὗτος καλός· εἰ δὲ πάντων κάλλιστος, οὐκ ἂν ἔχοι εἰδέναι, μὴ ἰδὼν ἅπαντας· ἡμεῖς δέ, οὐκ αὐτὸ μόνον καλοῦ, ἀλλὰ τοῦ καλλίστου δεόμεθα, καὶ ἢν μὴ τοῦτο εὕρωμεν, οὐδὲν ἡμῖν πλέον πεπράχθαι ἡγησόμεθα. οὐ γὰρ ἀγαπήσομεν ὁποίῳ ὁτῳοῦν

mum illum in civitatem illam Corinthum ducem, ad omnes neceſſario deveniemus, & inquiremus ſummo opere tentantes, & exuentes, & circum circa inſpicientes. Vix enim vel ſic verum diſcamus. Et ſi quis velit conſiliarius mihi fide dignus de philoſophia eſſe, quae ſequenda ſit, ille fuerit ſolus, qui ea, quae ab omnibus dicuntur, noverit. Reliqui omnes in cenſum non veniunt, neque iis crediderim, dum vel unius *ſectae* ſint ignari: forte enim haec ipſa fuerit optima. Neque enim ſane, ſi quis pulchrum nobis hominem adducat, huncque dicat eſſe omnium pulcherrimum, ipſi credamus, niſi ſciamus, omnes illum homines vidiſſe. Forte enim & hic quidem pulcher: an vero omnium pulcherrimus, ſcire non poſſit, qui omnes non viderit. Nos autem non pulchro ſolum, ſed pulcherrimo opus habemus: & hoc niſi invenerimus, nihil nobis profeciſſe videbimur. neque enim ſatis habebimus in pulchrum quodcunque in-

καλῷ ἐντυχόντες, ἀλλ' ἐκεῖνο τὸ ἀκρότατον ζητοῦμεν κάλλος, ὅπερ ἀνάγκη ἓν εἶναι.

46 ΕΡΜ. Ἀληθῆ.

ΛΥΚ. Τί οὖν; ἔχεις μοι τινὰ εἰπεῖν, ἁπάσης ὁδοῦ πεπειραμένον ἐν Φιλοσοφίᾳ, καὶ ὃς τά τε ὑπὸ Πυθαγόρου, καὶ Πλάτωνος, καὶ Ἀριστοτέλους, καὶ Χρυσίππου, καὶ Ἐπικούρου, καὶ τῶν ἄλλων λεγόμενα εἰδώς, τελευτῶν, μίαν εἵλετο ἐξ ἁπασῶν ὁδὸν, ἀληθῆ τε δοκιμάσας, καὶ πείρᾳ μαθὼν, ὡς μόνη ἄγει εὐθὺ τῆς εὐδαιμονίας; εἰ γάρ τινα τοιοῦτον εὕροιμεν, παυσόμεθα πράγματα ἔχοντες.

ΕΡΜ. Οὐ ῥᾴδιον, ὦ Λυκῖνε, τοιοῦτον ἄνδρα εὑρεῖν.

47 ΛΥΚ. Τί δῆ οὖν πράξομεν, ὦ Ἑρμότιμε; οὐκ ἂν ἀπαγορευτέον εἴμαι, ἐπεὶ μηδενὸς ἡγεμόνος τοιούτου ἔς γε τὸ παρὸν εὐπορεῖμεν. ἆρα τόδε πάντων κράτιστόν ἐστι, καὶ ἀσφαλέστατον, αὐτὸν ἕκαστον ἀρξάμενον, διὰ πάσης

cidiſſe, ſed ſummam illam pulchritudinem quaerimus, quam unam eſſe neceſſe eſt.

Herm. Vera *ſunt iſta.*

Lyc. Quid igitur? habes mihi dicere aliquem, qui viam omnem in philoſophia probaverit, quique cognitis, quae dicuntur a Pythagora, & Platone, & Ariſtotele, & Chryſippo, & Epicuro, & reliquis, unam tandem ex omnibus viam delegerit, quam veram probaverit, & cognoverit experimento, ſolam ducere recta ad felicitatem? Talem enim ſi inveniamus, laborare deſinemus.

Herm. Non facile eſt, Lycine, talem virum reperire.

Lyc. Quid agemus ergo, Hermotime? Non puto deſpondendum eſſe animum, ſi in praeſens non ſit ducis eiuſmodi copia. Numquid optimum eſt atque tutiſſimum, ipſum quem-

προαιρέσεως χωρῆσαι, καὶ ἐπισκέψασθαι ἀκριβῶς τὰ ὑπὸ πάντων λεγόμενα;

ΕΡΜ. Ἔοικεν ἀπό γε τούτων, πλὴν ἐκεῖνο μὴ ἐναντίον ᾖ, ὃ μικρῷ πρόσθεν ἔλεγες, ὡς οὐ ῥᾴδιον ἐπιδόντα ἑαυτὸν, καὶ πετάσαντα τὴν ὀθόνην, ἀναδραμεῖν αὖθις, πῶς γὰρ οἷόν τε πάσας ἐπελθεῖν τὰς ὁδοὺς ἐν τῇ πρώτῃ ὡς φῂς κατασχεθησομένῳ;

ΛΥΚ. Ἐγώ σοι φράσω, τὸ τοῦ Θήσεως ἐκεῖνο μιμησόμεθα· καὶ τι λῖνον παρὰ τῆς τραγικῆς Ἀριάδνης λαβόντες, εἴσιμεν ἐς τὸν λαβύρινθον ἕκαστον, ὡς ἔχειν ἀπραγμόνως μηρυόμενοι αὐτὰ, ἐξιέναι.

ΕΡΜ. Τίς ἂν οὖν ἡμῖν Ἀριάδνη γένοιτ' ἂν, ἢ πόθεν τοῦ λίνου εὐπορήσομεν;

ΛΥΚ. Θάῤῥει, ὦ ἑταῖρε· δοκῶ γάρ μοι εὑρηκέναι, οὗ τινος ἐχόμενοι, ἐξέλθοιμεν ἄν.

ΕΡΜ. Τί οὖν τοῦτό ἐστιν;

que incipere, & per ſectas ire omnes, & conſiderare accurate, quae dicuntur ab omnibus?

ead. l. 4. Παπαὶ, ὦ Ἑρμότιμε, ἡλίκους ἡμᾶς ἀποφαίνεις, οὐδὲ κατὰ τοὺς Πυγμαίους ἐκείνους, ἀλλὰ χαμαὶ πανταπασιν ἐν χρῷ τῆς γῆς) Interpres: *Papae, Hermotime, quantulos nos facis, neque cum Pygmaeis nos comparas, ſed omnino cum humi repentibus animalibus.* Sed χαμαὶ ἐν χρῷ τῆς γῆς num ſunt humi repentia animalia? non ſic Graeci loquuntur, ſed dicendum fuiſſet τοὺς χαμαὶ ὄντας, aut ῥέποντας· ſicut ſtatim, ὅσοι χαμαὶ ἑρπόμενοι ἐσμέν· ſed veram ſcripturam nobis oſtendit Mſ. ἀλλὰ χαμαιπετεῖς πανταπασιν ἐν χρῷ τῆς γῆς. In praec. p. 6 non fruſtra idem Codex, εἰ καὶ μὴ εὐθεῖαν, μικρὸν ἀεὶ βαδίζει τις. Sane ἀττικώτερον hoc eſt, quam vulgatum εὐθύ. Solet enim ὁδὸς in his frequentiſſime omitti. Sic apud Xenoph. εὐθείας ἐξεστηκέναι, *a recta via aberrare.* Exempla paſſim obvia, nec tironibus ignota. GRAEV.

ead. l. 5. Χαμαὶ &c.) Homeri & Heſiodi loca, quae primus indicavi, qui non viderit, dubitare hic non mirabor: — ἐπεὶ οὔ ποτε φῦλον ὅμοιον Ἀθανατῶν τε θεῶν, χαμαὶ ἑρχομένων τ' ἀνθρώπων. At nemo, qui contulerit, dubitabit. Χαμαιπετεῖς de tardis avibus uſurpatur, quae tamen volantes radunt, ut anſeres domeſtici &c. Vid. Ἰκαρ. c. 10. Uſurpat etiam Pindarus Ol. IX. Genuina & vere Lucianea ea eſt ſcriptura, quam ſecutus ſum. Vid. Ἰκαρ. c. 6. Reperitur etiam in M. SOLAN. Quid ſi legendum eſt χαμαὶ πατεῖς, *humi conculcas*: quale quid in interpretando iam ſpectabam, cum nondum de lectione χαμαιπετεῖς mihi innotuiſſet. GESN.

ead. l. 6. Ἐν χρῷ τῆς γῆς) *In ſuperficie terrae.* BROD.

ead. l. 7. Καὶ ὅσοι χαμαὶ ἑρχόμενοι) Cum Obſopoeus verterit *& quotquot per humum repentes ſumus*, Benedictus *& quotquot per humum reptimus*, videntur legiſſe, quod pater margini adſcripſit, ἑρπόμενοι. Sed praeterea, cum Baſileenſes ediderint μετὰ καὶ τῶν θεῶν ὑμᾶς, exiſtimans in ordine horum quatuor vocabulorum καὶ debere poni primum, non quartum, ut fecerunt Bourdelotius & Benedictus, putavit reponendum ἡμεῖς δὲ ὁ συρφετὸς καὶ ὡσεὶ χαμαὶ ἑρπόμενοι ἐσμὲν, καὶ μετὰ τῶν θεῶν ὑμᾶς &c. in quo tamen non ſtatuendum contra ſcriptos libros. GRON. Hom. Il. Ε, 442, & Heſiod. Θεογ. 272. Repetit in Ἰκαρ. cap. 6. Videtur tamen Graevius legiſſe in ſuo Cod. M. ἑρπόμενοι, uti etiam legendum coniecerat Gronovius. SOLAN.

ead. l. 13. Περιβαλεῖν) W. P. & L. In vulg. παραβαλεῖν. SOLAN. Etſi non ſatis affirmare queam, quae vera ſit lectio; tamen tribus optimae notae Codicibus obtemperaſſe, increpa-

bit nemo. Verum Anonymus quidam margini ed. Hagen. in qua aeque ac ceteris legebatur παραβαλεῖν, alleverat παραλαβεῖν, quod melius profecto. Ex manu autem coniicio, fuisse I. Bellagrium, qui nomen fronti huius libri inscripserat. REITZ. Παραβαλεῖν retinendum puto & propter auctoritatem vulgatae lectionis, & quod sensum parit commodissimum. *Multum* & *parum* quid sit, non potest commodius declarari, quam comparatione temporis. GESN. Reposuimus lectionem edd. vett. Sic Dial. Mort. XIV fin. ὃς Ἡρακλεῖ καὶ Διονύσῳ παραβάλλεις σεαυτόν· infr. Hermot. c. 58, καὶ παραβάλλων καὶ ἀντεξετάζων τοὺς οἴνους· Quom. Hist. cap. 2, ὡς οὖν ἓν, φασὶν, ἑνὶ παραβαλεῖν· & saepius alibi. Vid. Ind.

Pag. 8. *l.* 2. Περὶ μεγίστων) Ἀγαθῶν. BROD.

ead. l. 6. Χαλδαίων μεθόδους) Vide Gell. XIV, 2. VORST.

ead. l. 11. Τὸ χρεὼν ἐπιστὰν) *Fatum imminens.* BROD.

Pag. 9. *l.* 1. Ἀκαριαῖον) Vid. rurs. infr. c. 62. SOLAN.

ead. l. 11. Τῇ ἀρετῇ βίον) Post verba haec scribe AT. BROD. Excidit persona Λυκίνου. Scilicet fuisse: πρὸς τὸν ἐν τῇ ἀρετῇ βίον. AT. ἀλλὰ τίνα. MARCIL.

Pag. 10. *l.* 1. Πλούτους) Conf. supr. Mer. c. 12. SOLAN. Et nos de plurali illo rariore mox infra, hoc Dial. c. 9. REITZ.

ead. l. 3. Ἡρακλέα ἐν τῇ Οἴτῃ καταλαυθέντα) Quod supra narravit in Deor. D. *Iovis*, *Aesculapii* & *Herculis*. Vulgo autem credi solitum homines igne purgari, defunctosque igne, quo cremabantur, expurgari, atque ad Deos transire, vide pluribus probantem Iac. Elsner. ad I Ep. ad Corinth. III, 15. REITZ.

ead. l. 7. Διευκρινηθὲν) Munkerus ad Hyg. XXXVI emendare iubet, ac legere εὐκρινηθείς· sed nulla medicina eget locus saniissimus. SOLAN.

Pag. 11. *l.* 5. Ἂν δουλεύῃ) Lege δουλεύοι. GUYET. Non male quidem Guyetus coniicit; & sic rursum infra cap. 13 f. μάθῃς in μάθοις mutat; item cap. 22 ἂν εἴδῃς in εἴδοις, ac non semel alibi: verum quo frequentius id fit, eo iam minus necessarium arbitror, quia subiunctivus sese tot exemplis tueri potest. REITZ.

ead. l. 6. Πάθος) Stoici, teste Aristot. II Eth. ἀπαθείας τινὰς καὶ ἠρεμίας τὰς ἀρετὰς definiebant. VORST.

ead. l. 8. Ἀλλ' εὐφημεῖν χρὴ) *Bona verba.* Sunt verba solemnis huius formulae σίγα πᾶς ἔστω λεώς, εὐφημεῖν χρή· de qua copiose Scal. ad Varr. pag. 94. Leg. Schol. Sophoclis ad Oedip. Col. & ad Philoct. Dico alibi. BOURD.

ibid. Μηδ' ὅσιον οἶμαι) In P. & edd. multis est, εἶμαι, μηδ'

ὅσιον εἶναι. In W. etiam, nisi quod pro εἶναι habet ᾖ. Fl. ᾖ. Ed. I. εἰ. Omnes prave. Ego itaque levi hac transpositione locum sanasse mihi videor. Nihil enim iam relictum est, quod negotium faceſſat, facileque illud εἶναι pro οἶμαι scriptum fuerit, quod neceſſarium cum esset, alibi insertum est, & pro εἶναι quidvis ab imperitis positum. SOLAN.

Pag. 12. *l.* 1. Ἐκπλεύμην πρὸς τὸν λόγον) Sic in Nigrino & saepe alibi: pagina 281 & seq. Repetit in Lapith. BOURD.

ead. l. 2. Πλούτου) Cum ad Parisinum exemplar describatur haec editio, idque hic habeat πλούτων ἔφησθα καταφρονεῖν, hoc ipsum editum fuisset, nisi prius reliquas edd. consuluissem, ex quibus nihil variationis noraverat Solanus. Evolvi itaque alias editt. sex, easque πλούτου habere deprehendi, non πλούτων, & sic supra cap. 8 πλούτου — καὶ ἡδονῶν καταγελῶντας ipsa etiam habet Parisina. Alioqui non male πλούτων huc quadraret; sed quia utrumque rectum, non ausus sum uni editioni prae omnibus auscultare. Nec tamen pluralem πλοῦτοι pro *divitiis* usquam alibi invenio, ne in Ecclesiasticis quidem scriptoribus, ex quibus centena singularis exempla habet Suicerus in Thes. Et sic etiam plurali χρημάτων tamen singul. πλούτου addit Aristot. Pol. I, c. 6, scribens, ποιητικὴ χρὴ εἶναι τοῦ πλούτου καὶ χρημάτων· ibid. paulo post, πλούτος καὶ χρημάτων κτῆσις. Mox rursus, παντὸς πλούτου &c. ubi commode pluralem potuisset adhibere, si is fuisset usitatus. Tum vero plurali recte utaris, si quaeras, num duo sint *Pluti?* vel an differat *Plutus* a *Plutone*, qui rex esset inferorum, alter praeses divitiarum, vel ipsae opes, ut videtur Noster distinguere in Timon. c. 21, ubi *PLUTUS* ait, *se non suis ingredi pedibus, sed a PLUTONE mitti*, de quo disputat Spanh. ad Aristoph. Plut. 727. Sed vel per iocum ibi sic loquitur Lucianus, vel verum, quod Barlaeus ibi notat, etsi *Plutus* a *Plutone* diversus sit apud poëtas, utrumque tamen divitias largiri creditum. Verum Barlaei notas Hemsterh. ibi non addidit, nec nos iam de *Pluto* re nimis nota plura disputabimus. Quisque enim facile intelligit, si πλουτοδότης vocatur *Pluto*, & *Plutus* opes designat, recte dici Plutum a Plutone mitti. Etsi enim *Plutus* modo Deum, modo divitias significet, *Plutonis* appellatio tamen non ita promiscua est, quin ea Deum fere tantum significet, (& licet semel iterumque confundatur aliquod nomen, inde tamen non sequitur, omnem differentiam sublatam.) Interim pluralem πλούτων hoc loco recte legi posse credo, quia Lycinus ait, tu, Hermotime, mihi narrabas modo, *divitiarum con-*

tentores esse philosophos; cumque ipse Hermotimus, ad cuius verba respicitur, supra c. 7 etiam plurali usus sit, & hic commode eodem numero repetentur πλοῦτοι, veluti & in Necyom. cap. 12, πλούτοις τε καὶ ἀρχαῖς· iterum ibid. πλούτους λέγω, καὶ γένη. Philosophicum enim esse videtur, similia plurali num. usurpare, quae alias vix habent pluralem; ut alibi ostendimus. Sed & Xenoph. Ephes. II, pag. 32, πλούτων καὶ ἐπιμελείας. Adde Diodor. Sic. I, 71 f. καὶ μεγίστους πλούτους ἔσχον, & Nostrum Tox. c. 45. REITZ.

ead. l. 9. Ἐς τὸ ὕστατον) *Valde.* BROD.

ead. l. 14. Δίων) Fuit & illius nominis insignis Sophista; sed is diu ante hunc vixit. Conf. haec potius cum Lex. ubi de profligatissimo illius nominis homine etiam mentio fit. Hunc ego suspicor Sophistam etiam fuisse. SOLAN.

ead. l. 16. Ἀποδίδου) Qui nescit, hoc verbum proprium esse mercedi solvendae, & saepissime cum subst. μισθός iungi, adeat Iac. Elsner. ad Evang. Matth. XX, 8; ubi ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν ex Achill. Tat. Aristoph. Aelian. & hoc Lucianeo testimonio probatur. REITZ.

ibid. Παρὰ) In impressis legitur περὶ, haud dubie corrupte. M. P. & L. recte παρά. SOLAN.

Pag. 13. *l.* 5. EPM. Παυηρὸς) Omissum *non mirum*, aut simile quid, qua ratione & Romanos uti suo *nam* vel *enim*, ostendimus ad Quintil. 2, 11, 7. Transferamus hoc etiam ad illud, quod mox sequitur, οἶει γάρ ὅτι ἐκείνου χάριν κ. τ. λ. Hoc enim vult, *Non mirum te ita interrogare*, vel *sentio cur ita interroges* &c. Nempe cum frequens admodum sit id genus ellipsis, malim eam hic quoque adhibere, quam varias adeo particulae γάρ significationes tribuere. Hoc semel observatum ad plures interpretationis nostrae locos pertinere videbit, qui volet attendere. GESN.

ead. l. 8. Ἀποδιδόασι γὰρ αὐτῷ κατὰ καιρὸν τοὺς τόκους. Λυκ. τί δὲ, ἂν μὴ ἀποδιδῶσιν) An non videtur mutanda persona, & Luciani nomen praeponendum his omnibus? Certe efficacior erit lusus; quasi, cum Hermotimus excusaret eum, quod nihil adversus alios saevum statueret, respondeat Lucianus ridens, id videlicet mirum non esse, quia illi obeant in foenore solvendo constitutum tempus: tum pergit in eadem persona. Quid autem? an sic futurus esset, si non darent? GRON.

ibid. Κατὰ καιρὸν) Κατὰ καιρὸν fieri quid Graece dicitur, quod fit statuto, opportuno tempore, quo nec serius, nec citius fieri debebat. Laërt. Platone: Παρέδωκε δὲ αὐτὸν Πόλιδι

Λακεδαιμονίῳ, κατὰ καιρὸν διὰ πρεσβείαν ἀφιγμένῳ. *Tradidit ipſum* (Platonem) *Polidi Lacedaemonio, qui opportune legatus ad ſe venerat.* Etiam εἰς καιρὸν dicunt. Alexis, εἰς καιρὸν ἥκεις. Ariſtoph. in Pluto pro eo ὡρικῶς dixit, quod Scholiaſtes interpretatur κατὰ καιρόν. Haec L. Bos in Epiſt. ad Rom. c. 5, 6, (p. 105.) ubi & κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε quem adeundum eſſe, in marg. Graev. edit. notaverat Hemſterhuſius.

ead. l. 11. Ἐν τῇ Θήτῃ) Vid. ſupra cap. 7 med. REITZ.

Pag. 14. *l.* 4. Ἐλέγχ.) Ὅτι δεῖ τὰς χεῖρας ἀπέχειν τῶν ἔργων. Copioſe hac de re Schol. Ariſtoph. ad pac. Heſych. BOURD.

ead. l. 5. Ὥστε ἐγὼ ἀφίημι) Verba iſta, ὥστε ἐγὼ ἀφίημί σοι ὅσον ἔτι λοιπὸν τῆς ὁδοῦ, miſere converſa erant ab Obſopoeo: reddiderat enim, *itaque quod reliquum eſt itineris tecum una conficiam*; ſed correxit Benedictus, vertens, *quare ego tibi quod viae reliquum eſt; remitto.* REITZ.

ead. l. 9. Μεγάλοις γράμμασι) Theod. Marcilius ad Perſ. Dico ad Heliod. BOURD.

ead. l. 10. Οὐ συμφιλοσοφεῖν) Infinitivus quidem loco imperativi frequentiſſime uſurpatur; vid. fratris G. O. Reitzii Belg. Graeciſſ. pag. 386. Verum hic non adeo imperandi vim habet ille infinitivus, ſed publicandi; alioqui potius μὴ praemiſiſſet, quam οὐ. Varia autem verba poſt eiuſmodi infinitivos poſſe ſuppleri, modo θέλει, modo δεῖ, modo προσήκει, vid. ibid. Ego hic ἐστὶ ſupplendum arbitror, ut ſit, *hodie non eſt philoſophari*, i. e. *non poſſum*: tumque punctum minus pono poſt λέγον. Si vero infinitiv. pendet a λέγον, ut verſio vult, comma ſufficiet. REITZ.

ibid. Εὐκράτει) Male antea εὐκρέσει. BOURD. De quo etiam multa in Φιλοψ. Forſan etiam de eodem in Gallo. Sed is mihi alius *Eucrates* videtur. Si tamen idem ſtatuendus ſit, inde colligere licebit nomen Stoici illius, quem audiebat Hermotimus: Theſmopolis enim illic memoratur depontanus ſenex, Micyllo odioſe virtutem & dialecticas ſubtilitates obganniens, de quo diſerte in Μισθ. c. 33 & 34. Alius Eucrates memoratur Dial. Plut. & Merc. ſeu N. Δ. V. SOLAN.

ead. l. 15. Οὖν) P. & L. pro αὖ, quod in reliquis eſt. SOLAN.

Pag. 15. *l.* 3. Φιλοτησίας) Confer ſupra de Merc. cond. cap. 16. SOLAN.

ead. l. 5. Ἀριθμῷ παραλ. τὰ ῥέα) Hic adhuc mos uſurpatur a Theologis Pariſienſibus in ſolemnibus initiandorum conviviis. Longolius in Excerpt. Apud Theophr. de Eth. Char. Περὶ ἀναισχυντίας. Προσκαλεσάμενος τὸν ἀκόλουθον, δοῦναι ἀπὸ

τῆς τραπέζης. Athen. init. IV. Vid. Caſaub. ad Theophr. pag. 219. SOLAN.

ead. l. 16. Οὐδ' ἀναιμωτὶ) Ut in Tim. & paſſim alibi. BOURD.

Pag. 16. *l.* 4. Σκ. Νεστόρειόν τινα) *Capaciſſimum.* H. Λ. BROD. Talis rixa in Lapith. & apud Heliod. lib. 5 de ſcypho Neſtoreo. Interp. Martialis ex Iliad. 11. BOURD. Δέπας ἀμφικύπελλον, de quo Homerus & Ariſtoteles de apibus. Martialis VIII, 6, apud nos: *Hic duo longaevo cenſentur Neſtore fundi, Pollice de Pylio trita columna nitet.* (vulgo pro *columna*, *columba* legitur ap. Martial.) *Longol.* Poculum Neſtoris deſcribit Homerus Il. Λ, 635. Reſpicit autem Noſter hos praecipue duos verſus: Ἄλλος μὲν μογέων ἀποκινήσασκε τραπέζης Πλεῖον ἑόν. Νέστωρ δ' ὃ γέρων ἀμόγητι ἄειρεν. SOLAN.

ead. l. 10. Ἀόργητον, καὶ θυμοῦ κρείττονα) Satis vulgaria erant, quae ſupra § 10 ad v. καιρὸν ex L. Bos attulimus. Melius merentur addi, quae idem ad haec Luciani verba commentatur, in Epiſt. ad Rom. p. 97 ſ. ad cap. 2, 8, ubi ait: Differt proprie θυμὸς ab ὀργή. Θυμός *eſt fervor ſanguinis, qui circa cor movetur: ira naſcens.* Schol. Ariſtoph. ad Ran. p. 252, Θυμός ἐστι ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος, δι' ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως κινουμένου, ἡ ὀργὴ ἐναρχομένη. Sic fere etiam Laërtius in Zenone. Unde Aegyptii θυμὸν hieroglyphice inſinuabant per focum ardentem corde deſuper impendente. Non male Euſtath. ad Iliad. A, θυμὸν deducit ἀπὸ τοῦ θύειν, i. e. ὁρμᾶν, *ſubito commoveri*, vel *furere*. Cic. θυμὸν vertit *excandeſcentiam*. Tuſc. IV, *Excandeſcentia*, inquit, *eſt ira naſcens.* Ὀργὴ vero *eſt libido ulciſcendi & puniendi eum, qui laeſiſſe videtur iniuria.* Ὀργή ἐστιν ἐπιθυμία τιμωρίας τῶν ἀδικηκέναι δοκούντων, ut idem Schol. & Laërt. locis dictis. Unde Euſtathius ὀργὴν ἀπὸ τοῦ ὀρέγειν, i. e. *concupiſcere*, dictam putat, quia nihil aliud eſt ira, quam appetitus vindictae. Quando igitur haec duo vocabula ὀργὴ καὶ θυμὸς iunguntur in oratione, reddenda ſunt, *ira & excandeſcentia*: non *iracundia & animus*, quemadmodum eſt apud interpretem Luciani in Hermot. h. l. quod is reddit, *Virum ſenem exaſperabat, alienum ab iracundia, animoque potiorem.* (Pariſ. *animoque longe praeſtantiorem.*) Rectius poſuiſſet — *ſenem ab omni ira atque excandeſcentia plane alienum*, i. e. ſenem, qui non tantum irae, verum etiam ipſi excandeſcentiae, irae naſcenti reſiſtere poteſt, ab ea ſe vinci non ſinit. Alia phraſi diceretur, Οὔ μοι ὀργὴ μηδὲ θυμὸς καθίκεται. Sic fere Lucian. in Reviviſcent. c. 8 pr. — ὡς ὀργὴ Πλάτωνος ἢ Χρυσίππου — καθίκοιτο ἄν, i. e. *iram poſſe tangere Platonem vel Chryſip.* vel *nunquam*

putaveram, philoſophum iratum poſſe fieri. q. d. Credidi ſemper philoſophos hoc affectu eſſe liberos. Non intellexit vim phraſeos interpres, vertens, *Ego vero me nunquam in Platonis, vel Chryſippi — iram incidere exiſtimaſſem!* Similiter Lucian. Bacch. c. 2, ἄνθρωπον ὀργίλον καὶ δυμικὸν leginus. Haec ille. Κρείττων certe frequentiſſime ſignif. eum, qui vincit, ſuperior eſt; veluti ἥττων, qui vincitur: & quidem vel primitiva haec eſt ſignificatio, cum a *κράτος robur* derivetur, & ſic κρατεῖν *vincere, in poteſtate habere.* Sic inquam Noſter ſupra, de Merc. cond. § 19 f. κρείττονας χρημάτων eruditos vocat, *pecunia ſuperiores.* Nec non Thucyd. II, 60, χρημάτων κρείσσων, *pecuniæ invictus.* Ita fere κρείττων λόγος, de quo ſupra egimus. Et ſic Noſter paulo ſupra pr. cap. 12, ἐκράτησε δὲ πότερος; *Uter vero diſceſſit ſuperior?* REITZ.

ead. l. 12. Τί οὖ δίκαιον μοι ἑταίρῳ ὄντι, ὃν τρόπον ὡμιλήθης τὸ πρῶτον φιλοσοφεῖν, ὡς καὶ αὐτὸς εἰ δυνατὸν, ἐπισυνοδοιπορεῖν ὑμῖν, τὸ ἀπὸ τοῦ δὲ ἀρξάμενος) Monſtroſum verbum ἐπισυνοδοιπορεῖν potuerunt ne tam diu tolerare editores? In poſterum ex Mſſ. ſcribe & diſtingue: ὡς καὶ αὐτὸς, εἰ δυνατὸν ἔτι, συνοδοιπορεῖν ὑμῖν τοσαυτοῦδε ἀρξάμενος, ut & *ipſe, ſi etiam nunc fieri poſſit, vobiſcum iter capiam, inde initium faciens,* unde ſcilicet vos coepiſtis. GRAEV. Inſolita quidem vulgata ἐπι, συνοδοιπορεῖν, & eo forſan nomine damnanda. Quia tamen apta videbatur ſignificare, *longo quamvis intervallo ſequi,* & ſic, *quaſi una iter facere,* retinere volebam. Nunc autem auctoritati Codd. Mſſ. G. W. P. & L. cedo, in quibus omnibus legitur ἔτι συνοδ. SOLAN.

Pag. 17. *l.* 1. Εἰ γὰρ ἐβελήσεις, ὦ Λυκῖνε) Obſopoeus, *ſi modo haec res tibi cordi eſſet.* Benedictus, *ſi modo velis, Luciane.* Immo, *utinam velles, Luciane!* Nam & paulo ante, Εἰ γὰρ γένοιτο καὶ ἀνελθεῖν, ὦ Λυκῖνε. GRON.

ead. l. 2. Παῖδας) *Rudes atque imperitos.* BROD.

ead. l. 3. Ὡς πρὸς σὲ) *Si tecum conferantur.* BROD.

ibid. Αὐτὸς) Nihil hic variare edd. notaverat Solanus. Forſan quia αὐτοὺς vel αὐτοῖς invenire maluerit. Sed non opus eſt; nam vel efficacior hic nominativus, ut ſignificetur: *tantum prae illis ſapies ipſe,* i. e. ipſe tibi videbere. REITZ.

ead. l. 7. Τετταρακοντούτης) Si iſtud de aetate Luciani dictum, cum iis, quae initio huius libelli de tempore dicta ſunt, quo Hermotimum itare ad philoſophos viderat, conferatur, conſtabit iam, qua aetate Lucianus in Graeciam primum venerit, anno nempe aetatis circiter vigeſimo. At vero parum

illud iuvabit, niſi in hoc etiam opuſculo criterium aliquod temporis, quo ſcriptum eſt, inveniatur; quale nondum perſpicere valeo. SOLAN.

ead. l. 9. Τοσαῦτα γὰρ) Τοσαῦτα γοῦν, ὦ ἑταῖρε. MARCIL.

ead. l. 15. Οὕτω μάθῃς) Μάθοις Guyetus vult legi, bene quidem; ſed nihil ego in vulgata muto: vide, quae paucis dixi ſupra ad cap. 8 huius Dial. v. δουλεύῃ. REITZ.

Pag. 18. *l.* 14. Τῷ πότε πιστεύσας) *Cuinam habita fide.* BROD.

ead. l. 15. Τὸ πρῶτον σὺ) Mihi non fit probabile, caſtigatum & diligentem, ſi quis alius, ſcriptorem bis poſuiſſe τὸ πρῶτον σὺ, ac ſtatim παρεὶς σὺ τὰς ἄλλας, itaque alterutrum σὺ librariorum liberalitati deberi arbitror, poſterius praeſertim, quod proinde omittendum. GESN.

Pag. 19. *l.* 3. Τῶν δ' ἄλλων) Intellige ὁδῶν. BROD.

ead. l. 5. Δὴ) Ita edidimus, auctoritatem Mſ. Reg. 3011 ſecuti, quocum faciunt edd. *H. B.* 4. & *S.* Vulg. male δέ.

ead. l. 6. Ὑπὲρ τοὺς πολλούς) *Supra vulgus.* BROD.

ead. l. 8. Καὶ κατὰ τὸν νῦν ἐμέ) *Et is atque nunc ſum.* BROD.

ead. l. 12. Ὑμετέρων προγόνων) Τῶν Στωϊκῶν δηλονότι. BROD. *Noſtri maiores* tamen Obſopoei verſio in ed. Pariſ. habebat, etſi ὑμετέρων in Graeco contextu exhibebat. In Benedict. autem, *veſtrorum maiorum.* REITZ.

ead. l. 15. Ἅπερ προῃρησαι) *Quae delegiſti.* BROD.

ead. l. 16. Ὥσπερ τὸν Χαιρεφῶντα) Conſule Platonem in Socratis Apolog. BROD.

in Schol. col. 1. *l.* 1. Ὅτι Στ.) Ridiculum caput, qui ex his Luciani verbis Socratem Stoicum fuiſſe iudicet.

Pag. 20. *l.* 2. Προσιπῶν) Sic lego, non ut in omnibus, & in ipſo M. προσιπόν. Qui Graece ſciunt, probabunt, ſat ſcio, emendationem noſtram. SOLAN. Emendationem Solani confirmat Mſ. Reg. 3011.

ead. l. 3. Τὴν ἀρμόττουσαν) ὁδόν. BROD.

Pag. 21. *l.* 14. Μόνος βασιλεύς) *Ad ſummam, ſapiens uno minor eſt Iove, dives, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.* Hor. (Ep. I, 1, 107.) VORST.

Pag. 22. *l.* 2. Αὐτῶν) Reſcripſimus pro vulg. αὐτῶν, iubente cl. B. de Ball. Item p. 30, l. 8. αὐτοῦ pro αὐτόν.

ead. l. 4. Οἱ μὲν δὴ ἀντίδοξοι) Omnes priſcae edd. *A.* 1. *I. H. B.* 2. Fl. *F. P. S.* quas hic dedita opera conſului, haec ita habent: Οἱ μὲν δὴ ἀντίδοξοι οὐκ ἔλεγον, ὡς τὸ εἰκὸς· οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τὰ ἄλλα φιλοσοφοῦντες. Immo & Cod. M. eadem exhibere, teſtatur Solanus, qui tamen poſteriora illa, οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ π.

α. φ. in *Iunt.* deleverat; nimirum olfaciens gloſſam eſſe: idem & mihi videtur; nam quid aliud ſunt, quam explicatio verbi ἀντιδοξοι; Interim, quia non affertur Codex, in quo deſint, ea ita contextu addere tutius duxi; ſed ut ſuſpecta uncis incluſi. REITZ.

ibid. Εἰκόσ. Ἑρμ.) In omnibus impreſſis & ipſo Codice M. verba ſequentia hic inſerta legebantur: οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τὰ ἀλλὰ φιλοσοφοῦντες, inſulſe prorſus, ſi Dialogi perſonae tribuantur: exſulare itaque ego iuſſi, cum palam ſit, Scholion merum eſſe, quid per ἀντιδοξοι Lucianus voluerit, enarrans. SOLAN.

ead. l. 10. Μαργίτη) Eraſmi Chiliades: ibi Μαργίτης. BROD. *Cum Margita*, inerte & nullius pretii ſtolidoque homine. *Margitis* enim meminit ex Homero Ariſtot. atque Clem. Alex. Demoſth. apud Plut. Alexandrum puerum & Margitem nominabat. COGN. Ἄφρονι, μωρῷ. De hoc Suid. ex Heſych. Interp. Ariſt. ad aves. BOURD. Scripſiſſe Homerum poëmatium, cui hoc nomen fecerat, Ariſtoteles haud dubie auctor eſt, de Poët. cap. 4. Sed Homeri foetum eſſe dubitat Baſilius, Lib. de legg. Gr. (Grot. ed. 990 C.) Iunioris & vires tentantis Homeri eſſe exiſtimat Dion Chryſoſt. p. CXXIV ed. Barneſ. Iliados praemiſſorum. Iterum infra Φιλοψ. c. 3. SOLAN.

ead. l. 13. Ὑπ' ἐκείνου λεγόμενα) Caſtigo ὑπ' ἐκείνων. BROD.

ead. l. 14. Αἱρεσιν) Φιλοσοφίαν. BROD.

ead. l. 15. Ἀξιῶν) Forte ἀξίαν, *aeſtimationem, pretium.* GUYET.

ibid. Τοιαῦτα λέγοντι) Non λέγοντο. BROD.

ead. l. 16. Οἶσθα) Stare hoc verbum hic non poteſt. Credo ſcriptum fuiſſe ἴσθι, vel potius εὖ ἴσθι, ut Πρ. λ. c. 5, & alibi paſſim. SOLAN.

Pag. 23. *l.* 2. Ἐν χρῷ κουρίας) *Ad cutem tonſos.* BROD. *Strictim attonſus.* Plaut. Capt. cuius ἀντίθετον, *per pectinem attonſus.* Ἐγκυτὶ κεκαρμένους Archilocho. Hoc genus tonſurae σκαφίον dicebant, cui κῆπος, vel κηπίον opponebatur. De quibus vide Ariſtoph. Schol. in Avibus, & H. Iunium de coma c. 6. Vide & Λεξ. c. 5. VORST. Vide not. ad Vit. auct. c. 20. SOLAN. Ἐγχρωκουρίας una voce Guyet. ſcribit. Aſſentirer, ſi probaret; nec enim ridiculum adeo eſt, ut contemni debeat, quin quia ridiculum, ſtudio affectatum ab Luciano videri poſſit. Interim, quia non neceſſarium, & viri eruditi hic & alibi iam ſatis expoſuere, quid ſit ἐν χρῷ κουρίας, nihil amplius dicam. REITZ.

ead. l. 3. Οὐδ' ἐν ἁβρὸν) *Nihil in his molle.* BROD.

ibid. Ἐς τὸ ἀδιάφορον) Nimirum τὸ ἀδιάφορον illam quorundam rationem notat, quibus parum aut nihil curae eſt, quid

de ſe iudicent alii, nudi an veſtiti, hoc an illo modo veſtiti incedant, ſoli ſint an in foro? qui *ſuſque deque habent omnia*, quam ipſam formulam ex Graecorum ἀδιαφορίᾳ interpretatur Gellius XVI, 9. Igitur extrema ſunt hinc Ariſtippeorum, ut hoc utar, mollities, hinc Cynica negligentia, & cultus omnis, atque alieni adeo iudicii contemtus. GESN.

ead. l. 13. Ἐν χρῷ ἢ κουρᾷ) Ut antea ἐν χρῷ κουρίας. Quid legerit in his locis interpres non video, nam Stoici dicti ἐν χρῷ κουρίαι, *tonſi, cute tenus*. Ipſe vero *longa coma venerandos, prolixa in capite caeſaries, capillus prolixior*, ubique vertit. De his Iuvenal. Sat. 2, *atque ſupercilio brevior coma*e. Haec monebat Senator Godofred. Maluynus. Dixi hac de re antea. BOURD.

Pag. 24. *l.* 3. Παίζεις πρὸς μέ) Et haec ita legi in *I. H.* & *Fl.* annotaverat Solanus; quaſi variationem invenire optaret. Sed & ſic leguntur in *A.* 1. *P.* & *S.* Niſi quod aliter in omnibus ſcripti ſint accentus, legunt enim πρός με, enclitice. Quod tamen cum accentuum canonibus adverſetur, mutavimus, & porro mutabimus, non amplius de his minutiis monituri: licet ſtudio reliquerimus idem c. 1 de Merc. cond. ἐξηγόρευον πρός με; nam praepoſitio non aſſumit accentum encliticae, in quo tamen millies peccatur in omnibus auctorum editt. (etſi, atona particula ſequente, accentum invertere fas ſit, ut, ἀπό τε, ἐπί τε.) Sed aliud noſter quaeſiſſe videtur, phraſis nempe illi inſolita videbatur: at non eſt, vid. Ariſtoph. Plut. 1056, ſupra l. c. iam adductum. Et Noſtrum infra Soloec. c. 6 pr. REITZ.

ibid. Συνίημι) *Mihi fucum fieri non ſentio*. BROD.

ead. l. 10. Τί ἂν πάθοι τις) *Quid agendum ſtatuat aliquis*. BROD.

ibid. Εἰ τυφλὸς ἂν) Ubi Hermotimus dixiſſet, poſſe etiam ex externo habitu iudicari de optimo philoſophorum genere, continuo infert Lucianus, Τί ἂν πάθοι τις, εἰ τυφλὸς ἂν ἐπιθυμοίη φιλοσοφεῖν; Non gravor particulam ἂν ita continuo iteratam: perſuadeo tamen mihi, legendum εἰ τυφλὸς ὢν ἐπιθυμοίη φιλοσοφεῖν. Non dubito, quin cuilibet, aures ſuas, & perpetuam Graecorum, Luciani potiſſimum, loquendi conſuetudinem conſulenti, haec lectio cenſeatur veriſſima. IENS. Εἰ τυφλὸς ὢν) Quia Codex W. Ienſianae ac Guyetianae (nam & Guyetus ἂν in ὢν mutandum monuerat) coniecturae aſſentitur, non dubitavi ὢν recipere: nam illud editionum ἂν πάθοι ... ἂν ἐπιθυμοίη minus commodum. REITZ.

Pag. 25. *l.* 6. Ὃ δὲ βούλομαι εἰπεῖν, τοῖον δέ ἐστιν, οὐχ ὅτι τῆς γνώμης τῶν ἀνδρῶν ἔρωτι προσήκεις αὐτοῖς) Immodice Obſo-

poeus, *niſi enim me fallit animus, tale quiddam eſt, quod dicturus ſum, nimirum te parandae & colligendae ſapientiae cupidine cum iſtiuſmodi viris converſari.* Abſurde Benedictus & praeter Graeca, *iſtiuſmodi autem eſt, quod volo dicere, non ſolum ſapientiae virorum illorum amore captus ipſos adiviſti, ſed in ſap.* At particula οὐχ eſt hic accipienda per interrogationem; cuius notam cum ſubiecerint huic periodo Baſileenſes, quî potuit eiſdem placere Obſopoeus? Adſcripſit vere pater, *Quod enim dicere volo, ſic ſe habet: Nonne ſcientiae virorum eorum cauſa ad illos accedis, & —?* GRON.

ead. l. 7. Οὐχ ὅτι) In huiuſmodi voculis ut venuſtas linguae, ita etiam difficultas conſiſtit. Saepiſſime ſic apud Noſtrum collocatur illud οὐκ. SOLAN.

ead. l. 8. Καὶ ἀξίους) Lege forſan: Ἀλλὰ καὶ ἀξίους. Sic interpres. GUYET.

ead. l. 16. Ὁ γοῦν Μῶμος) Fabula de Momi iudicio. GUYET. Conf. Ἰστ. β, c. 3. SOLAN.

Pag. 26. *l.* 2. Ὁ μῦθος ἐρίσαι) Huius fabulae mentionem facit Plato. COGN.

ibid. Ἐρίσαι Ἀθηνᾶν, καὶ Ποσειδῶνα) Conf. infr. Ὀρχ. cap. 39, 40. SOLAN.

ead. l. 3. Εὐτεχνίας πέρι) Propter anaſtrophen accentus praepoſitionis mutandus erat. Sic infra c. 45 φιλοσοφίας πέρι conſtanter legitur. Quod ex Grammaticis notum. Sic Hom. Il. B, 91, — νεῶν ἄπο. Et Odyſſ. H, 104, — μύλης ἔπι, ac ſaepe alibi. Exempla plura ex proſae ſcriptt. affert Ienſ. ad Iov. Trag. c. 33. REITZ.

ead. l. 4. Ἀθηνᾶν δὲ, οἰκίαν &c.) Alleverat orae edit. Graev. T. Hemſterh. Vid. Ariſtid. T. I, p. 21 C. ubi Iebb. hunc locum notat. Sed cum ea mihi editio non ſit ad manus, quid ibi commentator ille habeat, addere non poſſum. REITZ.

ead. l. 9. Ἐπέστηξε) Ita pro vulgato ἐξέστηξε dare non haeſitavi; idem verbum ex tribus Codd. ſimiliter reſtitui infra cap. 31. REITZ.

ead. l. 12. Εἰ Ἰεύδεται) Prave hic omnes ἤ, quod *B.* 2. ſola ita emendavit. SOLAN. Εἰ *B.* 2. ſolam recte legere, reliquas cum Cod. M. male ἤ habere, notaverat Solanus. Non, credo, quod ignoraret ἤ—ἤ recte dici; nam vel hoc ex adagio ἢ πίθι, ἢ ἄπιθι notiſſimum, ſed quod hic εἰ convenientius duceret. Poteſt autem ſtare vulgata, etſi propter proxime praecedens καὶ, forſan melius foret εἰ pro ἤ. Sed ſi καὶ plane abeſſet, ac tum ἤ—ἤ legeres, nihil deſiderarem: at Noſter nimis amat

illud καὶ, quod vel ad nauſeam infarcit in Somn. cap. 1, 2, 3. REITZ.

ead. l. 14. Ὑπὲρ τὸν Λυγκέα) *Lynceo perſpicacior.* Perſpicaces, intelligentes & acute ſubtiliterque videntes *Lynceï* dicuntur, non a Lynce animali, ſed a Lynceo Argonautarum uno, qui diſſitabat ultra parietem videre; Hieron. contra Ioa, Origeniſtam. Val. Flacc. L. I: — *cumque aethera Iuppiter umbra Perdiderit ſolus, tranſibat ſidera Lynceus.* Plin. L. IV, c. 10. Cic. de eo. Lucian. Icaromenip. & Dial. Menip. & Tireſiae. COGN. Ut in Contempl. BOURD. Vid. Ariſtophan. Schol. in Pluto. VORST. Ita corrupte, ut exhibui, verſus Val. Flacci exſtat ap. Cogn. quem Graev. edit. eodem modo ex Pariſina deſcripſit. Sed vid. edit. Burmanni L. I, 466, ubi leges — *cumque aethera Iuppiter umbra Perdiderit, ſolus tranſibit nubila Lynceus.* REITZ.

Pag. 27. *l.* 3. Κατὰ θεὸν) *Dei auſpicio, divinitus.* BROD. Confer huius Dial. c. 15. SOLAN. Adducit haec Luciani verba Iac. Elſner. ad 2 Corinth. VII, 10, & interpretatur κατὰ θεὸν εἱλόμην, *ego divino beneficio elegi*, firmatque ex Iamblich. Vit. Pythag. c. 26, p. 97: Ἄχαρις δ' ὡς κατὰ θεὸν ἀνουσίας αὐτῷ τῆς προθέσεως, *laetus itaque, quod propoſitum ſibi non ſine divina ope ſuccederet.* Licet ἡ κατὰ θεὸν λύπη in Nov. Foed. potius ſit *triſtitia ſecundum Deum*, quam *a Deo immiſſa*, quod recte ex locis N.T. ſimilibus probat idem. Quodque etiam ſimilibus poſſet probari, ex profanis ſcriptoribus, ſi quid opus foret. REITZ.

ead. l. 6. Καὶ πρὸς ἐμέ) Vid. ſupr. Prometh. c. 3. SOLAN.

ead. l. 7. Ἐν πολλῷ τῷ συρφετῷ) Sic ſupra c. 1 f. huius Dial. ἐν τῷ πολλῷ τῶν ἰδιωτῶν συρφετῷ. REITZ.

ead. l. 8. Γάρ σαι) Ἄρ, quod hic inſenſatum in omnibus, duce W. delevimus. SOLAN.

ead. l. 10. Ἀρ' ἐμὲ ἀρέσειεν) Modo dixerat ἆρ σοι ἀρέσκει, iam vero accuſandi caſum adiungit idem verbo: utrumque vero uſitatum eſſe non monerem, niſi ſuſpicatus eſſem, Solanum noſtrum dubitare de hoc caſu. Dativus tamen vulgo notior, Accuſativ. vid. ap. Ariſtoph. Plut. 353. Adde eund. Ran. 103, Σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει. Plura Spanh. ad Plut. l. c. affert, ut Veſp. 769, Acharn. 188, Eurip. Oreſt. 210, Thucyd. I, c. 128 &c. tamen leviter aberravit in profectendis Thucydidis verbis, ſcribens, οὔτι σε τούτων ἀρέσκει; cum ap. Thucyd. legatur, εἰ οὖν τι σὲ τούτων ἀρέσκει. Conferatur ſcholiaſta, qui Atticiſmum eſſe ait, accuſativum pro dativo. Rarius

ibid. Μοι ἀρέσ.) Sic edi ex coniectura omnavimus, quamvis in omnibus edd. & ipſo M. ſcriptum ſit μοι. Vid. Eur. pag. 195

B. 198 A. SOLAN. Quia ſcilicet paulo ante praeceſſit οὐδέν σοι ἀρέσκει, ideo & hic ἀρέσειεν cum dativo conſtructum voluit Solanus; ſed hoc non ſatis eſt cauſae priſtinam eamque conſtantem lectionem mutandi ex mera coniectura: vix autem mihi perſuadeo, eum ignoraſſe, hoc verbum etiam frequenter accuſativum perſonae, aeque ac rei, adſciſcere, id quod ſatis multis iam probavit Stephanus in Theſ. Adde nos nota proxima. REITZ.

Pag. 28. *l.* 3. Ἄμεινον) Repone, ἀμείνων ἢ χείρων. BROD.

ead. l. 10. Ἂν εἴδῃς) Εἰδοῖς Guyet. Sed vid. quae ſupra notamus ad c. 8 huius Dial. REITZ. Ἴδοις Mſſ. Regg. 2954 & 3011.

Pag. 29. *l.* 14. Κλαυθμυριζομένων) M. P. & A. In aliis mendoſe κλαθμυριζομένων. SOLAN.

ead. l. 16. Ἀποσεισάμενον) Anglic. ἀποσεισάμενος, mend. BOURD.

Pag. 30. *l.* 1. Ἀποῤῥίψαντα) Cum finxiſſet Hermotimus, Virtutem eſſe beatiſſimam civitatem, inque eam togaſſet num aequum eſſet, ut omnes contenderent, & cives ibi fieri geſtirent, *Maxime vero*, reſpondet Lucianus, *eo adſpirandum eſt, reliqua autem omnia negligenda; neque multum curare oportet retinentem patriam; neque liberis vel parentibus, ſi cui ſint, revocantibus eiulantibuſque, flectli & verti; ſed & eos maxime ad eandem viam hortari: ſin autem nolint, vel nequeant, amoventem illos* (ſive *amotis illis*) *recta ad undique beatam illam urbem contendere; quin & ipſum abiicientem pallium* (ſive *ipſo abiecto pallio*) *ſi eo apprehenſo detinerent, illuc feſtinare.* Hic quidem auctoris ſenſus eſt: ſed in Graecis aliquid eſt, ad quod offendas. Καὶ αὐτὸ ἀποῤῥίψαντας τὸ ἱμάτιον, εἰ τούτου ἐπειλημμένοι κατερύκοιεν, ἐσσύμενον ἐκεῖσε &c. Si ſequentium iuxta & praecedentium habeatur ratio, vel puero pateat legendum ἀποῤῥίψαντα. IENS. Omnes libri impreſſi, & ipſe M. ἀποῤῥίψαντας, mendoſe. Diſplicet etiam duplex illud ἐκεῖσε. SOLAN.

ibid. Εἰ τούτου ἐπειλημμένοι κατερύκοιεν, ἐσσύμενον ἐκεῖσε) Sic Benedictus & Bourdelotius. Baſileenſes εἰ τούτου κατειλημμένοι, κατερύκοιεν ἐσσύμενον ἐκεῖσε. Pater notat ſumtum ex Ὀδυσσ. ὁ, ἐσσύμενον κατερύκει, & Obſopoei verſio eſt fatua. GRON. Hom. Il. Z, 518. Π, 9. Odyſſ. Ο. Homericum eſſe, recte monuit Vorſt. nos locum, qui ei haec ſcribenti non ſuccurrebat, addidimus. SOLAN.

ead. l. 2. Ἀποκλείσῃ) Ut in Dial. Meret. BOURD.

ead. l. 3. Καὶ γυμνὸν) Καὶ deeſt in Mſ. & Angl. Cod. BOURD.

ead. l. 7. Φρατρίας) Curiae. Φρατρία δέ ἐστι τὸ τρίτον μέρος

τῆς φυλῆς. VORST. Plerique libri & ipſe M. prave hic φατρίας habent, omiſſa litera ρ. In Scholiis, *B.* 2. & *S.* recte ſcribitur. Vide ſupra Τιμ. c. 25, & infra Ἐκκλ. c. 4, ubi iterum peccant libri plerique. SOLAN.

ead. l. 11. Πρὸς ταῖς πύλαις) Conf. cap. 1 med. de Merced. cond. bis. SOLAN.

ead. l. 12. Ὡς εὖγε) Ex Cod. W. pro εἶγε vulgato. SOLAN. Εἶ γε μέμνημαι) Εἶγε quaedam edd. coniunctim; ſed hoc eodem redit. Ὡς εἶγε *Flor.* ed. habere, recte notaverat Solanus; ſed non ſatis diſtincte notaverat, quid in W. legeretur; verum εὖγε ſupra εἶγε collocaverat. In nota tamen ecce declarat, quid voluerit: ſed ſi iam in iſto Cod. εὖγε legitur, non tamen illico ſic ederem, ſed εὖγε ſaltem ſcriberem; tumque illam lectionem ego ſane non ſpernerem, cum ex ſeqq. pateat, Lucianum non dubitanter loqui, (quod per εἶγε tamen fieret) ſed ea, quae probe meminerit, narrare. REITZ.

Pag. 31. *l.* 7. Καὶ τὸ ἀλιπαρὲς) Αὐχμηρόν. Suid. *Guyet.* Sed quia aliam iam lectionem habemus, hac interpretatione nihil opus eſt. REITZ.

ibid. Ἀλιπαρὲς) Dicit Lucianus, ſi quis in illam beatorum civitatem velit adſciſci, ei ſufficere σύνεσιν, καὶ ἐπιθυμίαν τῶν καλῶν, καὶ πόνον, καὶ τὸ ἀλιπαρὲς, καὶ τὸ μὴ ἐνδοῦναι. Vertitur: *intelligentia polleat, cupiditate rerum honeſtarum teneatur, laborem & macritatem non detrectet, non det tergum.* Primo *macritas* barbarum eſt: Latini dixiſſent *macies*, ſeu *macritudo*. Dein licet Latinum eſſet, quid hic macies facit ad ius civitatis conſequendum? MS. pro ἀλιπαρὲς ſcribit λιπαρὲς, & ſic ſine controverſia ſcripſit Lucianus. Λιπαρὲς eſt aſſiduitas, familiaris Luciani vox, quam cum τῷ πόνῳ non ſemel iunxit. Vertendum autem, *ſufficit ingenium, cupiditas rerum honeſtarum, labor, aſſiduitas, non tergum dare*, ſc. ad civitatem conſequendam, hoc eſt, non viam, cui te dederis, deſerere. GRAEV. Graevio aſſentiens mutavi. P. etiam λιπαρὲς, & in M. quod primo fuerat α, eraſum eſt. SOLAN. Cum λιπαρὸς ſit *curata bene pelle nitidus*, lautus & unctus homo; videtur non male huc convenire, ut τὸ ἀλιπαρὲς ea ſit virtus, quae non modo aequo animo illis rebus careat, ſed etiam, ubi copia ſit, eas contemnat, ſicca virtus & ſobria, auſtera magis, tetrica ac dura, quam delicata, mollis, atque commoditatis ſtudioſa &c. Verum facilius longe eſt τὸ λιπαρὲς, a Graevio prolatum, i. e. *aſſiduitas, conſtantia.* GESN.

ibid. Ἐνδοῦναι μηδὲ μαλακισθῆναι) Ἐνδιδόναι retrocedere

tium eſt in proelio; vid. interprett. ad Ariſtoph. Plut. 488, — *μαλακὸν δ' ἐνδύσαντε μηδέν.* Quod olim male verterant, *nihil admiſcete iocoſum.* Noſter ſupra Apol. pro Merc. cond. c. 4, *ἐνδιδόντων φυγεῖν*, & ſaepe alibi: vid. Ienſ. ad Dial. Toxar. ubi quoque male intellectum fuerat hoc verbum. Propria ſignificatio eſt ap. Hippocr. Sect. 2, aph. 28, ubi *ἐνδιδόναι* dicitur *τὸ σῶμα* pro *emaciari*, vel ut nos, *inſiccari*, i. e. quando expanſa retro cedunt, cui oppoſitum *ἐπιδιδόναι*, augeri, creſcere, ib. aph. 31 & 32, quod Lucian. de vento quoque uſurpat. REITZ.

ead. l. 9. Ἐπιδείξηται) Non immerito edd. lectionem hic contulit Solanus, quia inſolitum videbatur diverſos modos coniunctione *καὶ* coniungi, nimirum *ἐπιδείξηται καὶ διεξέλθοι*. Sed quia *ἂν* utrique modo iungi poteſt, licebit conſtruere *ἂν ἐπιδείξηται* & *ἂν διεξέλθοι*, ante optativum ſimiliter *ἂν* intelligendo. Plura ſimilia deinde occurrent. Sic infra cap. 57 pro *καταθύσεις καὶ θυσιάζῃ* Guyet. legi iubet *καταθύσοις καὶ θυσιάζῃ*, quod non improbarem, niſi *καταθύῃς* iam ex Mſ. reſtitutum. Interim alibi forſan dabitur occaſio pluribus oſtendendi, non repugnare linguae Graecae genio, optativum & ſubiunct. interveniente *καὶ* coniungere. REITZ.

ibid. Διεξέλθοι) Sic legendum pro *διεξέλθοιεν* Guyet. monuerat; verum ego optativum iam in edd inveni. Salmuriens. autem ambigue *διεξέλθῃ*, i. e. male quidem expreſſa ſyllaba poſteriore, ex cuius tamen veſtigiis pateat, eam *διεξέλθῃ* dare voluiſſe: & hanc iam veram lect. credo. REITZ. Faventibus Mſſ. Regg. 2954 & 3011 repoſuimus *διεξέλθῃ*.

ead. l. 10. Πολίτην ὄντα) Angl. *εἶναι*. BOURD.

ead. l. 11. Ὅστις ἂν ᾖ) *Quicunque fuerit.* BROD.

Pag. 32. *l.* 4. Αὐτὸς ἤειν ἐς αὐτ.) *Ad eam profectus eſſem.* BROD.

ead. l. 6. Καὶ Ἡσίοδος) Μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν. BROD. Vid. Heſiod. Ἔργ. 288. SOLAN.

ead. l. 11. Σοὶ μὲν ἐπὶ) Mend. BOURD.

Pag. 33. *l.* 1. Ἐπὶ τὰς ἄρκτους) Ne quis credat melius legi *ἐπὶ τῆς ἄρκτου*, quia una tantum ſeptemtrionis eſt plaga, meminerit, Graecos potiſſimum hic plurali num. uti, quia duae ſunt *ἄρκτοι*, urſa maior, & minor, quamvis & ſingulari Strabo ſaepe utatur, pro ſeptemtrione, ut L. I, p. 109, (al. 63) *ἐξ ἡμερῶν πλοῦν ἀπέχειν πρὸς ἄρκτον*, & alibi. Plurali autem Dionyſ. Al. Perieg. de ſitu Orbis. v. 130, *Φράζεο δ' ἐκ κείνου τετραμμένος αὖθις ἐπ' ἄρκτους.* Et ſic alii paſſim, quod in vulgus notum pluribus non probo. REITZ.

ead. l. 2. Εὔυδρος) P. L. ed. *I.* & *B.* 2. *ἔνυδρος*, & ſic olim

fuerat in M. Sed vulgata placet. Vid. Hiſt. *a'*, cap. 28, Rhet. c. 7, & Herod. IV, 105. Uſurpat tamen etiam ἔνυδρος in Εὐχ. cap. 20. SOLAN.

ead. l. 6. Ἐναντιώματα) Variae viae ad beatiſſimam illam civitatem ducentes, dicuntur ἐς τὰ ἐναντιώματα τελευτῶσαι. Sic quidem omnes, quas vidi, editiones. Lege tandem aliquando ἐναντιώτατα. IENS. Neſcio, quare vir doctus hic pro ἐναντιώματα emendet ἐναντιώτατα, cum vox ſit proba, idemque valeat, quod ἐναντία. Pollux Onom. L. V, c. 29, ἐναντία & ἐναντιώματα ut ſynonyma ponit. L. BOS.

ead. l. 9. Ἕκαστος) In his verbis nidem non nihil vitii ineſt. Ait Lucianus: Ἐφ' ἣν γὰρ ἂν ἔλθῃ αὐτῶν (ὁδὸν) ἀνὴρ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀτραποῦ ἕκαστος ἑφεστώς, ἐν τῇ εἰσόδῳ μάλα τις ἀξιόπιστος ὁρέγει τε τὴν χεῖρα, καὶ προτρέπει κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀπιέναι, λέγων ἕκαστος αὐτῶν μόνος τὴν εὐθεῖαν εἰδέναι. Si quid video, Lucianus ſcripſit ἀνὴρ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀτραποῦ ἑκάστης ἑφεστώς· paulo poſt inverſo ſpiritu αὐτοῦ ſcribendum. Locum itaque integrum ſic reddo: *Ad quamcunque enim earum* (viarum ſcilicet, quae diverſae pro diverſitate philoſophorum, omnes tamen ad beatam illam civitatem, Virtutem, ducere dicebantur) *venerim, homo in initio cuiuſque ſemitae ſtans, in ipſo ingreſſu, quidam nimirum fide admodum dignus, & manum porrigit, & ſuam ut inſiſtam hortatur, quiſque eorum ſe ſolum rectam viam ſcire praedicans.* IENS. Recte Ienſius vitioſam lectionem detexit; ſed quia aeque liceret divinare ἑκάστοτε legendum, quam ἑκάστης, nulla quippe ed. aut Mſ. aliquid variationis oſtendente, vitium in textu relinquo, cuique pro arbitrio corrigendum; cum liquido ſtatuere nequeam, quid auctor ipſe dederit. REITZ.

ead. l. 13. Δυναμένοις) Sic M. ed. *I.* & aliae quaedam rectε. *B.* 2. & *P.* δυναμένους. SOLAN.

ead. l. 15. Αὐτοῦ) Dedi pro αὐτοῦ, quod in edd. erat: nam reciprocum eſt. Paulo autem ſupra parum refert, ſcribaſne αὐτοῦ cum vulgata, an αὑτοῦ, quia ad ἀπιέναι referri poteſt; immo ſi refertur, αὐτοῦ ſervandum eſt. REITZ.

ead. l. 16. Παρ' αὐτῷ) In W. P. & L. αὐτόν. Sed praeſtat vulgata. SOLAN.

ibid. Τοίνυν — πλῆθος) Inter has voces antea legebatur τὸ, quod non agnoſcit M. neque admiſſum eſt in *B.* 2. SOLAN. Non aſſentior Solano artic. τὸ delendum, quia iam praeceſſit τό. Sed vel ideo omnino retinendum, & ab ignorantibus quibuſdam librariis dedita opera omiſſum credo; nam repetitio

illa articuli non eſt inuſitata, ad numerum oratorium complendum, qui & hic longe eſt ſuavior, ſi addatur articulus, quam ſi dematur. Immo & emphaſin habet; & Lucianus alibi non ſemel ſic repetit. Vid. nos ſupra ad c. 5 Hermotimi; quod miror fugiſſe noſtrum, qui hunc auctorem tamen tam crebro pervolvit. Nam Dialogo primo, ſ. Somn. c. 15, Τῆς δὲ τῆς δικαιοσύνης, probat ipſe, & eleganter ſic ſaepe poni, fatetur. Addo Theodoret. Dial. I, cap. 11 pr. Εἴτε Ἰουδαῖοι τὴν δὲ τὴν προρρησιν γενήκασιν: Ariſtoph. Plut. 524, Περὶ τῆς ψυχῆς τῆς ἑαυτοῦ (etſi hoc poſterius paulo aliter ſe habeat, cum alter ille articulus aliud nomen habeat iunctum, cuiuſmodi repetitionem nimis eſſe frequentem ac pueris notam dicet lector, qualis eſt illa in S. Oratione Dom. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον, vel haec Hippocratis S. I. aphor. 16, καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν, τοῖσιν οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι.) Quid igitur dicas de loco iſto Galeni ad Hippocr. art. quem Foeſius adducit ex ſua Galeni edit. p. 624, 34, καὶ οἱ τόνοι ἀπὸ τῶν ἐπικαιροτάτων τῶν ἐν τῷ σώματι, anne ibi ex proxime praegreſſa ſyllaba male repetitum credas? Ego non. Sed addo rurſum Herodian. L. 2, 2, 16, ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων. Eiuſdem, & alius generis pleonaſmos articuli & pronominum vid. in nott. Ienſii, Solani, & Hemſterhuſii ad Dial. Marin. III, (p. huius edit. 355 ſq. Vol. II.) REITZ.

Pag. 34. *l.* 5. Ἀπολύσω τῆς ἀπορίας) Ut in Nigr. & Hercul. Gall. & paſſim. BOURD.

ead. l. 8. Ἢ τίνι τῶν ἡγεμόνων) Brod. Miſcell. IX, c. 16, in ſuo exemplari legens καὶ τί τῶν ἡγεμόνων, reſtitui volebat τίσι, non immerito: ſed cum iam τίνι inveniam in edd. nihil opus eſt coniectura τίσι. REITZ.

ead. l. 16. Οὕτω) Parvi refert, quam ſcripturam hic eligas, οὕτω, an οὕτως· nam ſi ad ſequentem vocalem perſonae Ἑρμότ. reſpicias, οὕτως rectius erit; ſi vero dicas perſonarum nomina non pertinere ad filum orationis, ſed ad ſequens πῶς in legendo tranſitum fieri, οὕτω potius locum habebit, quia tum conſonans ſtatim poſt οὕτω ſequitur. REITZ.

Pag. 35. *l.* 8. Εἰ δὲ ἐκείνην εἶδεν &c.) Εἰ δὲ ἐκείνην εἶδεν, ἣν ἐχρῆν, ἐν ᾗ ἐπιθυμοῦμεν ἐγώτε καὶ σὺ πολιτεύσασθαι. Ἡδέως εἰς Κόρινθον, ἐλθεῖν ὁ δ' εἰς Βαβυλῶνα ἀφικόμενος, οἴεται Κόρινθον ἑωρακέναι. ἄδηλον ἐμοιγ' οὖν ἔτι. οὐ γὰρ πάντως &c. Locum totum adſcripſi, quia librariorum culpa diſtortiſſimus eſt, verbis ultro citroque peſſime traiectis. In ſeriem vero ſuam redigi & recorrigi ſic poteſt: Εἰ δὲ ἐκείνην εἶδεν, ἣν ἐχρῆν, ἐν ᾗ ἐπιθυ-

μεθῦμεν ἐγώ τε καὶ σὺ πολιτεύσασθαι, ἄδηλον. Ἡδέως εἰς Κόρινθον ἐλθεῖν ἔχω, ὃ δ' εἰς Βαβυλῶνα ἀφικόμενος οἴεται Κόρινθον ἑωρακέναι, ἄδηλον ἔμοι γ' οὖν ἔτι. οὐ γὰρ πάντως. MARCIL.

ead. l. 10. Ἢ δέον) In omnibus ante *Salm.* ἢδέως legebatur, corrupte. L. ἴσως — ὡς εἰδὼν, ex quo nihil boni elicias. Benedictus ex coniectura, ut videtur, ὡς δέον, quod ad verum propius accedit. Haud dubie ſcribendum ἢ δέον, quod & ad ſcripturam codicum proxime accedit, & rei accommodatiſſimum eſt; uti ex textu & verſione noſtra ſatis patebit. (Hanc emendationem inter inſigniores in Specimine, quod anno 1708 a me Cantabrigiae editum eſt, locum ſuum tueri volui.) SOLAN. Interpretatus ſum, ac ſi legeretur pro illo ἢδέως, quod ab Aldo inde obſedit libros, tenui mutatione, ἢ δέον κ. τ. λ. Simillima conſtructione mox utitur de Homerico ſagittario. Ceterum Corinthum hic nominavit procul dubio, ut ſimul nos admoneret illius οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς, vel, *non cuivis homini contingit adire Corinthum.* GESN. Ἢ δέον dare ex veſtigiis veteris ſcripturae, & monente Solano, non dubitavi, qui in marg. *Iunt.* notat, δέον ſimiliter poni ſupra hoc Dial. c. 10 f. item c. 28 f. nec non c. 73 f. Quin potius vid. de Merc. cond. c. 11, & 31 med. ubi καὶ πολλάκις κατακεῖσθαι δέον, οὐδὲ τοῦτο συγκεχώρηται. REITZ.

Pag. 36. *l.* 9. Ἔνθα ἂν οἱ πόδες φέρωσιν) Eraſm. in proverb. *quocunque pedes ferunt.* BROD.

Pag. 37. *l.* 1. Δεῖν) Recipiendam credes ſcripturam Cod. P. ac legendum οὐκ οἶμαι, δεῖ, ſi conferas mox c. 36 f. ubi μάλιστα, οἶμαι, δεῖ ſine variatione legitur; ſi vero minus hiantem orationem amas, vulgatam praeferes. REITZ.

ibid. Παραβόλως ἀναῤῥίπτειν) Fieri quidem poſſe ait Lucianus, ut quis optimo philoſophiae generi operam dare cupiens, nulloque de eligendo optimo examine habito, forte in optimum incidat, ἡμᾶς δέ γε, inquit, περὶ τῶν οὕτω μεγάλων, οὐκ οἶμαι δεῖν παραβόλως ἀναῤῥίπτειν, οὐδ' ἐς στενὸν κομιδῇ καταχλείσιν τὴν ἐλπίδα, ἐπὶ ῥιπὸς, ὡς ἡ παροιμία φησὶν, τὸν Αἰγαῖον, ἢ τὸν Ἰόνιον διαπλεῦσαι θέλοντας. Vertit Benedictus, *Nec equidem par eſſe puto, ut de rebus adeo magnis ſpem temere abiiciamus, aut in anguſtum coactam concludamus, virgultea ſcapha, quod aiunt, Aegaeum aut Ionium mare tranſmittere volentes.* Sed profecto, cum Lucianus dicit, ἡμᾶς δέ γε περὶ τῶν οὕτω μεγάλων, οὐκ οἶμαι δεῖν παραβόλως ἀναῤῥίπτειν, non id vult, quod finxit interpres, *nec equidem par eſſe puto, ut de rebus adeo magnis ſpem temere abiiciamus*, verum longe aliud quid. Nimirum diſputa-

verat in antecedentibus de tot diverſis philoſophorum ſectis, qui tamen ſinguli ſe iactarent veros eſſe ad ipſam Virtutem (ſive ſummum bonum) ὁδηγούς. At fieri non poſſe contendit Noſter, ut omnes, ſinguli diverſam ab aliis inſiſtentes viam, ad petitum terminum ducant: quare in ſummo verſetur is errandi & nunquam ad optatum finem perveniundi diſcrimine, qui ut quaeque ſe prima ipſi obtulerit, illi ſe ſectae tradat; nam unam tantum veram eſſe poſſe viam. Atque adeo *nos quidem*, pergit, *oportere arbitror in rebus tanti momenti non ita temere aleam iacere*, & rem fortunae permittere, (ut praeceſſit) *neque ſpem noſtram in anguſtiam quandam* (quae facile ſcilicet nos poſſit fallere & perdere) *redigere, virgultea ſcapha Aegaeum Ioniumve mare tranſmittere volentes.* Ἀναρρίπτειν hoc in loco per ellipſin τοῦ κύβον, eſt *aleam iacere*. Integram locutionem habes in Harmonide c. 3 med. ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναρρίψομεν τὸν κύβον, & in Pro Imag. c. 16, Τολμήσω ἀναρρῖψαι τὸν κύβον. De ἀναρίπτειν per ellipſin τοῦ κύβον, vide plura apud Iſ. Caſaubonum ad Suetonii Iulium cap. 32. IENS.

ead. l. 2. Ἐπὶ ῥιπὸς) Eraſm. in prov. *Aegaeum ſcaphula tranſmittere.* BROD. Paroemiogr. Hoc autem proverbium εἴρηται ἐπὶ τῶν πάνυ ἀπόρων καὶ θεοῦ μόνου εἰς λύσιν ἐπιτρεπομένου. BOURD. *Crate vimínea.* GUYET. Θεοῦ θέλοντος, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις, inquit poëta ἄδυλος. Similiter Ariſtoph. in Pace, Κέρδους ἕκατι, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις. MENAG. Meminit huius proverbii Ariſtoph. in Εἰρήνῃ, quem vide, & eius Schol. VORST. Plut. 720, Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις, ait Solanus. Et quia Vorſtius modo Ariſtophanis mentionem fecit, crederes Plutum Ariſtophanis indicari; ſed Plutarchum innuit, qui id ut Pindari, ſed addubitans tamen, adducit. Illa autem ſcribendi ratio moleſta eſt, & quoties Herod. ſcribit noſter, haereas, num Herodotus an Herodianus intelligendus. Vel Ariſt. ſitne Ariſtoteles, Ariſtides, an Ariſtophanes. Ariſtoph. vero Εἰρην. v. 698 idem prov. habet, ſed de avaro uſurpat. Inter Menandri ſententt. rectius videtur relatum ab Hemſterhuſio No. 22, p. 161 textus Graeci. REITZ.

ead. l. 3. Ἰόνιον) Recte vulgata, nam ſic ſcribitur, ſecunda brevi; vid. Strab. L. 2, p. 185, (al. 123, 124.) bis, & non ſemel alibi. Dion. Alex. de Sit. Orb. 94, Ἣν τε καὶ Ἰονίην περιναίεται ἠνδάξαντο. Etſi Ἰόνων natio ſecunda producta exaratur. Vid. eund. Strab. L. VIII, p. 588, (al. 383.) & ſeqq. plus decies, ut auctoritt. poëticas in re notiſſima omittam. Effertur autem maſc. gen. ὁ Ἰόνιος, quia κόλπος intelligitur. REITZ.

ead. l. 6. Ἑνὸς ὄντος ἐν μυρίοις) Hoc fert caſus ſaepe, ut qui verbi cauſa ad orbem clavis multis confixum collineet, unum quemcunque clavum de tam multis feriat, eiiciatque: at unum aliquem & certum v. g. qui in ipſo centro, aut in ſumma apſide ſit fixus, excutere, artis eſt, aut caſus riſſimi. GESN.

ead. l. 7. Ὁμηρικῷ τοξότῃ) Hom. ad finem Iliad. Ψ. BROD. Hom. Il. Ψ, 865. SOLAN.

ibid. Ὅς δ' ἐὺν) Similem caſum expreſſit etiam Virg. Aen. V. SOLAN.

ead. l. 8. Ἔτεμεν) Non opus eſt lectione Cod. W. ἐνέτεμεν. Sed ſi quid mutatione indigeret locus, ἀπέτεμεν, vel ἀπέταμεν ex ipſo potius Hom. reponendum, qui ait l. c. Ἄντικρυ δ' ἀπὸ μήριν θεν τάμε πικρὸς ὀιστός. Verum nulla mutandi neceſſitas: nam alioqui etiam μὲν ingerendum, quod in Homero quoque praecedit, & ad δὲ refertur. Sed & hoc ſaepe omittitur; vid. ſupr. de Merc. cond. c. 4. Plura addere temporis anguſtia prohibet. REITZ.

ead. l. 9. Τῶν πολλῶν) *Unum e multis, quae ferire deſtinamus.* BROD. An τῶν πολλῶν τι; GUYET.

ead. l. 12. Ἀγούσης) Intellige τῆς ὁδοῦ. BROD.

ead. l. 16. Τῇ πλεούσῃ) Quid hoc ſit, neſcire me fateor. Forſan πνεούσῃ. Sed neque ſic ſatis, unde habeat, aſſequor. SOLAN. Interpretatus ſum non τῇ πλεούσῃ ſcil. νηΐ, *navi euntí*, quod inſolens mihi videbatur, ſed quaſi legeretur tenuiſſima mutatione πνεούσῃ, *ſpiranti*, nimirum αὔρᾳ *aurae. Vela ventis dare, navem auſtro permittere*, ſolemnia ſunt, & ſexcenties tali in re uſurpata. GESN. Omnino aſſentior Iac. Elſnero, ad Act. Apoſt. XXVII, 15, p. m. 483, monenti πνεούσῃ legendum, intellecto αὔρᾳ, veluti eod. cap. v. 40, ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ. Quod pluribus aſſertum vid. ibidem. Etſi enim πλεούσῃ, intellecto νηΐ, aliquem ſenſum habere videtur, alterum tamen longe melius: nam ſi ad λυσάμενος, quocum connectendus eſt ſenſus, reſpicias, videbis rectius procedere, ſi vento te credere dicaris, poſtquam iam ſoluta ſit navis, quam navi, cui te commiſiſſe dici potius deberes ante, quam ſolveretur. REITZ.

ibid. Τὰ ἀπόγεια λυσάμενος) *Qui iam oras reſolverit.* BROD.

in Schol. l. 2. Πλέοι) Πλέοις editum fuerat; ſed πλέοι in V. & M. legi notaverat Solanus: itaque illi quidem obſecundavi, etſi πλέοις verum credam; nam & ſic edidit Hemſt. in fragm. Menandr. & ſecunda perſona proverbiis propria. REITZ.

Pag. 38. *l.* 8. Παραπολὺ) Brodaeus inveniens παιπόλο, mo-

nuerat legendum, ὦ Λυκῖνε, παράπολυ. Sed ſic iam, ut ille emendat, invenio ubique, excepto accentu, qui melius erat in vulgatis: ita ut neſciam, unde tot vitioſas lectiones hauſerit. REITZ.

Pag. 39. *l.* 3. Τὸ τοιοῦτον) Recte; vid. quae ſupra dixi ad Dial. pro Lapſ. c. 17, & Vit. auct. 15. Immo ſic ubique Noſter, ut fere credam, quoties uno alteroque loco τοιοῦτο invenias, in τοιοῦτον mutandum; ſemper enim una alterave priſca editio ſic habet: ſed quia & alterum probum, leve fuerit, ſi forte hic illic a nobis neglectum ſit. REITZ.

Pag. 40. *l.* 1. Ἐξαρκέσει) Quo Lucianus convincat Hermotimum, ſedulum eſſe omnium ſectarum inſtituendum examen ante, quam quis ſe huic illive committat; nec ullius ſequendam eſſe auctoritatem; hoc utitur argumento: *Quid ſi ego ignarus, quis ex omnibus philoſophis veram teneat viam, vos ſequerer, tibi, homini amico, at ea tantum, quae ſunt Stoicorum, ſcienti, unamque hanc viam calcanti, credens; deinde Deus aliquis ab inferis exſiſtere faceret Platonem, Pythagoran, Ariſtotelem, alios; illi vero circumſtantes me rogarent, & profecto in ius rapientes me, ſinguli contumeliae accuſarent, dicentes*, Luciane, bone vir, qua re motus, vel cui tandem fide habita, Chryſippum, & Zenonem, homines nuperrime natos, praetuliſti nobis multo maioribus, neque nobiſcum collocutus, & ne tactis quidem illis, quae nos cenſemus? *Talia ſi dicerent, quid tandem reſponderem illis? Num ſufficeret, ſi dicerem, me obſecutum Hermotimo, homini amico? Atqui opinor dicerent; Nobis, o Luciane, ignotus eſt Hermotimus ille* &c. Totum locum propoſui, ut ex ipſius orationis filo pateret, ultima in Graecis vitioſe legi (εἰ ταῦτα λέγοιεν, τί ἂν ἀποκρινοίμην αὐτοῖς; ἢ ἐξαρκέσει μοι, ἂν εἴπω; ὅτι Ἑρμοτίμῳ ἐπείσθην φίλῳ ἀνδρί;) & reponendum ἢ ἐξαρκέσειέ μοι. Loquendi haec ratio Noſtro eſt frequentatiſſima. In eodem hoc Hermotimo c. 64, Οὐδενὸς ἀνθρώπων βίος ἐξαρκέσειεν ἄν, *nullius hominis vita ſufficeret.* In Harmonide cap. 3, ὃς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν, *qui unus eſſet inſtar omnium.* Et alibi ſimiliter plus millies. Sic apud Aelianum XI Ποικιλ. IX, ubi Epaminondas ad armigerum, bonis captivi alicuius ditatum, ait, ἐμοὶ μὲν ἀπόδος τὴν ἀσπίδα· σεαυτῷ δὲ πρίω καπηλεῖον ἐν ᾧ καταζήσεις· non dubium mihi eſt, quin legendum ſit καταζήσειας. IENS.

eod. l. 11. Ὡς ῥᾷον) Ὃς ῥᾷον inveniens I. Brodaeus, ὡς ῥᾳου corrigere iubet, Miſc. IX, cap. 16. Sed non dubito, quin ὡς ῥᾷον voluerit, ac per typothetarum incuriam ῥαου inde fa-

ctum ſit; verum & ego non aliter, quam edi curavi, uſquam inveni. REITZ.

Pag. 41. *l.* 2. Διϊσχυρίζοντο) Benedictus vertit, *affirmaret*: Obſopoeus accuratius, *pertinaciter affirmaret*. Elſnerus ad Evang. Luc. XXII, 59, vulgatum reprehendit, qui *affirmabat* reddiderit, & Bezam rectius *aſſeverabat* dediſſe, ac teſtimoniorum ſatis affert, unde huius verbi vis pateat. REITZ.

ead. l. 4. Ἤ εἴποι τις) Qui bene totam orationis ſeriem conſideraverit, illum animadverſurum puto, requiri ad ſententiam implendam, conditionalem particulam εἰ, quam interpretando certe expreſſam nemo indignabitur; etſi forte, dum liber aliquis ſuccurrat, contexto ipſi eam ſine nota inſeri modeſtiores nolint. Concurſus ille & hiatus, ἤ εἰ εἴποι, fecit, ut interiectum εἰ tanto facilius elideretur. GESN.

ead. l. 10. Δικαιότατα γὰρ ἐκπλῆξαι) Δικαιότατα γὰρ ἐπιπλῆξαι. MARCIL. Recte Marcilius coniecit δικαιότατα γὰρ ἐπιπλῆξαι δοκεῖ μοι, legendum eſſe pro ἐκπλῆξαι, Mſ. hanc coniecturam ſtabiliente, & vertendum *iuſtiſſime videtur illum increpaſſe*, non ut vulgo, *conſternaſſe*. GRAEV. Secutus ſum Mſſ. Gr. W. & P. Impreſſi mendoſe ἐκπλ. SOLAN. Idem verbum pro vulgato ἐκπλῆξαι repoſui ſupra c. 20. REITZ.

ead. l. 16. Ἀνάλογον τοίνυν κείσθω τις ἡμῖν) Ineptiſſime Obſopoeus, *Nempe vir ille probabili inductione inferet diſturus, Ergo abſurde propoſitus eſt nobis quiſpiam*; quaſi vocem ἀνάλογον ad ſuperiora ligari voluerit; ne dicam illud *abſurde* non apparere in Graecis, aut ſic quoque peſſime Graecam vocem reddidiſſe. Melius Benedictus: *Addet nimirum ille & ſic dicet, Eadem igitur ratione nobis proponatur aliquis*. Pater ad haec Graeca adſcripſit recte, *viciſſim nobis proponatur*. GRON. Ἀνάλογον) *Analogiam*, ſive proportionem Geometricam, cogita, ut ſe habet α Aethiops ille domo nunquam egreſſus ad β iudicium ferendum de colore exterarum gentium; ſic ſe habet γ Hermotimus ignarus reliquarum ſectarum ad δ arbitrium de ſectis. Iſta annotare ſuppuderet, niſi vel virorum doctorum circa hunc locum conatus offenderent, negligi ſaepe eruditum illum geometrarum pulverem; & orbem diſcendi antiquum truncari etiam ſeculo noſtro, ſubinde obſervarem. GESN.

Pag. 42. *l.* 5. Πολλοῖς) Pro πολλοῖς nimis mallem ἄλλοις, & ita tranſtuli. Qui novit, quomodo in MSS. ſeculi IX & X diſtrahatur interdum α litera, non improbabilem coniecturam habebit. Cui non placet aliquid mutari, ille in interpretatione noſtra facile *aliis* ſubſtituet *multos*. GESN.

ead. l. 8. Οὐδὲ πώποτε) Conf. infr. Συγγρ. c. 29 pr. SOLAN.

ibid. Τί βούλει ἀποκρ. αὐτῷ; τὸ ἀλ.) Excidit notatio perſonae Ἑρμοτίμου, ſcilicet fuiſſe, αὐτῷ; Ἑρμότ. τὸ ἀληθέστατον. MARCIL.

ead. l. 10. EPM. τὸ ἀληθ.) W. recte, uti ex punctis colligere eſt: aliter enim non ſolet ille Codex. In reliquis Luciano abſurde tribuuntur. SOLAN. Non ipſam hic Hermotimi perſonam appoſuit Lucianus, quod aliquamdiu putabam: ſed ipſe Lycinus, quid reſponderi poſſit pro Hermotimo ocupat. Hermotimus ipſe ſtupet hic, & poſt longum demum Lycini ſermonem ſatis breviter, nec minus male reſpondet. GESN. Recte quidem Hermotimi perſonam inſeri voluit Solanus; ſed in marg. *l.* notaverat, id factum ex punctis, quae in Cod. W. i. e. Wittiano, exſtare ad deſignandas perſonas ſolent. In marg. *Hag.* vero ſcripſit, ſe id ex Cod. M. habere. REITZ.

ead. l. 15. Πρόσθεὶς αὐτός. ἢ νομίζεις) Excidit notatio perſonae Λυκίνου. Προσθεὶς αὐτός. ΛΥΚ. ἢ νομίζεις. MARCIL. Leg. προθεὶς. VORST.

ead. l. 16. ΛΥΚ. ἦ) Novam hanc perſonam, quamvis repugnent Codices, poſtulat ſententia. Niſi forſan malis incipere eius partes a καὶ ἀνατρέπει γε· ac tum quidem προσθεὶς ſtare aliquatenus poteſt. Mutavi etiam ἢ in ἦ. SOLAN.

Pag. 43. *l.* 4. Ἡμέτερα) Pariſina quidem edit. habebat ὑμέτερα aeque ac *H.* aliaeque duae; ſed ſphalma tantum typographicum eſſe, ex verſione patet, quae *noſtratia* exhibebat. REITZ.

ead. l. 6. Λακτίζοντα εἰς τὸν ἀέρα) Sic in Epiſt. I ad Corinth. IX, 27, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων. Ad quem plura L. Bos p. 137—38; quem conſulendum etiam monuerat T. Hemſt. in marg. ed. Graev. REITZ.

ead. l. 7. Ὡς τὸν ἀνταγωνιστὴν) Deerat ὡς in reliquis, ſola *l.* habet. SOLAN.

ead. l. 11. Ἀνταιρομένου) Ἀνταιρουμένους pro ἀνταιρομένους eod. hoc ſenſu legitur ap. Thucydid. III, 32. Sed Dukerus in notis (ad quem me rurſus remiſit T. Hemſt.) multis exemplis probat, non ἀνταιρούμενος, ſed ἀνταιρόμενος hic Graece dici: quod certum eſt; nam eſt ab αἴρω & αἴρομαι *tollo*, non ab αἱρέω *eligo*. Cum vero & in nonnullis ſcripris, plurimiſque editis Thucydidis recte legi ἀνταιρομένους affirmet, haud ſcio an nimis religioſus fuerit, quod tamen in contextum recipere non ſit auſus. REITZ.

ead. l. 13. Ἀπαγορεύσῃ) Quod digito erecto ſignificabant. SOLAN.

cad. l. 17. Τὸ τοιοῦτον) Conſtantem editionum lectionem eſſe, Solanus annotarat, nec quidquam variationis in Codicibus reperit, ut opinor, alioqui addidiſſet. Quid igitur ſibi vult illa ſupervacua annotatio? An ſperavit, ſe inventurum, ubi articulus ille abundans ante pronomen deſit? Vix credo; nam & Noſter alibi non ſemel ita ſolet, ut mox indicabo: quanto autem magis abundaret articulus in illo Ariſtotelis de Gen. anim. III, 6 pr. Τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ. Iterum ibid. fin. Τὸν μὲν τρόχον αὐτὸν αὐτὸν ἐχεῖνον. Noſter ſupr. c. 10, ὅτις ἡ καταστροφή. Ut alia omittam. Sed τοιοῦτον pro τοιοῦτο ſcribi notandum duxit. Verum & hoc Noſtro cum Atticis familiare eſſe, iam bis ter alibi diximus hoc Dialogo. Vid. Indicem, vel ſupr. c. 29; iterum fin. § 34, & pr. § 35, huius Dial. ubi itidem artic. additur. REITZ.

ibid. Οἰκειοῦμαστιν) Eadem Iulian. Imperator in Epiſt. ἅπερ τοῖς Ὁμηρικοῖς παισὶ παίζομεν, οἱ παρὰ τὰς δίνας ὅτι ἂν ἐκ τοῦ πλάσωσιν, ἀφιᾶσιν αἰγιαλῷ πλίζεσθαι. Locus autem Homeri, quem imitandum ſibi proponit Iulian. eſt Iliad. 5. Tangit Piſid. Ὦ συλλογισμῶν εὐήλωσα πήματα, Καὶ κτίσμα χαίνον παιδικῶν ἀθυμάτων, Τὰ λοπτὰ κάρφη συλλεγόντων εἰς στέγην. Habet ſequens illud ἀκατίδα ἀμοιβοῖτιν ex Homero. BOURD.

Pag. 45. *l.* 1. Παρ' ἡμῶν Ἑρμοτίμου) *Nuntia igitur noſtro nomine Hermotimo.* BROD.

cad. l. 8. Οὐ γὰρ ἐμ.) Hom. Il. Π. BROD. Hom. Il. Π, 70. SOLAN. Mſ. W. praemittere ὅτι, probo Graeciſmo, Ienſ. in Fercul. liter. p. 144 notat, & remittit ad Lect. ſuas Lucian. p. 97. Sed ea nota ad Dear. iudic. § 1 pertinens cum ibi non ſit inſerta, alibi breviter ea utemur, etſi haec ſatis nota. REITZ.

cad. l. 9. Ταῦτα μὲν οἱ ξύμπαντες, ἐν τῷ μέρει ἕκαστος) Obſopoeus, *haec quidem uno ore dicturi ſunt omnes, ſingulatim autem alius alia.* Omnino nimium large & vage. Benedictus, *haec ſimul omnes, ſingulatim unuſquiſque dixerit*, unde neſcio, qui intellexerit. Et cur igitur non etiam ita vertit in de Saltatione, ὅταν γὰρ ἀρχεῖσθαι καὶ παίσαντες ἀλλήλους καὶ παισθέντες ἐν τῷ μέρει παύσωνται. Ubi reddit *mutuo*, non *ſingulatim*. Sed Lucianus innuit, talia dictum iri ab omnibus omnino, ab unoquoque, ſi per circulum dicendi vices irent, ſua vice, ut quoque de Laconicis pueris in loco citato. Id ita pronuntiat, ut de Alexandro in Pſeudomanti, λαμβάνων δὲ οὐκ αὐτὸς ἐχρᾶτο μόνος, ἀλλὰ πολλοὺς ἤδη περὶ αὐτὸν ἔχων συνέργους, ἅπασιν ὅμοιον ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν. De Saltatione, καὶ τοὺς ἑστῶτας θεοὺς ἕκαστον αὐτῶν quod non ſatis lucide in

Latinis efferunt. Et infra, οὐ μὴν οὐδὲ τοῦτο ἀδύνατον, ἅπαντας ἄλλον ἄλλους ἀριθμοὺς εἰπεῖν. GRON.

ead. l. 10. Ἐκ Σικελίας) *Aliquod e Sicilia exemplum*, ubi aliquando peregrinatus eſt. BROD.

Pag. 46. *in Schol. col.* 1. *l.* 6. Πρὸς τῆς Ἑστ.) Non nova formula. Vid. Athen. L. IV, p. 166 D. SOLAN.

Pag. 48. *l.* 4. Εἰδότα οὐκ ἂν ποτε) Placet εἰδότα ὡς οὐκ ἂν ποτε. BROD. Luciano, contendenti non poſſe optimam & veriſſimam ſectam eligi, niſi quis omnes perluſtrarit, & examinarit, obiecerat Hermotimus, utrum, ſi unus aliquis affirmaret bis duo efficere quatuor, opus eſſet, omnes alios homines rogare, num id verum foret; an ipſe per ſe ſatis poſſet ſcire, id ita eſſe. Omnino, reſpondet Lucianus, eum id per ſe ſatis ſcire poſſe. Infert itaque Hermotimus, Τί ποτ' οὖν ἀδύνατον εἶναί σοι δοκεῖ, ἐντυγχάνοντά τινα μόνον τοῖς Στωϊκοῖς λέγουσι τἀληθῆ, πείθεσθαί τε αὐτοῖς, καὶ μηκέτι δεῖσθαι τῶν ἄλλων, εἰδότα οὐκ ἂν ποτε τὰ τέτταρα πέντε γένοιντο, οὐδ' ἂν μυρίοι Πλάτωνες, ἢ Πυθαγόραι λέγωσιν; Omnino excidit ὅτι, legendumque, εἰδότα ὅτ' οὐκ ἂν ποτε &c. Id namque ait Hermotimus, *Quid ergo? num tibi videtur fieri non poſſe, ut quis tantum in Stoicos incidens, qui vera dicant, eos ſequatur, neque deſideret unquam alios; ut qui noverit, nunquam quatuor fieri poſſe quinque, licet vel ſexcenti Platones vel Pythagorae id affirment?* ultimae ſyllabae in praecedenti voce εἰδότα affinitas videtur erroris in deſcribendo dediſſe cauſam. IENS. Ienſius in vulgatis recte vidit aliquid deeſſe. W. Codex, quem ipſe poſtea contulit, habet ὡς. Ὅτι *B.* 2. SOLAN. Recte Ienſ. coniunctionem ſupplendam cenſuit, quae in edd. deerat, verum cum ὡς iam in Cod. invenerimus, non aegre feret, nos id admiſiſſe prae ὅτι, quod ex edit. eſt, ut in variantt. indicavimus. REITZ.

ead. l. 7. Οὐδὲν πρὸς ἔπος) Eraſmus in proverbio, *Nihil ad verſum.* Hoc alibi explicuimus. BROD.

ead. l. 12. Ὁ μὴ τέτταρα) Rogat Lucianus, an etiam inveniretur aliquis, qui diceret, bis duo facere ſeptem vel undecim, reſpondet Hermotimus: — μαίνοιτ' ἂν ὃ μὴ τέτταρα ξυμβαίνειν λέγων. Quae verba interpres ſine ullo ſenſu vertit: *Inſaniret, qui quatuor non convenire diceret.* Ubi ſenſus eſt: *Inſaniret, qui non diceret, ea facere quatuor*, vel, *qui negaret, ea eſſe quatuor.* Ita τὸ συμβαίνειν apud Arrian. Exped. Alex. L. V, cap. 19, Τό, τε μέγεθος ἐθαύμαζον ὑπὲρ πέντε πήχεις μάλιστα συμβαῖνον, ſtaturamque mirabatur, quae erat ſupra quinque admodum cubitos. L. BOS.

ead. l. 16. Ἢ τέλους) Quod Stoici in virtute, Epicurei in voluptate ponunt. BROD.

Pag. 49. *l.* 7. Φαῖεν γὰρ ἂν οἱ Ἐπικούρειοι ἢ Πλατωνικοὶ σφᾶς μὲν οὕτω ξυντιθέναι, ἡμᾶς δὲ πέντε ἢ ἑπτὰ λέγειν αὐτά) Obſopoeus apud Baſileenſes & Bourdelotius: *fortaſſe enim dicerent Epicurei aut Platonici, veſtram hanc eſſe compoſitionem; nos autem quinque aut ſeptem illa eſſe dicimus.* Benedictus: *Etenim Epicurei vel Platonici dicere poſſent, ſe quidem ita componere, nos vero quinque aut ſeptem illa eſſe dicere.* In qua mutatione attendit merito ad malam interpretationem voculae σφᾶς, quae non notat *vos* aut *veſtram*, ut fecit Obſopoeus, ſed *ipſos* vel *ſe*. Ceterum male peccavit, cum Baſileenſium ὑμᾶς mutavit, praecedente Bourdelotio in ἡμᾶς. Et porro, quid eſt illud vel Benedicti *componere*, vel Obſopoei *compoſitionem?* Ita adſcripſit pater, *ipſos quidem ita computare, vos vero.* Sic infra, εἴκοσι τῷ Πυθαγόρᾳ ἐτίθεμεν. εἶτα Πλάτωνι τοσαυτί· ἕτερα. εἶτα ἑξῆς τοῖς ἄλλοις. πόσα δ' οὖν ταῦτα συντεθέντα ἐν κεφαλαίῳ γένοιτ' ἂν &c. GRON.

ead. l. 8. Ὑμᾶς) Non ſola *P.* habet ἡμᾶς. *Ald. I.* & *Fr.* eodem vitio laborant. Sed W. L. & *B.* 2. recte ὑμᾶς. SOLAN.

ead. l. 11. Σώματα εἶναι ἅπαντα) *Omnia corporea eſſe Stoici dicunt.* Baſilides Stoicus contra receptam Stoicorum opinionem exiſtimabat. GUYET.

ead. l. 14. Ὡς ἀναμφιλόγως ἴδιον τῶν Στωϊκῶν δίδως αὐτὸ ἔχειν) Δίδως αὐτοῖς ἔχειν. MARCIL.

Pag. 50. *l.* 3. Ὥρα σιωπᾶν) Confer infra Εἰκ. c. 13. SOLAN. Punctum ſubſcriptum ſub ultima exhibent Fl. *Par.* & *S.* Reliquae ignorant (licet *Iunt.* punctum ſub media ſyllaba habeat, ſcribens σιωπᾶν, quod tamen ſuſpicor calamo errante additum ab Solano, qui id literae *α* ſubiicere voluit.) Non putaſſem operae haec inquirere, niſi meminerim Vigerium de Idiotiſm. p. 158 edit. Argon. an. 1708 ex Etymologo docere, infinitivos in ᾶν non recipere iota ſubſcriptum; quod cum parum obſervari ab editoribus videam, non pigebit ex Vigerio quaedam huc transſcribere: Ἀγαπᾶν, (ait) ſcribendum ſine ι ſubſcripto, non ἀγαπᾷν, ut in prioribus exemplaribus. A veteribus enim Graecis hujuſmodi traditur regula: Τὰ εἰς ᾶν ἀπαρέμφατα οὐκ ἔχει τὸ ι προσγεγραμμένον· ὅτι τὰ εἰς ν λήγοντα ῥήματα οὐδέποτε ἔχει πρὸς τοῦ ν τὸ ἀνεκφώνητον, i. e. *Infinita in ᾶν exeuntia non habent iota ſubſcriptum: quia verba in ν finita nunquam habent ante ν quidquam non prolatum.* Quidquid enim in verbis praecedit ν, plene profertur, quod exemplis patet, ut τύπτειν, ἐτύφθην, ἐτύπην — ἐποίεον, ἐποίουν &c. Sic

Etymologus, eumque ſecutus Urbanus, aliique Grammatici: quod etiam in correctiſſimis librorum exemplaribus accuratiſſime obſervatur. Προσγεγραμμένον autem idem eſſe apud veteres Graecos, quod ὑπογεγραμμένον, apud recentiores, recte ait idem; nam veteres ad latus ſcribebant ΤΩΙ ΛόΓΩι, recentiores ſic: τῷ λόγῳ. Verum edd. nonnullae veteres Luciani aliorumque auctorum ita in his fluctuant, ut nihil certi ex iis elicias; immo tam ſaepe addunt illud iota his infinitivis, ut, quoties non invenias, incuria magis quam ſtudio omiſſum credas. Etymologus tamen id ibi omittendum, pluribus in locis inculcat, vid. in ἀγαπᾶν, βοᾶν &c. Ita ut aſſenſum ei praebere cogar: ſed cum in hac Luciani edit. ubique iam additum iota videam, ante quam ei manum admoverim, neſcio an ab conſuetudine a Hemſt. aliiſque in alior. auctorum editt. inducta recedere fas ſit. Ita enim ἀγαπᾶν paſſi ſumus edi in de Merced. cond. Ita ἐρᾷν dedit Hemſterh. Contempl. § 13 f. Ὁρᾷν Timon. § 56 f. ἐπιπεδᾶν ibid. § 48. ἐπιγελᾶν in Prometh. § 8 fin. &c. Περιορᾶν Thucydid. I, 69. Δρᾶν idem I, 5. Τελευτᾶν Herodot. Steph. I, p. 51 f. Ὁρᾶν ibid. p. 50 pr. Δρᾶν etiam Ariſtoph. Kuſteri Plut. 4. Γελᾶν idem Ran. 42. Et ſic recentiores edd. Aeliani aliorumque auctorum omnes. Re tamen probe excuſſa, decrevi rectius illud punctum in his infin. omitti, quod ſcilicet deinde faciam. Ut enim recens Ariſtophanis edit. habeat iota ſubſcriptum, vetus Baſileenſis id ignorat. At *Flor.* & *B.* 2. edd. Luciani id habent ubique; ſed *Iunt.* id non habet, nec *Hag.* nec *Ald.* 1. ſed ubique ſcribunt ὁρᾶν, διορᾶν, μελαγχολᾶν. Quod ex collatione non huius, ſed multorum aliorum locorum didici, quae adſcribere nihil attinet. Ubi autem Iuntina id punctum ſub eiuſmodi infinitivis habet, ibi manu Solani ſuppoſitum eſt; quod tandem etiam accurate perluſtrando detexi. Obſervemus ergo poſthaec canonem Grammaticum & ſequamur editiones optimas ab viris peritis correctas, & imitemur Atticos, qui cum nunquam dixerint βοάσιν, γελάσιν, etiam iota non potuere ſubſcribere. Etſi iam quis dicat, in dialecto communi γελᾶν tamen ex γελάσιν contractum eſſe, adeoque & iota recte ſubſcribi aeque ac in βοάσις βοᾷς, velitque conſuetudinem ſequi, per me licet; interim cum vidi in infinitivis aliam rem eſſe, & Etymologum recte dixiſſe, liceat mihi hunc ſequi. Idemque placuit Bengelio, qui in utraque N. T. editione infin. in ᾶν ſine iota ſubſcripto ubique expreſſit. Ex monumentis vett. plura deinde. REITZ.

ead. l. 11. Ἀσκληπεῖον) Sic hic quidem libri omnes, & Ἰκαρ.

cap. 16. At Δημων. cap. 27 Ἀσκληπιεῖον iidem habent. Vid. & Ἀναβ. c. 42, & utroque modo ſcribitur. SOLAN. Ἀσκληπιεῖον Mſ. Reg. 3011, & ita ubique ſcribendum monet cl. B. de Ballu, ab Ἀσκληπιάς.

cad. l. 14. Ἀπὸ κόλπου) Conf. infra Ἀλεξ. c. 39. SOLAN.

Pag. 51. *l.* 3. Γὰρ — γὰρ) Sic W. Sed forſan pro poſteriori γὰρ melius legeretur γε. SOLAN.

cad. l. 14. Ἀνάθημα) De differentia inter *ἀνάθημα ſuſpenſum donarium*, & *ἀνάθεμα*, quod ſacris Scriptoribus *devotionem* ſ. hominem *diris devotum* ſignificat, cum tamen eiuſdem thematis ſit utrumque, vid. Periz. contra Sanctium diſputantem, ad Sanct. Minerv. L. IV, cap. 14, p. m. 762. Diſtinguit etiam Heſych. Sed illa diſtinctio non videtur antiquior aevo Chriſtiano; & vel poſtea tamen ab nonnullis Eccleſiaſt. Scriptt. promiſcue uſurpata: exempla exhibet Suicerus in theſaur. Eccleſ. h. v. Ubi etiam ex Zonar. ad Canon. 3, p. 263: Ὡς τὰ ἀναθήματα προσαγόμενα τῷ Θεῷ, χαρίζονται ἀπὸ τῶν κοινῶν καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· οὕτω καὶ ὁ ἀνάθεμα γενόμενος, ἐκκόπτεται καὶ ἀποδιαιρεῖται ἀπὸ τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως, τῶν ἀνατεθειμένων καὶ ἁφωσιωμένων τῷ Θεῷ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ, καὶ προσκληροῦται τῷ διαβόλῳ, καὶ ἀνατίθησιν αὐτὸς ἑαυτόν. *Quemadmodum donaria Deo oblata ſeparantur a communibus & humanis rebus: ita etiam anathema factus exſcinditur & ſegregatur a coetu fidelium conſecratorum Deo, & ab ipſo Deo, atque deſtinatur diabolo, ſeque ipſum ei conſecrat.* Plura non addam in re nota, niſi quod apud antiquos ac profanos Scriptt. *ἀνάθεμα* ne quidem ſcriptum invenerim, ſed ſemper *ἀνάθημα*. REITZ.

Pag. 53. *l.* 3. Ἐπὶ πάντας ἴεν) Sincera lectio *ἰέναι*. BROD.

cad. l. 6. Αὖ τὸ) Sic M. & plerique impreſſi. P. & Mſ. Gr. *αὐτὸ* minus commode. SOLAN.

cad. l. 7. Ἀποδυθησομένων) Scribendum ex Mſ. καὶ γὰρ αὐτὸ τὴν πολλὴν ἀπορίαν παρεχόμενον τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἕκαστος τῶν ἀποδυθησομένων ἔχει τι πάντως· *hoc magnam dubitationem affert, quod eorum, qui exuentur, unuſquiſque omnino aliquid habet.* In editis legitur *ἀποδυσομένων*, hoc eſt, *qui exuent.* GRAEV. Ἀποδυθησομένων W. etiam, & P. & L. Valeat ergo vulgatum. SOLAN.

Pag. 54. *l.* 7. Παρὰ) Ex W. Impr. enim corrupte *περὶ*. SOLAN.

cad. l. 10. Εὐανορίδαν) Idem haud dubie, qui de iis, qui Olympiis ludis vicerant, librum ſcripſerat, quem laudat Pauſanias L. II, pag. 185, 29. Sed ibi tamen Εὐανορίδης ſcribitur eius nomen. SOLAN.

Pag. 55. *l.* 2. Φύλλα δάφνης) Sensus abruptus, interpellante Luciano; nec facile, quae verba secutura fuissent, patet. Rationem tamen comparandorum athletarum edisserere volebat, quae olim obtinuerat. SOLAN. Post δάφνης .... quatuor puncta in *lunt.* fecerat (nisi fallor) Solanus, aliquid deesse indicans; nam spatium, quantum ad quatuor literas requiritur, vacuum ibi erat. Sed hoc non est certum indicium: solet enim inter personas & in hac ed. & in *Ald.* semper eiusmodi spatium relinqui. Deest quidem aliquid ad plenam orationem, sed nihil tamen addendum: nam interpellatur sermo dedita opera a persona sequente. REITZ.

ead. l. 5. Κάλπις ἀργυρὰ πρόκειται) Sic c. 57. In calpidem, sive capidem, sive capedinem, sive capidulam, sive capedunculam, (tot enim nominibus Romani vas illud denominant) solebant iniicere sortes luctantium, & currentium, ut patet lineis seq. unde recte in Gl. Phil. *urna κληρωτὶς, κάλπις, ὑδρία.* nec male doctus Grammatic. Hesych. apud quem κάλπις ἵππος βαδιστὴς καὶ εἶδος δρόμου, tangit enim rem, quae sortes sequitur, sc. equorum agitationem. De Latinis nominibus superius allatis dico alibi, ut & de sortibus. BOURD. Κάλπις, *Sortes Olympicae.* GUYET.

ibid. Ἀργυρᾶ) Cum *lunt.* etiam (aeque ac reliquae) legeret ἀργυρὰ, Solanus adscripserat: an ἀργυρᾶ; Recte; nec dubitarem recipere invitis edd. quae saepe peccant in accentibus. Sola autem *B.* 2. hic bene legit ἀργυρᾶ, quam sequor. REITZ.

ead. l. 14. Ἀντέχει) Anglic. *ánéχει.* BOURD. Recte meus cum Angl. *ánéχει αὐτοῦ τὴν χεῖρα, manu elata;* ut ap. Hom. ἀνασχὼν τὴν χεῖρα. Male vulgo ἀντέχει τὴν χεῖρα. GRAEV.

ead. l. 16. Ἀλυτάρχης) *Pete Varinum.* BROD. Vid. Marm. Oxon. p. 109, & quos isthic laudat cl. vir H. Prideaux (Cod. Theod. XV, 9, Cuiac. Obs. II, 13, Gothofr. ad Cod. l. c. Phavor. & Etym.) Praeerat hic τοῖς μαστιγοφόροις, quos ἄλυτας Elei vocabant. SOLAN. *Varinum* ait Brod. id est *Phavorinum*, qui olim *Guarinus:* sed ipse maluit *Varinus* audire, *Phavorinus* vero a loco natali cognominatus, quo cognomine hodie notior, quam altero. REITZ.

Pag. 56. *l.* 3. Παγκρατιάζειν) Pancratium quid, tradit Lucianus de Gymnas. Philostratus de athletis refert, *pancratium* palaestram simul & pugillatum vocari. COGN.

ead. l. 7. Γράμμα τι) Misere in re facili fluctuant edd. Nos ex Grammaticorum canonibus, qui non patiuntur duos accentus acutos in syllabis contiguis unius vocis scribi, eiusmo-

di minutias corrigimus, quamvis millies λόγος τις, & similia in editionibus & scholiastis reperias, & viri etiam eruditi hodie sibi in his apicibus collocandis non constent. REITZ.

ead. l. 12. Συμπεσεῖσθαι) Conf. infra Z. Τρυγ. c. 40 med. Et Τυμν. 38. SOLAN.

ead. l. 16. Ἐπισκόπησον) Anglic. ἐπισκοπεῖς. Mend. in hac pag. nomina loquentium varie confusa erant. BOURD. Rectius iidem libri ἐπισκοπεῖς τὰ γράμματα, pro vulgato ἐπισκόπησον, *circumiens inspicis literas.* GRAEV. Angl. & Gr. adstipulatur Mf. Reg. 3011.

Pag. 57. *l.* 6. Ἐκεῖνός ἐστι) Lego εἰ ἐκεῖνό ἐστι· refertur enim haud dubie ad γράμμα. Nec aliter interpretes, quos viderim, licet libri omnes servent ἐκεῖνος. GESN. Si vulgatam servamus, ἐκεῖνος referendum ad praecedens ἔφεδρος; ut sensus sit, *etsi inveneris literam, tamen nescias, num ille praeses sit, penes quem invenitur illa litera, s. qui indicatur litera illa inventa.* REITZ.

Pag. 59. *l.* 6. Ὀλυμπιάσιν) Olympicum certamen quinto quoque anno fieri solebat in honorem Iovis Olympici, cuius auctorem Herculem fuisse putant. COGN.

ead. l. 9. Μὲν γὰρ) Hae particulae & alibi coniungi amant, ut supr. de Merced. Cond. c. 17 versus fin. Ibid. c. 26 med. & 29 pr. ac frequenter alibi apud Nostrum; quare nil curo omissionem Mf. M. REITZ.

ead. l. 10. Γράφωμεν) Ita quoque in Cod. M. sed a recentiore manu esse, testatur Solanus: quare coniicit, an forsan γράφοιμεν scriptum fuerit, uti paulo post. REITZ.

ibid. Τὸ δὲ Z.) Procedet Luciani ratio, modo sic intelligatur, ut *inscio iudice* Z unicum sit iniectum: alias claudicat argumentatio. Nisi autem adhaesisset illi consuetudini, quae in ludis obtinebat, dicturum fuisse longe clarius existimo, quinque literarum paria immissa, quarum novem ab athletis, una in fundo relicta, educantur. Sic enim nemo, nisi omnibus visis, quas athletae sortiti sunt, cognoscere queat, cuinam antagonistae solitaria illa obtigerit. SOLAN.

Pag. 60. *l.* 3. Κυνοκέφ.) Horum figuras si videre lubet, adi Mensam Isiacam Pignorii, & Kircherum. SOLAN.

Pag. 61. *l.* 5. Φιλοσοφίας πέρι) Iam recte & constanter sic praepositionis accentu propter anastrophen mutato exhibent edd. Conf. supra c. 20, ibique adductum Ienssium. REITZ.

ead. l. 6. Πασῶν) Notat Solanus in W. reperiri παντῶν, additque id verum; editiones autem prave πάντων legere. Quod mirabar, cum Iens. in Ferculo liter. pag. 245, ubi loctus huius

Codicis ad Hermot. pertinentes profert, tam notabilem variationem aut correctionem omiſerit. Re vero examinata, cum Solano credo πασῶν legendum, quia intelligitur ὁδῶν, de quibus ſupra egit, & mox agere perget; nam ſtatim ſequitur μιᾶς ἀπείρατοι, & — ἀρίστη ἐκείνη. Et pr. § ſeq. μίαν ἐξ ἁπασῶν ὁδόν. Iam quoque illud αὐτῷ, quod vulgatae αὐτῶν praeſtare putares, ſponte concidit. Quod enim *S.* αὐτῷ legat, & ex ea *Amſt.* id operarum tantum aberratione factum credo; quia in verſione eiuſd. Latina, aeque ac in *Pariſ.* tamen legitur *ab illis*. Interim, ſi quis πάντων ad viae duces, de quibus ſupra, referre velit, quod λεγόμενα ὑπὸ τῶν ὁδῶν inſolentius videatur, & viae ſ. ſectae hic non ut perſonae loquentes inducantur, non iam nimis repugnem; ſed qui πασῶν praeferet, pro ὑπὸ legat ὑπὲρ, & ſic omnia plana erunt. REITZ.

ibid. Αὐτῶν) Reſtituenda eſt poſtliminio ſincera lectio ex antiquis editionibus, Ὁ τὰ ὑπὸ πάντων αὐτῶν λεγόμενα εἰδώς. Poſteriores perperam dederunt αὐτῷ· quod idem fecerunt c. 53 fin. Ἦν δὲ τοὺς οὐκ εἰδότας λέγῃς, οὐδέν τι τὸ πλῆθος αὐτῷ προσάξεταί με πιστεύειν, cum recte in prioribus αὐτῶν. *Si vero de imperitis loquaris, nihil me eorum multitudo adducet, ut credam.* IENS.

ead. l. 7. Ἀτελεῖς) Pendebam animi, ἀτελῆ ne hic putarem, quem interpretatione expreſſi, quem Romae dicebant *capite cenſum*, qui cum nihil conferat ad rempublicam, neque ad ſuffragia admittitur, neque honorem ſperare poteſt; an *non initiatum?* Sed cum huius intellectus nulla dum allata ſit auctoritas, iſque potius videatur eſſe ἀτέλεστος, manſi in ſolemni vocis uſu, quique optime huc faciat. GESN.

ead. l. 14. Αὐτὸ μόνον) Libri, quos inſpeximus, omnes αὐτὸ, quod quomodo convenire huc poſſit, nondum equidem video, niſi forte ad μόνον referatur, & vim illius augeat; cuius tamen rei exemplum adhuc nullum obſervavi. Interpretatus ſum, ac ſi legatur αὐτοῦ. GESN.

Pag. 62. *l.* 8. Τελευτὼν) Τελευτῶν, *denique, poſtremo* interpretatur I. Brod. Miſc. IX, c. 16, circumflectens ultimam, & ſic Lexicographi cum eo: edd. vero *I. H. P. S.* conſtanter ultimam accentu gravi ſignant, more adverbii. Utrum rectius, mihi non liquet, circumflexum tamen veriorem credo, quia participium eſt, etſi quaſi adverbialiter ſumendum. REITZ.

ibid. Ὁδὸν) Per viam hic intelligendam *Sectam*, ut in Act. Apoſt. IX, 2, Ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, veluti ibid. c. XXIV, 14, differte dicitur, ὁδὸν ἣν λέ-

γουσιν αἵρεσιν. Ac paulo ſupra apud Noſtrum, ἀπάσης ὁδοῦ πεπειράμενος ἐν φιλοσοφίᾳ, vertit, *omnes philoſophiae ſectas experſus.* Recte quidem; verum quia hic ſequitur ἄγει, rectius ad verbum convertitur, *via, quae ducit*; viam interim quamcunque agendi methodum ſignificare in omnibus linguis, ſatis notum eſt. REITZ.

ead. l. 9. Ἄγει εὐθὺ τῆς εὐδαιμονίας) Sic etiam cum accuſandi caſu ἄγειν ſine praepoſitione, pro *agere, ducere ad aliquid*, Budaeus in Comment. ex Xenoph. de Venat. ἄγειν τὰς κύνας τὰ τραχέα. Item ἄγειν δὲ ἄμεινον τὰς κύνας τὰ ὄρη πολλάκις. Niſi hic malis conſtruere, ἄγει εὐθὺ, *ducit recta*, τῆς εὐδαιμονίας *uſque ad felicitatem*, ita ut μέχρι intelligendum relinquatur, vel πρὸς τόπον de qua ellipſi vid. Bos de Ellipſ. qui ex Noſtro in Bis Accuſat. Εὐθὺ τοῦ Ἀρείου πάγου, nec non alia ſimilia ex aliis auctoribus ita exponit, quae hic non reperam; nam & Noſter etiam alibi non ſemel ſic loqui amat, ut Dial. Mort. XXXVII pr. Ἄπιμεν εὐθὺ τῆς καθόδου περιπατήσοντες, *recta ad Averni deſcenſum ambulaturi*, ubi Hemſterhuſius iam plura. REITZ.

Pag. 63. *l.* 11. Ἐξιέναι) Reſcripſimus ex margg. Mſſ. Reg. 2954, & ed. *A.* 1 *W.* monente cl. B. de Ball. Vulg. ἐξεῖναι.

Pag. 64. *l.* 1. Τινὸς τῶν σοφῶν) Epicharmi. Vertit Cicero: *nervi atque artus ſunt ſapientiae, non temere credere.* (Vid. Suid. v. νῆφε) Νῆφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. Laudat etiam Polybius. SOLAN.

ibid. Τῶν σοφῶν) Septem ſapientium. BROD.

ead. l. 2. Νῆφε) *Epicharmi* eſſe, adſcripſerat Solanus. Idem iam fecerat Guyetus. REITZ. *Vafri illius Siculi Epicharmi*, qui Ciceroni, quod teſtatur ad Att. 1, 19, *crebro inſuſurrabat cantilenam illam ſuam:* Νῆφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. GESN.

ead. l. 4. Τοῖς ἐξῆς λόγοις) *Aliis loquendi copiam.* BROD.

ead. l. 10. Μὴ) Non reveritus ſum optimarum editt. auctoritatem, quae μοι ἐξαίρει pro μὴ ἐξ. habent. Sed unius Cod. L. lectionem hic praefero, quia ſequentia evincunt ſic ſcribendum; nam cum ſtatim ſubiiciat, *cum his igitur quinque*, quae adeo annumerari voluit, i. e. *non excipi.* Abſurdum autem foret, ſi dixiſſet, *excipe, auſer illos annos*, quos tamen illico addit. Sed iam alterum illud καὶ deletum velim. REITZ.

ead. l. 11. Πέντε ἔτη) Confer ſupra Vit. Auct. c. 3. REITZ.

ibid. Τὰ τῆς σιωπῆς) Nam quinque annos tacebant Pythagoraeorum diſcipuli. BROD.

ead. l. 14. ΛΥΚ. — ΕΡΜ.) Omittitur hic Luciani nomen in pleriſque edd. Nos ex ed. *l.* & ex ipſo Cod. M. & P. repoſuimus. Et reliqua perturbatis admodum partibus ex eadem *l.* & L. reſtituimus. Quae Marcilio neſcio quomodo iam innotuerant. SOLAN.

ibid. ΛΥΚ. εἶτα &c.) Ἑρμό. Ὄμεν οὕτως, εἶτα ἔξῆς &c. Excidit notatio perſonae Luciani, nempe: Ἑρμο. Ὄμεν οὕτως. ΛΥΚ. εἶτα ἔξῆς. MARCIL. Idem iam monuit Brod. Miſc. IX, cap. 16. REITZ.

ibid. ΛΥΚ. εἶτα) Quinquies hic in ſeqq. perſonarum nominibus errarant omnes edd. praeter *Iunt.* quas recte ex ea ac Mſſ. P. & L. reſtitui iuſſit Solanus. Non tamen cum eo miror, unde Marcilio id iam ſuboluerit; nam vel ſine Mſſ. error detegi poterat: primo enim, abſurdum erat Hermotimum hic dicere, (quod edd. faciebant) ſe ex Luciano audiſſe, quot anni philoſophiae forent impendendi, cum is Lucianus v. 6 rogaverat, quanto temporis ſpatio ad id opus ſit? & ab Hermot. reſponſum tulerat, forſan viginti annis opus fore &c. Deinde cum tandem in ordinem redirent perſonarum nomina, verſus finem huius cap. ſ. § 48 bis poſita erat Hermotimi perſona, nempe: ΕΡΜ. ὑπὲρ διακόσια, ὦ Λυκῖνε in fin. recte, ſed antè rurſus ΕΡΜ. Εἶτα ἔξῆς Ἐπικούρῳ. Cum alternatim ſaltem deberent loqui. Hac igitur inquiſitione cum veritatem & ego detexerim, cur alii acutiores id non tanto magis poſſent? REITZ.

Pag. 65. *l.* 1. Οὐ γὰρ) ΛΥΚ. Οὐ γάρ. ΕΡΜ. Χρυσίππῳ δέ γε &c. Male traiecta nomina perſonarum. Eſſe debet, ΕΡΜ. οὐ γάρ. ΛΥΚ. Χρυσίππῳ δέ γε. MARCIL.

ead. l. 5. Οὕτως) ΛΥΚ. οὕτως. Ἑρμο. εἶτα ἔξῆς Ἐπικούρῳ. Rurſus vitioſa perſonarum traiectio. Lucianus enim voluit: Ἑρμο. οὕτως. ΛΥΚ. εἶτα ἔξῆς Ἐπικούρῳ. Patet ſine eiuſdem paginae. MARCIL. Et hoc & praecedens quoque monuit I. Brod. in Miſcell. modo adductis ſcribens: Οὐκ ἐλάττω. ΛΥΚ. Emenda Ἑρμο. Et οὐ γὰρ Ἑρμο. corrige ΛΥΚ. Μῶγις ἱκανά. Λυκ. repone Ἑρμο. οὕτως. ΛΥΚ. Εἶτα ἔξῆς Ἐπικούρῳ. REITZ.

ead. l. 14. Ἀλλὰ μηδ' ὅλως εἰδέναι τί ἢ τοῦτο μόνον) Εἰδέναι τι ἢ τοῦτο μόνον. MARCIL.

Pag. 66. *l.* 1. Ἐν κεφαλαίῳ) *In ſumma.* BROD.

ead. l. 4. Ὡς πεντεκαίδεκα) Cod. Angl. πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, mend. BOURD. Dixit Hermotimus, plures ducentis annis, iuxta calculum Luciani, impendendos eſſe omnium ſectarum placitis diſcendis, reſpondit Lucianus, age auferamus quartam partem, ὡς πεντεκαίδεκα ἔτη ἱκανὰ εἶναι, ἢ τὸ ἥμισυ

ὅλον. Πεντεκαίδεκα ἔτη, non poſſunt eſſe tres partes ducentorum annorum. Quis non videt, Lucianum reliquiſſe, ut Anglicanus & meus prae ſe fert, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, *centum & quinquaginta*: & ſi dimidium detraxeris, *centum* ſufficient. Quamvis corrupte ſcribatur πεντήκοντον in Mſſ. GRAEV. Sive πεντεκαίδεκα, aut cum Angl. Mſ. Gr. P. & L. legas, res eodem redit; ſed rectius hoc vulgatarum edd. & M. viſum eſt, ut ad tempus ediſcendae diſciplinae cuique ſufficiens referatur: quo quarta ſui parte mulctato, ſumma itidem quarta ſui parte minor evaſura eſt. SOLAN. Ego quinque Codicum conſenſum potiorem, quam editionum, exiſtimavi, maxime cum pleniorem calculum ponant: nam cum proxime Herm. dixerit, *ducenti*, & hinc ſtatim dicat alter quartam auferendam, nonne reſtant 150? Si vero rationem Solani ſequaris, cum vulg. *quindecim* legens, id referendum erit ad numerum *viginti*, qui paulo altius memoratur, cuius pars quarta eſt *quinque*, quam ſi detraxeris a *viginti*, reſtabunt *quindecim*. Sed quid opus eſt ad remotiorem numerum recurrere, cum propiorem habeas, cui recte reſpondeant ſequentia? Praeterea numerus maior placet, ut eo magis ridere videatur philoſophorum deriſor. Verum ſi iam πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν legas, illud ἔτη ablatum velim, ideoque uncis includendum curavi; nam ingratum ibi ſonum, ingratam repetitionem facit: ſi ἔτη autem retinendum, πεντήκοντα ſimpliciter, ſublato ἑκατὸν ſcriberem. REITZ.

Pag. 67. *l.* 13. Οὐδὲν δέον) *Cum minime oporteat.* BROD.

ead. l. 14. Οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ) *Haud auſpicato, malo omine.* BROD. Ut Brodaeus iuſſit, ita recte habet Pariſ. ed. verſio. Sed ἐπ' ἀγαθῷ τινι, eſt bono conſilio, ſ. ad boni aliquid faciendum. Ariſtoph. Pl. 889, Οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ γὰρ ἐνθάδ' ἐστὶν οὐδενί. REITZ.

Pag. 68. *l.* 6. Κατὰ τὸν Τιθωνόν) Eraſm. in proverbio, *Tithoni ſenectа*. BROD.

ead. l. 9. Σκεπτόμενος) Confer infra Δημ. § 57, Ἀθηναῖον δὲ σκεπτομένων &c. SOLAN.

Pag. 69. *l.* 9. Ἀδύνατον ἐρᾷς) Vid. idem ſupra Deor. Dial. VIII Vulcani & Iovis, verſ. ult. πλὴν οἶδα ὅτι ἀδύνατον ἐρᾷς, ibique nott. Brodaei, Solani, & Hemſterhuſii. REITZ.

ead. l. 15. Ἰδιώτας) *Omnium ignaros.* BROD.

Pag. 70. *l.* 4. Διαίρεσιν) Sic Dial. ſeq. cap. 1 med. Conf. & Συγγρ. c. 9. SOLAN.

ead. l. 8. Ὅτῳ ἂν πρώτῳ) Ita Mſſ. Regg. 2954 & 3011. Vulg. ὅτῳ πρώτῳ ἄν.

cap. l. 9. Κἀκεῖνος Ἕρμαιον ποιήσεταί σε) Imperite in Baſileenſi & Bourdelotiana vertitur *atque ille te certum faciet*, tanto utraque ineptior, quod ſecundae vocis primam literam maiore charactere efferant. Itaque adſcripſit pater, *atque ille lucri-faciet te.* Sed & correxit Benedictus. GRON.

ibid. Ἕρμαιον) Vid. ſupr. Somn. cap. 9, καὶ τοῦ κρείττονος ἕρμαιον ὤν. SOLAN.

cap. l. 11. Φοίνικος) Hinc adagium, *Phoenice vivacior.* BROD.

Pag. 71. *l.* 2. Δείσῃ) Mallem δείσει. SOLAN. Emendationi Solani ſuffragantur Mſſ. Regg. 2954 & 3011.

cap. l. 3. Προσάξεταί με) Sic habere *I.* & Fl. notaverat Solanus. Quid tum? Habent & ſic reliquae, ut *Par. Hag.* plures enim iam conſulere nolo, quia non dubito, quin rectum ſit; vid. Ζευξ. c. 2, προσάγεσθαι αὐτούς. Et Phalar. I, c. 3, ἐς τὸ πείθεσθαι προσάξεσθαι τούτους. Forſan maluerit προσάξεται alicubi invenire, vel potius activam formam προσάξει. Sed mediam & ſic recte conſtrui, vel ex Iſocr. loco, quem Lexica proferunt, patet. Adde tamen Wollium de Verb. med. p. 184, § 17. Ubi quidem differentia oſtenditur inter ἄγεσθαι γυναῖκα, & ἄγειν γυναῖκα, quod prius ſignificet, *ducere uxorem in matrimonium*; alterum vero, *ducere mulierem quamcunque in aliquem locum*: tamen utrumque habet accuſativum patientem, & in ſenſu metaphorico active uſurpatur. Sic eod. ſignificatu, quo Noſter, etiam Herodian. I, 3, 12, Ἀλλὰ τοὺς μὲν πειθοῖ ... προσηγάγετο. Ibid. 12, 9, ἤλπιζε προσάξεσθαι τήν τε δῆμον — ἐπιδόσεσι λαμπραῖς. Ne plura ad rem nimis facilem demonſtrandam congeram. REITZ.

cap. l. 4. Ἄχρις ἂν ἢ μηδὲν ἢ ἓν εἰδότες περὶ ἁπάντων ἀποφαίνωνται) Miris interpretationibus hoc colorant viri docti! Obſopoeus, *donec de omnibus nullius ignari definiendi facultatem ſibi paraverint.* Benedictus, *donec aut nihil aut unum ſcire de omnibus oſtendant.* Quando alterutrum horum erit? Et quid ſi vel paraverint cum illo, vel cum altero oſtenderint illud, quod praedicat, an tunc adducetur Lucianus, ut credat? Illene tunc, cum nihil ſcire oſtendant? Ridiculum prorſus. Itaque tentavit iuſte haec mollire pater, adſcripſitque ſe legere vocula ἢ omiſſa, ἄχρις ἂν μηδὲν ἢ ἓν εἰδότες π. ἁ. ἀποφ. cum verſione Latina, *quamdiu non niſi unius ignari de omnibus pronuntiabunt.* GRON. Nihil hic intellexerant interpretes. Sed ſola interpretatione noſtra ſatis conſultum puto ſententiae horum verborum. Nota eſt enim illa verbi ἀποφαίνομαι ſignificatio; nec quemquam credo repugnaturum: *Quamdiu aut nihil, aut u-*

nam disciplinam singuli scientes de omnibus pronuntiabunt. SOLAN.

Pag. 72. l. 6. Φειδίαν) Plut. in commentario de defectis oraculis videtur ad Alcaeum referre, οὐ κατ' Ἀλκαῖον, inquit, ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα γράφοντας. COGN.

ibid. Ὄνυχα μόνον λέοντος) Unde ortam paroemiam, ἐκ τῶν ὀνύχων λέοντα, ferunt nonnulli. *Brod.* V. Plut. Π. Χρηστ. 730, 1, Οὐ κατ' Ἀλκαῖον ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα γράφοντας. SOLAN.

ead. l. 7. Ἀναλογίσασθαι) Praeteritum passivum, active tamen interpretandum, tum quia activ. ἀναλογίζω in usu non est, tum quia huiusmodi tempora passivae terminationis in aliis etiam verbis active valent; vid. Iensium infra ad Tyrannicid. cap. 12. REITZ.

Pag. 73. l. 5. Οὕτω, καί μοι &c.) Verba καί μοι τόδε ἀπόκρινai, Solanus in *Iunt.* parenthesi includerat, recte quod ad sensum, sed sufficit eum commatibus distinxisse: si quid tamen mutandum, pro οὕτως, legerem ὅπως *quomodo*, id enim sensum facit planiorem; etsi formulas interrogandi etiam sine particulis huiusmodi poni scio, ideoque mutationem haud adeo necessariam puto. REITZ.

Pag. 74. l. 2. Οὐδὲν γὰρ πρὸς τὸν Διόνυσον) Erasm. in adagio, *nihil ad Bacchum.* BROD. *Nihil ista ad Bacchum.* Haec clausula in proverbium abiit, quo significatur, illa nihil ad rem attinere, & nimium inaequalem esse comparationem. Alcaeus in Baccho. Vid. Erasm. Chiliad. COGN.

ead. l. 3. Ὦ παῖ) *O puer, o imperite.* BROD. Ὦ παῖ λέγων) Ita M. P. L. & impr. plerique. Sed quid haec sibi velint, nemo, credo, intelligat: ego certe locum corruptum pronuntio. Fl. ὦπται. Vide num respexerit ad ὁ πᾶς λέων, quod supra usurpaverat Hermotimus c. 54. Nisi malis ὁ πᾶς λόγος, ut Μισθ. c. 4, & Z. Τρ. c. 16. Pro λέγων in Exc. Perix. est γέλων. Vid. Plut. 892 B. Clem. Alex. p. 19 A. ἐμοὶ μὲν οὐδ' ὁ πᾶς ἂν ἀρκέσαι χρόνος. Sic ἅπας ὁ οἶνος, c. 58. ἅπας ὁ πίθος, c. 59. ἅπασα φιλοσοφία, cap. 61, & c. 66. Ego ὁ πᾶς λέων Lucianeum esse, non dubito. Similem errorem vide admissum a multis Εὐχ. c. 26. SOLAN. Adscripserat vir quidam doctus margini edit. Hagen. ὦπται, nescio num Simon Servetus, an Io. Bellagrius, utriusque enim nomen, ut possessoris, in fronte huius libri scriptum invenio. At illud ὦπται certe convenientius foret, quam ὦ παῖ, quod hic ἀπροσδιόνυσον est. Sic enim dicit Lucianus: *nihil appositum visus est dicere Phidias.* Nam etsi dicas, a Luciano puerum vocari Hermotimum, per ludibrium, quod iunioris instar discipuli quotidie scholam philosophicam fre-

quentet, ut initio huius Dialogi innuit, id tamen minus huc quadrare videtur. Solanus adiecerat, legendum ὁ πᾶς, non male, & conferendum Εὐχ. cap. 26. Ubi in quibusdam edd. quoque ὁ παῖς legitur, cum aliae ibidem recte ὁ πᾶς habeant; nimirum ὁ πᾶς πλούτων, *totus thesaurus, totae divitiae.* Praeterea & pro λέγων, legit λέων, quod scil. licebat, quia alii γέλων exhibent: ita ut totum sic constituat, οὐδὲν γὰρ πρὸς τὸν Διόνυσον, ὁ πᾶς λέων, *nihil enim ad rem facit totus leo.* Eligat igitur, quod quis volet. REITZ. Suidam in οὐδὲν laudat, nihilque opus esse emendatione h. l. bene annotat cl. B. de Ball.

ead. l. 4. Φειδίᾳ) Ad Phidiam igitur proverbii huius originem refert Lucianus? quasi is olim ita reprehenderit puerum vel tironem, eaque verba nunc ad Hermotimum repetat. Tale quid sane verba sibi volunt, si ita dedit Lucianus, de quo vix est ut dubitemus, licet aliis alii ap. Erasm. tribuant. GESN.

Pag. 75. *l.* 5. Εἰ μὴ ἀνέχῃ τὴν διατριβήν) Obsopoeus, *nisi exercitii impigro studio illud consecutus fueris.* Benedictus, *nisi recipias disquisitionem illam.* Immo simpliciter, *nisi hanc moram sustineas*, tantum temporis colloces: nam respicit, quod Hermotimus dixerat de μορίῳ ἡμέρας. GRON.

ead. l. 6. Ὡς ἀκριβῶς) An ὥστ'; *F. Guyet.* Non, mi Guyete, ὡς ἀκριβῶς enim est *quam accurate:* auget enim interdum illud ὡς, ut ὡς ἀληθῶς Aelian. V. H. III, 24. Sic ὡς σφόδρα *per quam, maxime;* de quo vide Bud. Comment. p. 588. Alibi ὡς dicitur πλεονάζειν vid. eundem, & Maittaire de Dialect. pag. 76 f. REITZ.

ead. l. 10. Ἑκάστοις) W. ἑκάστης, quod forsan melius. SOLAN.

ead. l. 12. Ἅτινά σοι αἱρῇ) *Quam philosophorum sectam.* BROD.

ead. l. 14. Καταβύει) Lege καταβύῃ. BROD. Καταβύοις. Ordo: καὶ δυσιάζῃ τῷ μηδὲ παρακαλεῖν, i. e. διὰ τοῦ, ne advocato quidem sacerdote. GUYET. Καταβύῃς M. In impressis καταβύεις & παρακαλεῖν. Coniecturam Marcilii quod attinet, ingeniosa est; sed si recipias, lege, meo periculo, non δέον cum illo, sed δέων. Verum ultima vox in M. & P. reperta, omnia restituit; quamvis in illo quidem a prima manu non fit. SOLAN. Vide, si lubet, quae supra de simili modorum differentia, ad cap. 24 huius Dial. notavi, ubi διεξέλθοι καὶ ἐπιδείξεται legitur. REITZ.

ibid. Καὶ δυσιάζῃ) Καὶ δυσιάζῃ τῷ μηδ' ἱερέα τινὰ τῶν μεγαλομισθων παρακαλεῖν, *Et sacrifices eo ipso, quod non advoces sacrificum aliquem pretiosum* &c. Sed fortean fuit, καὶ δυσιάζῃ δεῷ

μηδ' ἱερέα δ'ὸν τινὰ τῶν μεγαλομίσθων παρακαλεῖν. *Et ſacrifices Deo; neque opus ſit arceſſere ſacrificum aliquem pretioſum.* MARCIL.

ibid. Μηδ' ἱερέα.) Poſſis forte dicere, illud τῷ μηδ' ἱερέα — παρακαλεῖν, dictum eſſe per ellipſin τῆς ἐν. Sed mollius mihi videbantur haec ita a Luciano compoſita, *ſubiiciam tibi aliud*: quid igitur? τὸ μηδὲ παρακαλεῖν, & hoc ſecutus ſum in interpretando, neque piaculum puto, ſi quis in ipſum contextum orationis, annotata tamen altera quoque lectione, retulerit. Ceterum hinc apparet, quo ex fonte hauſerit ille, qui circa decimum huius ſeculi annum idem remedium ſtabiliendae inter Chriſtianorum ſectas concordiae propoſuit, caſtigatus, ut decebat, a Io. Conr. Schrammio inaugurali oratione de remediis quibuſdam ante doctrinae ſanae conciliationem ad concordiam eccleſiaſticam neceſſariis, Helmſtadii dicto anno habita. GESN.

ead. l. 15. Ἐς κάλπιν.) Mirari ſubit, cum hunc Luciani iocum lego, virorum quorundam, quos graviſſimos eſſe decebat, ſtultiporem incredibilem, qui nobis fabellam Imperatoris Mogolici, religionem eadem ratione ſimiae divinatrici ſubiicientis, & Chriſtianam veram illam eſſe, quam, ſerione an ioco haud facile dixeris, quaerebat, mira ſane ratione, deprehendentis. Inter *Ludicra pia* ſerio narratam invenies ab Angelino Gazaea Ieſuita, p. 94, qui ſeam ex literis Indicis Antonii Figueredo ex eadem ſocietate anni 1611 hauſiſſe ait. SOLAN.

Pag. 76. *l.* 1. Ἀμφιθαλῆ.) Patrimum, ἀμφοτέροις τοῖς γονεῦσι θάλλοντα, καὶ μυθηθὲς ὠρφανισμένον. Sic hanc vocem, ex interprete Ariſtophan. ad Aves, interpretantur Scal. ad Catull. Marcil. ad Horat. Morem tangunt interpretes Theocriti, Euſtath. ad Homer. BOURD.

ead. l. 5. Καὶ οὐ κατὰ σὲ) *Ac te indigna.* BROD.

ead. l. 12. Τῷ πρώτῳ χρηστῷ καὶ ἀξίῳ ἐντυχόντι) Obſopoeus, *cui ſub initium bono & digno incideris.* Benedictus, *in quod bonum & dignum incideris*, perperam omittens, quod omitti non debet τῷ πρώτῳ; tum neuter oſtendit vim vocis ἀξίῳ, cui pater adſcripſit αὐάνῳ. Sed & mox perperam iidem κοτύλην verterunt *ſextarium* vel *ſeſtarium*, cum deberent *heminam*, ut annotavit idem. GRON.

Pag. 77. *l.* 13. Εἶ) Cod. W. recte εἰ, quod in reliquis omiſſum, ſenſum perturbat. SOLAN.

ead. l. 14. Ὠνησάς γε) *Gratum mihi feciſti.* BROD.

Pag. 78. *l.* 5. Εἰ μὴ ἄρα) Duas illas voces ex coniectura ſup-

plevimus, quas & ſenſus poſtulat, & vox εἰη, ut omitteret, librario oſcitanti anſam dedit. SOLAN.

ead. l. 6. Ὥσπερ οἱ κάπηλοι) Conf. L. Bos (bene monente cl. Hemſterh.) ad Ep. 2 ad Corinth. p. 154, ubi καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ explicat ex Aeſchyl. 7 Theb. καπηλεύειν μάχην, quod Ennius *cauponari bellum* dixit, i. e. cum dolo bellum gerere, & auro magis, quam ferro ac virtute. Peculiariter de philoſophis veteribus dicunt Graeci ſcriptores καπηλεύειν σοφίαν, μαθήματα, de malis & Sophiſtis, qui ſapientiam & diſciplinas quaeſtui habebant, & falſa pro veris docebant, bonis mala miſcebant, haud aliter ac caupones, qui vinum aqua mixtum vendunt, vel qui doloſe metiuntur; eaque pluribus exemplis firmata videantur ibidem. Hinc καπηλικὸς pro fraudulento apud Ariſtophan. alioſque. Olim vero in partem non ita malam valebat, quin ſignificaret omnem lucrandi modum, id praecipue mercaturae genus, quod per nummos fit, opponiturque priſcae mercium permutationi: quare καπηλικὴ τέχνη & καπηλικὸν recte vertitur *nummularia* ap. Ariſtot. I Polit. c. 9, ubi his rer occurrens hoc verbum, nec non capit. ſeqq. videri poteſt. REITZ.

ead. l. 7. Κερασάμενοί γε) *Aquam immiſcentes.* BROD. In venditione vini triplicem fere fraudem cauponum notant veteres: quod illud diluant, mangonizent, & falſa menſura vendant. Caſaub. ad Theophr. Char. p. 244. SOLAN.

ead. l. 15. Ἆρα ταὐτὰ)? Ἆρα ταῦτα edd. Lege ταὐτά. GUYET. Rogat Hermotimum Lucianus, ὁ διδάσκαλός σου, ἆρα ταῦτα πρὸς ὑμᾶς λέγει ὀσημέραι, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν, ἢ ἄλλα ἄλλοτε; πολλὰ γάρ ἐστι. πρόδηλον, ὦ ἑταῖρε. ἢ οὐκ ἂν εἰκὸς ἦτα περμένες αὐτῷ κατὰ τὸν Ὀδυσσέα περιοστῶν, καὶ περιπλανώμενος, εἰ τὰ αὐτὰ ἔλεγεν, ἀλλ' ἀπέχρη σοι καὶ ἅπαξ ἀκούσαντι; Vertitur, *Praeceptor tuus num haec quotidie dicit vobis, & de iiſdem verba facit, an vero alias alia proponit? multa enim ſunt, ut patet, amice. An non vero etiamnum, ut par eſt, apud ipſum, inſtar Ulyſſis circumeundo, & oberrando peduras, ſi eadem loquitur, vel tibi ſatis eſt aliquid ſemel inaudiviſſe?* Sed nihil certius iuxta & manifeſtius, quam pro vulgato ταῦτα πρὸς ὑμᾶς λέγει ὀσημέραι, legendum ταὐτὰ π. ὑ. λ. ὁ. Patet ex re ipſa, & ſequentibus. Duo rogat, utrum magiſter eadem ſemper, an identidem alia proponat. Reſpondebat ipſe, illud eſſe πρόδηλον· ſcilicet alia identidem proponi, cum multa ſint excutienda, & diſcipuli propterea longum tempus debeant adhaerere praeceptori: nam ſi eadem ſemper proponerentur, ſuffi-

ceret vel ſemel audiviſſe. Res per ſe plana eſt. Immo iam video non aliter haberi in editione Flor. IENS. Secuti ſumus L. & Cod. Fl. quem Ienſius inſpexit, qui, ut id obiter moneam, differt hic a Fl. qui Oxoniae in Bibliotheca Bodleiana aſſervatur. In Oxonienſi enim illo manifeſte *ταῦτα*, ut & in reliqq. edd. legitur. SOLAN.

ead. l. 17. Εἰκοσιν ἔτη) In omnibus antea legebatur *εἰκὸς ἔτι*, nec quiſquam praeter Vorſtium exſtitit, qui corruptum locum pronuntiaret. Is autem margini ſui Codicis pro *εἰκὸς* adſcripſerat *εἰκῆ*. Sed ne ſic quidem ſanabatur. Ego vero, qui meminiſſem Hermotimum XX annos perpetuos magiſtro Stoico operam dediſſe, (c. 2 & 77) eundem etiam numerum annorum ex Ulyſſis, cui comparatur, *militia & erroribus* colligi non ignorans, meam emendationem in textum recipere minime dubitavi; praeſertim cum leviſſima interpolatione Codicum ſcripturam repraeſentet. Utinam eadem facilitate reliqua apud hunc corrupta ſic liquido reſtituere daretur! Verum non ſemper ſic patet ad emendationem via. Cui enim hic in mentem XX illi anni veniſſent, niſi alibi in eodem libello de iis legiſſet? Non ſemper itaque inertiae enarratorum, editorumve imputandum eſt, quod corrupta apud veteres ſcriptores verba edantur. Sunt enim abſque Codicum ope quaedam inſanabilia. Tum demum merito culpandi ſunt, cum prava & corrupta pro ſanis & tradunt & enarrant. SOLAN. Εἰκὸς ἔτι) Εἴκοσιν ἔτη Solanus iuſſit reponi, pro abſurda ſcilicet vulgata; ex cap. 2 & 77 huius Dial. Cui parere vix dubitarem, quia emendatio eſt adeo manifeſta, & mutatio adeo exigua. Verum quia neque ullo Codice, neque editione eſt ſuffulta, & Geſneri verſio ſenſum ex vulgata elicit ſatis planum, non auſim ipſum contextum mutare, etſi Solani emendationem valde probo. REITZ.

Pag. 79. *l.* 1. Περιοστῶν) Vid. Demon. p. 598, 2. SOLAN.

ead. l. 4. Ἀπὸ τοῦ πρώτου γεύματος) Pro ἐκ τοῦ πρ. γ. quod fruſtra negaſſe alios in verbis Epiſt. ad Rom. I, 20, *ἀπὸ κτίσεως κόσμου*, ubi ἐκ dicendum fuiſſe volunt, ſatis multis probat Iac. Elſn. ad Novi foederis libros T. 2, pag. 6, quem ideo ſaepius ad partes voco, quia & is Lucianum plurimum ad partes vocat. REITZ.

ead. l. 7. Ὥστε) Scribo ὥστε μηδ' ἓν, ἅ — *κἂν ἄλλως*. VORST. Et hic locus corruptus; ſed medicinam ei ego facere non poſſum. Alii viderint. SOLAN.

ead. l. 8. Μεθύων περιήεις) Acute. Alias ebrii fiunt, qui to-

tum ebibunt; tu niſi totam ad fundum philoſophiam exhauſeris, ut ebrius oberrabis. GESN.

ibid. Ἐν τῷ πυθμένι) Ex Heſiod. BOURD.

ead. l. 14. Ὥσπερ φασὶν ἐν Δελφοῖς) Dico ad Pauſ. BOURD.

ead. l. 15. Ἐν Δελφοῖς) Delphos tellus a principio vaticinari ſolita fuit, quae paulo poſt Daphnem conſtituit, a qua Themis eandem facultatem adepta eſt, a Themide autem Apollo dono accepit: qua de re Pauſan. in Phocicis. COGN.

ibid. Τοῦ ἱεροῦ ῥάμματος) *Fontis Creſphontis.* BROD.

Pag. 80. *l.* 3. Τῷδε) N. L. SOLAN.

ead. l. 7. Καὶ ἄλλα ποικίλα πρός. εἰ δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων &c.) καὶ ἄλλα ποικίλα, πρόσει δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων &c. *Et alia omnimoda. Accedis vero tu emere volens.* MARCIL. Hermotimus, quo probaret, ſufficere, ſi quis unam ſectam experiretur, ad iudicandum de ceteris omnibus, uſus fuerat ſimilitudine mentis vinum, qui ſi unum pocillum biberit, iudicare poſſit de toto illo dolio, unde hauſtus ille pocilli eſſet depromtus. Atqui negat Lucianus rem hanc ita ſeſe habere, cum non ſicut in uno dolio vinum ſibi per totum dolium ſimile eſt, ita omnes ſectae inter ſe ſint eiuſdem generis. Quo autem clarius id oſtendat, *Age*, inquit, ὁ μὲν γὰρ πίθος ἔτι μενέτω σοι, καὶ ὁ κάπηλος, ἐνέστω δὲ μὴ οἶνος, ἀλλὰ πανσπερμία τις πυρὸς ὑπέρ ἄνω. καὶ μετὰ τοῦτο, κύαμοι. εἶτα κριθαί. καὶ ὑπὸ ταύταις, φακοί. εἶτα ἐρέβινθοι, καὶ ἄλλα ποικίλα πρός. εἰ δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων τῶν σπερμάτων, καὶ ὃς ἀφελὼν τοῦ πυροῦ, οὗπερ ἦν, ἀνέδωκέ σοι δεῖγμα ἐς τὴν χεῖρα, ὡς ἴδοις, ἆρα οὖν ἔχοις ἂν εἰπεῖν εἰς ἐκεῖνο ἀποβλέπων, εἰ καὶ οἱ ἐρέβινθοι καθαροὶ, καὶ οἱ φακοὶ εὐτανεῖς &c. *Dolium quidem & caupo retineantur, atque inſit non vinum, ſed ſeminum omnis generis mixtio; triticum deſuper, poſtea fabae, dein hordeum, & ſub his lentes, mox cicer, praeter varia alia ſemina. Iam ſi tu ſemina emere velis, & inſitor, accepto tritico, tibi ſpecimen inſpiciendum in manus indiderit: poſſeſne tu, illud intuitus, dicere, an cicer mundum, an lentes maceratu faciles &c.* Marcilius hic legit, καὶ ἄλλα ποικίλα. πρὸς εἰ δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων. Puto eum voluiſſe πρόσει. *Tu vero adeas, accedas, emere volens.* Sed nulla emendatione opus. Satis ſana eſt & ſtructura, & ſententia; praeſertim ſi ſequentia conſideres. Quod autem Noſter ait, καὶ ἄλλα ποικίλα πρός, id recte interpres, *praeterea varia alia*, ſemina ſcilicet. Ita enim πρὸς ſimpliciter pro *inſuper* in extremo periodi fine ponitur. Demoſthenes I contra Philippum, Τάλαντα ἐννενήκοντα καὶ μικρόν τι πρός. Aeſchylus in Prometheo v. 73: Ἡ μὴν κελεύσω, κἀπιθωΰξω γε

πρός. Perſequitur hoc argumentum Lucianus, aitque, philoſophiam quoque non poſſe ab uno, quod quis primum dixerit, cognoſci, quemadmodum univerſa ſit. Neque enim eam unum quid eſſe, ſicuti vinum, quocum eam compararat Hermotimus, eandem ſpecimini ſimilem eſſe ratus. Τὸ δὲ, pergit, ἕτεροῖόν τι ὤφθη, οὐ παρέργου τῆς ἐξετάσεως δεόμενον. οἶνον μὲν γὰρ φαῦλον πρίασθαι, ἐν δυοῖν ὀβολοῖν ὁ κίνδυνος. αὐτὸν δέ τινα ἐν τῷ συρφετῷ παραπολεῖσθαι, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ἀρχῇ ἔφησθα, οὐ μικρὸν εἶναι κακόν. Subobſcura haec: neque enim oratio illa infinita (αὐτὸν δέ τινα ἐν τῷ συρφετῷ παραπολεῖσθαι) pendet ab ſequentibus, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ἀρχῇ ἔφησθα, cum haec verba ſeorſum ſint conſideranda, & ſeparatum ſenſum habeant: nimium tamen illa ſeparavit interpres; quippe qui ea plane omiſit. At ſi bene attendatur, apparet, omnem orationem pendere ab ὤφθη. Sic itaque interpretor: *Hoc vero alius eſſe naturae apparuit, neque perfunctoriam diſquiſitionem exigere: nam vinum quidem emiſſe vitioſum, duorum obolorum eſſe iacturam*, (κανδύλην tantum intelligit, ut patet ex ſeqq.) *aliquem vero ipſum in faece plebis perire, ut tute ipſe initio dixiſti*, (p. 530 E. adde pag. 549.) *non parvum eſſe malum*, ſcilicet ὤφθη. Quin & verba illa οὐ μικρὸν εἶναι κακὸν ſunt tanquam nominativus poſita, referenda itidem ad ὤφθη· ut ſit, αὐτὸν δέ τινα ἐν τῷ συρφετῷ ἀπολεῖσθαι, οὐ μικρὸν εἶναι κακὸν ὤφθη, *aliquem vero ipſum in faece plebis perire, non exiguum malum viſum eſt.* IENS. Καὶ ἄλλα ποικίλα πρὸς) Ita Noſter ſupra Catapl. cap. 8. Ubi etiam duo alia ſimilia dedit Solanus. REITZ.

Ibid. Πρὸς) Sic Graeci ſolent. Demoſth. 116 C. & Noſter Catapl. cap. 8. SOLAN.

ead. l. 8. Ἀφελὼν) Ὁ κάπηλος. GUYET.

ead. l. 11. Εὐτελεῖς) *Facile macerantur.* Οὐ διήνεγκαν, *inanes non ſunt.* BROD.

ead. l. 14. Ἀφ' ἑνὸς) Vid. ſupra Ἀπολ. μισθ. cap. 11, ubi id illuſtravimus. Sic quoque infra occurrit Συμπ. c. vel § 32, ἢ ἀφ' ἑνὸς ἀνδρὸς οὐκ ἀνυβρίστως φιλοσοφοῦντος — μετρεῖτε τὸν Κλεάνθην &c. SOLAN.

ead. l. 15. Τοῦ πρώτου) Intellige γεύματος. BROD.

ibid. Μάθοι) Legendum μάθοις, & ita interpretati iam ſunt viri docti. GESN. Μάθοι ἂν etiam legi in Flor. edit. notat Solanus. Sed quid tum? Legitur & in cereris. Nec quiſquam dubitet, quin μάθοιο vel μάθοις invenire optaverit. Quod ſi alicubi inveniſſem, ſine haeſitatione recepiſſem. REITZ.

ibid. Ὁποῖά ἐστιν) Indicativus ille, pro quo Latini aliique

populi amant ſubiunctivum, adeo eſt frequens & uſitatus Graecis, ut puderet quidquam de eo monere, niſi ſcirem, eundem nonnullis tamen interdum ſuſpectum fuiſſe. Quare, ſi cui exempla non ſuccurrunt, videat lenſii Lect. Lucian. a pag. 27 ad 35, & quos frater G. O. Reitzius adducit in Belg. Graec. p. 385. Quibus tantum addo Ael. V. H. 2, 36, *ἠρώτησε, πῶς ἔχει*, ubi tamen facile ſuſpiceris, *ἔχοι* legendum, quia cap. proximo dixerat, *ἤρετο, τί πράττοι*. Sed nihil opus eſt. Conf. mox cap. 63, *οἶσθ' οὖν ἃ δράσεις*; & Noſtrum infra cap. 81 f. *καὶ τῆς γε μητρὸς ἐρομένης αὐτὸν, τί ταῦτα λῃρεῖ*. Et ſexcenties alibi. REITZ.

Pag. 81. *l.* 3. *Ἐν δυοῖν*) Dubitavi aliquamdiu, num ſic, aut *ἐν δυοῖς ἢ δ.* legendum eſſet; ſed video & Iſocratem ſic ferme locutum, p. m. 85, 1, *ὀλίγοι πρὸς πολλὰς μυριάδας ὥστερ ἐν ἀλλοτρίαις ψυχαῖς μέλλοντες κινδυνεύειν*· & Demoſth. 148, 1, *ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεώρουν ἄν*. SOLAN.

ead. l. 4. *Ὡς καὶ αὐτὸς — ἔφησθα*) Vel ita dediſſe videtur Lucianus, *σὺ καὶ αὐτὸς ἔφησθα οὐ μικρὸν εἶναι κακόν*· vel ita, *ὡς κ. α. ἔ. οὐ μ. ἐστι κακόν*. Illud enim *ὤφθη* huc revocare, cum alia iam conſtructio interceſſerit, videbatur duriuſculum. GESN. Non dubitavi, cum Solano illud *ὡς*, quod edd. habebant, praeeunte Cod. P. eïcere; nam ſic ſenſus fit planus: ſi enim *ὡς* retineas, illud ſequens *εἶναι* in *ἔσται* vel *ἐστὶ* mutandum foret, ut nexum indaganti patebit. Ceterum *ἐν τῷ συμφετῷ παραπολεῖσθαι οὐ μικρὸν κακὸν*, habuimus etiam ſupra cap. 2. REITZ.

ibid. *Ἐν ἀρχῇ*) *In huius Dialogi initio.* BROD.

ead. l. 10. *Κατὰ τὴν παροιμίαν*) Sic illa, *ἄλλην μὲν ἐξαντλοῦμεν, ἡ δὲ ἐπιῤῥέει*· conſule paroemiographos. In Anglic. Cod. dramata paginae 315 omnino corrupta. BOURD.

ead. l. 11. *Ὁ τῶν Δαναϊδῶν πίθος*) Eraſmus in proverbio, *Danaïdum dolium.* BROD. *Δαναϊδῶν*) Apud alios ſcribitur alio accentu, *Δαναΐδων*. In *Par.* erat vitioſe *Δαναΐδῶν* duplici accentu. At nos ſcripturam edd. *l. Ald. B.* 2. & *S.* &c. expreſſimus, quae circumflexum agnoſcunt, recte quidem, ſi ab recto *Δαναΐδης* formetur; quod tum communis generis credendum: id quod tamen vix mihi perſuadeo; ſed rectius cum Suida *Δαναΐδων* ſcribendum exiſtimo a nominativo *Δαναΐς*, ut *ἐλπὶς, ἐλπίδων, λαμπὰς, λαμπάδων*. Interim conſtantem vett. edd. lectionem expreſſiſſe mihi fraudi non erit. REITZ.

Pag. 82. *l.* 3. *Ἀκαριαῖον*) Confer ſupra cap. 16 fin. Et infra *Σύγγρ.* c. 7. SOLAN.

ibid. Ἀποξύσας) Vid. Dial. omnium primum c. 2, ait Solanus. At cum ibi legatur ἀποξέων ἂν τὸν κηρὸν, nihil aliud, credo, indicare voluit, quam ἀποξέω & ἀποξύω utrovis modo dici. REITZ.

ead. l. 5. Ἀποθάνοιτο) Ferri ſic poteſt; ſed Lucianus, ni fallor, ſcripſerat, ἀποθάνοι ὁ προσεπιγκάμενος. SOLAN.

ead. l. 12. Ἐν ἀρχῇ) Vid. ſupra hoc Dial. c. 1. SOLAN.

ibid. Ὁ μὲν βίος βραχὺς) Virgil. X Aen.

— breve & irreparabile tempus
Omnibus eſt vitae. —

Horat. Od. 4, L. I. Iuvenal. Sat. 9. COGN.

Pag. 83. *l.* 4. Οἶσθ' οὖν ὃ λάσεις;) Doct. Abreſch. legit λάσον, in animadv. ad Aeſchyl. T. I, p. 510, ut ſit per hyperbaton, pro λάσον οὖν, ἃ οἶσθα, ut in Tox. c. 62, ἀλλ' οἶσθα ὃ λάσομεν. Et ex Eurip. Iph. Taur. 1203, οἶσθα νυν ἃ μοι γενέσθαι, aliiſque id probat; nec diſplicet, quia interrogatio hic in Luciano minus apta. REITZ.

ead. l. 19. Καὶ μὴ εὖ εἰδέναι) Καὶ μὴν εὖ εἰδέναι. MARCIL. Καὶ μὴν εὖ εἰδέναι χρὴ &c.) Hermotimus denique vix quidquam amplius dicere habens, quo Lucianum male de experiundis ſectis omnibus differentem coarguat, puerliter ait, eum id prae invidia facere, videntem, quantos iam in diſciplinis philoſophicis progreſſus fecerit Hermotimus. *At tu*, reſpondet, *nil morare me, tanquam inſanientem, tuque iter tuum confice, &, quod videatur, agito.* Ἀλλ' οὐκ ἐᾷς, ſubiicit Hermotimus, σὺ βιαιος ὢν αἱρεῖσθαί τι, ἢν μὴ πειρᾶσθαι ἅπαντων, *At tu, violente, non ſinis me quidpiam eligere, niſi cum per omnia iverim.* Lucianus: Καὶ μὴν εὖ εἰδέναι χρὴ, ὡς οὐκ ἂν ποτε ἄλλο εἴποιμι. Culpatur Benedictus, quod haec ultima non bene verterit, *Atqui me nunquam aliud dicturum, probe ſcias oportet.* Quidni bene Benedictus verterit, non video. Ait Hermotimus, *At tu, qui violentus es, non ſinis quidpiam arripere, niſi ubi omnia perquiſierim.* Reſpondet ille: *Atqui probe ſcias oportet, me nunquam aliud dicturum*, me nunquam aliam de hac re ſententiam laturum. Belgice magis convenienter Graeca haec efferri poſſint, *Ia gy moet weten, dat ik noit anders ſou ſeggen.* Sic c. 75, Οὐκ ἂν ἐκόντες εἴποιεν &c. *Non ultro id dicerent.* c. 77, Οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκεῖνο ὀρθῶς εἴποις, *Neque enim id recte dicas, dicere, dixeris.* Sed ſtatim non bene Benedictus haec tractavit (ἔστ' ἂν μὴ ἕτερός σοι λόγος συμμαχήσας, ἀφέληται τῆς βίας, ἧδη ἀγόμενον) vertens, *Niſi dum altera pro te faciens oratio, quod iam illa-*

tum est, auferat a violentia; cum debuerit, *Donec nulla alia oratio tibi succurrens, ex vi te, qui iam raperis,* duceris, *eripiat,* vindicet. IENS.

ibid. Ὡς οὐκ ἂν ποτε ἄλλο εἴποιμι) Obsopoeus, *ut ne quid interim dicam aliud.* Benedictus, *me nunquam aliud dicturum.* Immo, ut recte notavit pater, *ut ne quid dicam a ratione alienum.* GRON.

ead. l. 11. Ἀναίτιον — αἰτιᾶσθαι) Homer. Il. N. BROD. Homer. Il. A, 653. SOLAN.

ibid. Δοκεῖς μοι — αὐτὸν — ἀγόμενον) An sic scribendum & distinguendum? δοκεῖς μ. κ. τ. π. αἰτιᾶσθαι, αὐτὸς ἔστ' ἂν μὴ ἕτερος σ, λ. σ. α. τ. βίας, ἤδη ἀγόμενος. Nam violentiae certe crimini ipse, donec altera auxiliatrix oratio te liberet, obnoxius eris. GUYET.

ead. l. 12. Αὐτὸν) Salebrosus hic locus; nec, quid decernam, in promtu est. Aut dormitabat, cum haec scriberet Lucianus, aut oscitabant, qui descripserunt, librarii. Ut enim verba nunc leguntur, ex illo αὐτὸν nemo, credo, sensum eliciet commodum. Aliter autem a Luciano scriptum fuisse, tum ex absurditate verborum constat; tum etiam ex litura, quae in M. apparet, cuique hodierna scriptura a recentiore manu inscripta est. SOLAN. Αἰτιᾶσθαι αὐτὸς corrigit *Th. M.* Et marg. *B.* 2. REITZ. Spero, qui interpretationem nostram hic cum Graecis contulerit, illum nihil absurdi amplius in iis deprehensurum. Sed clariora erunt Graeca, si primo observes, αὐτὸν iungendum cum ἀγόμενον, deinde, si post αἰτιᾶσθαι incidas: Latina autem illustriora erunt, si in verbis, *a vi ME liberet,* ME illud vel omittas simpliciter, vel in *illum* mutes. Nam de se quidem loquitur, quo respectu *me* mihi in mentem venit, sed loquitur in tertia persona. GESN.

Pag. 84. *l.* 2. Αὐτῷ) Τῷ λόγῳ sc. GUYET.

ead. l. 11. Τῷ τοιούτῳ) Τῷ κριτικῷ. GUYET.

ibid. Καὶ προβέμενον) Supplendum τὸ δεῖ. GUYET. Fatue Benedictus & inde haec editio, *omnibusque in medio positis eligendum eum, qui differt & cunctatur.* Recte Obsopoeus, *omnibus in medium propositis eligere oportere cunctantem & tardantem* &c. GRON. Καὶ προβέμενον ἅπαντα εἰς μέσον αἱρεῖσθαι διαμέλλοντα, καὶ βραδύνοντα, πολλάκις ἐπισκοποῦντα. Interpres: *omnibusque in medio positis eligendum eum, qui differt & cunctatur, saepe contemplando.* Sed Lucianum non assecutus est. Illud, ut puto, voluit Lucianus: *Omnibus in medio positis, oportet eligere immorantem, & cunctantem, saepe considerantem.* Vult enim, non

temerariam & inconſideratam debere fieri iſtiuſmodi αἵρεσιν. VITRING.

ead. l. 15. Τοὺς Ἀρεοπαγίτας) Areopagitae in tenebris iudicabant. GUYET.

Pag. 85. *l.* 4. Ἐπὶ πάντων ἐλθεῖν) Ubi Lucianus dixiſſet, Hermotimum ſuum tum denique certo & liquido philoſopharі poſſe, ubi omnia diligenter examinarit, nulla neque aetatis, neque ſpeciei, neque exiſtimationis dicentis ratione habita; reſpondet Hermotimus, Μετὰ τὸν βίον φής· ἐκ γὰρ τούτων, οὐδενὸς ἀνθρώπων βίος ἐξαρκέσειεν ἂν ὡς ἐπὶ πάντων ἐλθεῖν, καὶ ἕκαστον ἀκριβῶς ἐπιδεῖν, καὶ ἐπιδόντα κρίνειν, καὶ κρίναντα ἐλέσθαι, καὶ ἑλόμενον φιλοσοφῆσαι. *Poſt vitam dicis. Ex his enim ſequitur, nullius hominis vitam ſatis longam eſſe, ut omnia perluſtret, & accurate ſingula perſpiciat, perſpectaque iudicet, iudicata eligat, delectuque habito philoſophetur.* Saepe ſupra & infra in hoc libello utitur auctor formula illa loquendi, *per omnes ire*, ſectas ſcilicet, perquirere, perluſtrare, excutere; idque Graece per ἐπὶ πάντα, vel πάντας, ἐλθεῖν· in hoc tamen loco mirifice mutat, ſi modo ipſe mutationis ſit auctor. Certe pag. ſeq. κἂν ἐφ' ἅπαντας ἔλθωμεν πειρώμενοι, *etiamſi per omnes iverimus, experimentum capientes.* Cap. 68, δέησει τοίνυν σε, εἰ μέλλεις Στωϊκῶν τὸν ἄριστον εἴσεσθαι, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ πάντας, ἀλλ' οὖν ἐπὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἐλθεῖν, *oportebit igitur te, ſi Stoicorum optimum cogniturus ſis, ſi non per omnes, per plurimos ſaltem iſtorum ire.* Supra c. 45, ἐπὶ πάντας ἀναγκαίως ἀφίξομεθα· c. 42, δέησει ἐπὶ πάντας ἐν κύκλῳ ἐλθόντα ἰδεῖν· c. 41, ἵν μὴ ἐπὶ πάντας ἔλθῃς. IENS. Πάντα) Emendationem Ienſii ſecurus eſſem πάντας legentis pro πάντων, quod in omnibus impreſſis legitur, niſi in M. & L. πάντα inveniſſem, quod verius puto. Vid. tamen c. 41, ubi itidem ἐπὶ πάντων ſine ἐλθεῖν. SOLAN.

ead. l. 5. Ἀκριβῶς ἐπὶ δεῖν) Reſtituo ἐπιδεῖν. BROD.

ead. l. 6. Γὰρ) Ita, uti conieceram, M. P. & L. pro καὶ, quod in aliis omnibus erat. SOLAN.

ead. l. 9. Ἔτι μοι δοκοῦμεν) Παρέλκον illud *μοι*. GUYET.

ead. l. 11. Οἱ ἁλιεύοντες) Videtur ad fabul. Aeſop. alludere. VORST.

Pag. 86. *l.* 3. Οὐκοῦν πειρῶ διεκδῦναι) Hoc Obſoppeus verterat, *proinde ego te rurſum extricare conabor.* Longe aliter Benedictus: *Ergo da operam, ut effugias.* Utrumque verba haec ſignificare poſſunt, ſi ſola ſpectentur; verum nexus ſequentium ſatis oſtendit, poſteriore modo accipienda eſſe. REITZ.

ibid. Σὺν θεῷ) Verba haec σὺν θεῷ γὰρ οἶσθα νεῖν, Obſo-

poeus reddiderat, *neque enim mihi dubium eſt, peritia natandi te praecellere.* Melius Benedict. *iuvante enim Deo natare ſcis.* Poſterius verum eſſe, ſi probatione indiget, adi Ariſtophan. Plut. 114. Et Kuſterum, idem ex Eurip. adſtruentem. REITZ.

Pag. 87. *l.* 1. Ὁ δὲ πέντε) M. & *Fl.* ed. haec verba habent, quae in reliquis non reperiuntur. SOLAN.

Pag. 88. *l.* 12. Ἰδιώτην τινὰ βίον) Ienſ. aliud agens in Lect. Luc. p. 90, fatetur quidem, Benedictum non plane aberraſſe, qui *privatam vitam* verterit; tamen non intellexiſſe veram vim, cum ſignificet vitam *rudem, indoctam, impolitam, incultam:* aliaque exempla affert, ubi *ἰδιώτης* exponatur per *ἀμουσος*. Et appoſitionem illam duorum ſubſtantivorum pluribus illuſtrat, ut *στρατιώτης βίος, τέχνη βάναυσος* &c. Confer infra cap. 81. REITZ.

ead. l. 13. Τοῦ φιλοσοφεῖν ΛΥΚ.) Expunge ΛΥΚ. quod quidem poſt verba haec *εἴτε καὶ μὴ* ſubſtituendum eſt hoc pacto: *εἴτε καὶ μή.* ΛΥΚ. BROD. Delenda nota perſonae ΛΥΚ. MARC.

ibid. Τοῦτο ξυμβαίνει γε ἐξ ὧν φὴς ἀδύνατον εἶναι φιλοσοφῆσαι) Obſopoeus, *illud quidem accidit, quod dicis, philoſophari promtum non eſſe.* At Benedictus, *illud quidem accidit, quod dicis, non eſſe promtum philoſophiae incumbere,* & huius naſuta commutatione vocum, & utriuſque interpretatione non ſatis valida vocis *ἀδύνατον*. Intellige cum patre, *illud quidem colligitur ex iis, quae tu dicis, non poſſe philoſophari.* Nam ξυμβαίνειν hic ponitur, ut ſupra, *μαίνοιτ' ἂν ὁ μὴ τέτταρα ξυμβαίνειν λέγων*, nempe *ἐκ δυοῖν δυάδων συντεθεισῶν*. GRON. Interpres, *Illud quidem accidit, quod dicis, philoſophari promtum non eſſe.* At non videtur intellexiſſe verbum ξυμβαίνειν, quod ſaepe uſurpant Graeci, cum ſignificare volunt, ex dictis aliquid conſequi, effici, vel colligi. Deſumtum ab arithmeticis, atque ita etiam h. l. Vertas igitur verba: *Hoc quidem ſequitur ex iis, quae dicis.* VITRING. Haec verba perperam in vulg. & M. Luciano tribuuntur: quod & Marcil. viderat, & ed. *I.* confirmat. SOLAN.

ead. l. 14. Ὧν φὴς ἀδύνατον) An ἐξ ὧν; GUYET.

Pag. 89. *l.* 7. Ὑπερήμερον) Vocis *ὑπερήμερον* notionem eleganter declarat illud Longini ſ. 14, ubi *ὑπερήμερόν τι τοῦ ἰδίου βίου καὶ χρόνου φθέγξασθαι* recte interpretatus eſt ex Cicerone Tollius, *dicere aliquid, quod non iisdem regionibus terminetur, quibus vitae noſtrae ſpatium circumſcriptum eſt.* GESN.

ead. l. 8. Τελευτῶν) Sic ſupra c. 46. Hic rurſus edd. *I. A.* 1. *H. P. S.* quas conſului, τελευτὼν adverbii more, non τελευτῶν, ut Bud. in Comment. REITZ.

ead. l. 10. Εἴτε καὶ μή. σὺ δὲ πῶς) Excidit nota perſonae, Εἴτε καὶ μή. ΛΥΚ. σὺ δὲ πῶς. MARCIL. W. P. & ed. *l.* agnoſcunt Luciani perſonam, quae in reliquis non notatur. SOLAN.

ead. l. 12. Ὅ, τι εὕρ.) Lege ὅτι. GUYET. Hoc ita verum eſt, ut lectores rogem, habeant pro eodem, ac ſi ita edi curaſſem; licet priſtinam lectionem non mutaverim, quia variationem in ea non inveni. REITZ.

ibid. Τί εὕρηται) Τί εὕρηται πρὸς αὐτῶν; ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ὀμόσαιμι, καί τοι πόσα ἄλλα &c. Excidere nomina perſonarum, videlicet: τί εὕρηται πρὸς αὐτῶν; EPM. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ὀμόσαιμι. ΛΥΚ. Καί τοι πόσα ἄλλα. MARCIL. Coniectura Marcilii ita mihi vera viſa, ut mihi non temperarim, quin in contextum reciperem deficientes in edd. perſonas, maxime, cum Cod. M. viam ad id muniat. Et minus apte alioqui eadem perſona interrogaret ac reſponderet. Cum vero Marcilii coniecturae reſponderet Cod. M. ſolitis ſuis punctis deſignans Hermotimi perſonam, eamque ſequi lectionem decreviſſem, neceſſario & proximum ΛΥΚ. ex Marcilio recipiendum erat, etſi Codex ibi non addiceret; nam ſi hanc omiſiſſem, nova confuſio orta foret. REITZ.

ead. l. 13. EPM. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ὀμόσαιμι. ΛΥΚ.) Ἑρμ. agnoſcit M. quem ſuis punctis, pro more deſignat. Sed ΛΥΚ. idem Cod. non habet; ſententiae tamen id neceſſario poſtulanti reddimus. SOLAN.

Pag. 91. *l.* 2. Ἐν τοῦτό ἐστιν) Intellige ὁ χρόνος. GUYET.

ead. l. 5. Καὶ ὑπάρχειν) Non poterat hic abeſſe coniunctio, alioqui lubens cum W. eam omiſiſſem, quia καὶ iam nimis frequenter eſt repetitum: nam qui paulo ſupra, a verbis καὶ διαγνῶναι incipiens numerare velit uſque ad καὶ τέχνην, inveniet vicies poſitum καὶ, intra viginti verſus. De quo ſupra iam queſtus ſum. Sed Latini hic Graecos copia vincunt, qui orationem variare poſſunt per *&, ac, que, atque, nec non, etiam, quoque, tum, cum* &c. dum Graeci καὶ & τε ſolis fere contenti ſunt, etſi ἤ μὲν, ἠδὲ interdum pro iis adhibeant. REITZ.

ead. l. 9. Ἥκεις) Retinui vulgatam, etſi ἄγεις, quod Cod. P. habet, non malum. Interdum enim ἄγω ita abſolute uſurpatur, pro *venio*, i. e. quaſi ἄγωμαι, *adduco me*, quod Lexicogr. iam notarunt. Sic ἐπάγειν & προσάγειν ſine accuſativo Arrian. Exp. Alex. I, 1, ὥστε Ἀλέξανδρον—ἐπάγοντα οὐκέτι ἐδέξαντο. Ib. c. 2, p. 6 f. ed. Gron. προσάγοντος Ἀλεξάνδρου ἐκ πολλοῦ συμπεφευγότες ἦσαν. Id. L. 2, c. 3, p. 63, προσάγοντα δὲ κάμῃ τινὶ τῶν Τελμισσέων, ἐντυχεῖν παρῆν ὑφορωμένῃ. REITZ.

ead. l. 10. Τῆς ῥινὸς ἕλκεσθαι) Erasmus in proverbio, *naribus trahere.* BROD.

ead. l. 11. Θαλλῷ) Vid. Athen. 25 A. B. & Casaub. qui Plutonis etiam ea de re locum affert. Utitur eadem figura & Philostr. pag. 587, τούτῳ ἀμφορέα μὲν οἴνου προσάγων, ἢ ὄλα, ἢ ἐσθῆτα, ἢ ἀργύριον, εὐμεταχειρίστῳ ἐχρήσατο, καθάπερ οἱ τὰ πεινῶντα τῶν βρεμμάτων τῷ θαλλῷ ἀγοντες. SOLAN. *Iunt.* non hic modo θαλῷ, uno λ, sed & supra Reviv. c. 46: quod quidem eodem redit; verum plurium edd. consensum sequimur. REITZ.

ead. l. 12. Τῷ ἐπιτραπεζίῳ) Hoc est, τῷ ἐπὶ τῆς τραπέζης ἐκχεομένῳ ὕδατι, ὃ διὰ τὴν ἰσορροπίαν καὶ τὸ ἀπαρέγκλιτον τῆς τραπέζης ἐπὶ χώρας μένου, καὶ τῆς ἐπιφανείας ἐπανεστηκὸς τῷ δακτύλῳ ὀχετηγοῦντι αὐτὸ φιλεῖ ἕπεσθαι, ῥυτῆς φύσεως ὑπάρχον, καὶ ἀτρεμεῖν μὴ πεφυκός. Cetera usque ad pag. 317, crebrae sunt repetitiones comparationum, quae passim alibi. BOURD.

ibid. Ἐπιτραπεζίῳ ὕδατι) *Aquae super mensam iniectae vel effusae.* BROD.

ead. l. 14. Καλάμῳ τινὶ) Homo inconstans itidem arundini a quolibet vento motae comparatur in Novo foedere, Luc. VII, 24, ubi Elsner. & hoc Luciani adducit. REITZ.

Pag. 93. *l.* 6. Γάρ τι λυπ.) An γάρ τοι; GUYET. Inter γὰρ & λυπηρὸν inserebatur τι, quod duce M. delevimus. SOLAN.

ead. l. 12. Ἐπιγνώμων) Huius vocis vim hic locus ostendit Lexicographis non satis perspectam. Vid. Suid. SOLAN.

Pag. 94. *l.* 5. Πείθειν ἡμᾶς βιάζ.) Ordo, βιάζονται ἡμᾶς πείθειν εἰδέναι. GUYET.

ead. l. 6. Τοῖς) Ex P. & L. In reliquis enim ταῖς. SOLAN.

ead. l. 7. Ὅμως) Solus W. Codex hanc vocem agnoscit. SOLAN. At Obsopoei versio exprimebat illud *tamen.* REITZ.

ead. l. 12. Εἰργάσω) Hermotimus, ubi plane convictus ab Luciano erroneae suae opinionis esset, exclamat, Οἷά με ἐργάσω, ὦ Λυκῖνε, ἔνθρακάς μοι τὸν θησαυρὸν ἀποφήνας. Et hoc nimirum inter foedas corruptae Lucianeae lectionis sordes; cui similem labem addas licet ex Astrolog. cap. 23, ἐργάζοντο. Corrige tandem hic εἰργάζοντο, illic εἰργάσω. In poëtis quidem augmenti, quod vocant, neglectus frequens: at in huiusmodi scriptoribus talia sunt librariorum flagitia. In contrarium peccatum est in Fugitivis c. 6, ubi εἰργάσασθαι scribitur pro ἐργάσασθαι. IENS. Iensii emendationem auctoritate sua firmant Codd. W. & L. SOLAN.

Ibid. Ἀνθρακάς μοι τὸν θησαυρὸν) Erasmus in prov. *Thesaurus carbones erant.* BROD. Infra rursus Ζεύξ. c. 2 f. SOLAN.

Pag. 95. *l.* 1. Περὶ ὄνου σκιᾶς) Erasm. in paroemia, *De asini umbra.* BROD. Proverbii huius historiam habes ap. Plut. 1558. Demosthenes pro concione interpellatus, fabulam narrare incipit de duobus hominibus iter una facientibus, quorum alter asinum alterius conduxerat. Fervente aestu de umbra asini discidii causa orta est, utroque sibi eam vindicante. Dominus enim operam, non umbram, locasse aiebat: ille vero & id operae esse partem contendebat. Hoc dicto, silet Demosthenes: instat populus, postulatque, ut litis finem narret: ad quos ille, vos vero, inquit, de asini umbra audire cupitis, de Rep. dicenti operam dare recusatis. Vid. etiam Aristoph. Sch. Σφηξ), v. 191, & Plat. Phaedr. ed. Bas. p. 208 A. In proverbium deinde ablit, *de rebus nihili* cum disceptatur, quod etiam apud Menandrum exstitisse ait Zenob. VI, 28. Et Schol. Aristoph. l. c. SOLAN.

ead. l. 8. Εἰς Ἰνδ. τελ.) Thucyd. ἐς Φάρσαλον ἐτέλεσε, *Pharsalum pervenit.* Εἰς Ἰνδοὺς τελεῖν, pro τελεῖν τὴν ὁδόν. GUYET.

ead. l. 13. Ἐκθορεῖν) Vox poëtica, quam alibi tamen iterum usurpat. V. Πρ. λ. c. 6, & Ἱστ. β, c. 35; nisi quod in iis locis ἀναθορεῖν, non ἐκθορεῖν legitur. SOLAN.

ead. l. 16. Κενὴν μακαρίαν) Sic p. 934 ed. Paris. Talis autem illa est, qualis felicitas Micylli in Gallo, ἡ κατὰ τοὺς ὕπνους ἐγγινομένη, τοιαῦτα τοῖς ὀνειρώττουσιν ἐμποιοῦσα τὰ εἰς τρυφὴν καὶ εὐετηρίαν, κενὴ, ὅτι μηδὲν ἔστὸς ἔχει καὶ βέβαιον, quae omnia recte interpretatur Gregor. Nazianzen. qui (ut alibi dixi) totus est in Luciano. BOURD.

Pag. 96. *l.* 10. Ὡς ὑπὸ τοῦ ἑρμένου) *Ut ab eo, qui hoc percontatur.* BROD.

Pag. 97. *l.* 4. Παραπέμψει) Conf. infra Δικ. c. 1, Εὐχ. c. 1, Ἐπ. Κρον. c. 17, & Ἑταιρ. διαλ. c. 1. SOLAN.

ead. l. 5. Τὰ κοινὰ) Quae a Stoicis paradoxis merito abhorrent. BROD.

ead. l. 7. Ἱππακενταύρων καὶ χιμαιρῶν) Virgil. VI Aen. facit Centauros & Scyllas in infernum vestibulo stabulare, cum somniis. Centauros & Chimaeram fuisse negat Lucret. L. IV & V. COGN.

ead. l. 14. Ἢ τὴν Οὐρανίαν εἶναι) Ἢ τὴν Οὐρανίαν ἐκείνην &c. nempe Ἀφροδίτην. MARCIL. De statua intellige, quae Athenis celebratissima. V. Meurs. AG. IV, 830. Simulacrum erat marmoreum, Phidiae opus. Erat & aliud Alcamenis, ib. 855.

Pro εἶναι L. habet οἶμαι. Neutrum placet. Credo ſcriptum fuiſſe καί. SOLAN.

Pag. 98. *l.* 12. Εἰ ἀληθής ἐστι) Brod. IX Miſc. 16 ait: εἰ ἀλ-θης, emenda εἰ ἀληθὴς ἐστι. Sed quod is emendat, id noſtrae edd. iam recte habebant. REITZ.

Pag. 99. *l.* 3. Ποτε τριπέφαλος) Geryon. Vid. Apollod. II, pag. 51 B. SOLAN.

ead. l. 10. Πέλτην, ἢ γέρρον, ἢ ἀσπίδα) Uterque interpres medium vertit *parmam Perſicam*. An credimus utique Lucianum voluiſſe ea voce id exprimere? Et cur non peltae addunt interpretes gentem, cui illa in uſu? GRON.

ead. l. 14. Εὐθὺ σκοπεῖν) Weſſel. ad Diod. Sic. II, c. 12, n. 31, legit εὐθὺς, me non contra nitente, quia ab ſequente σ facile abſorptum ſit alterum. Multa tamen annotavi, ubi differentia illa inter εὐθὺ & εὐθὺς, de qua Ammon. non obſervatur. Sed quia longe frequentiſſime tamen obſervatur, praeſtat eam tenere; &, quae collegi, iam non addere licet. REITZ. Εὐθὺς Mſ. Reg. 2954, teſte cl. B. de Ball.

Pag. 100. *l.* 5. Οὐκ ἐννοοῦντες) Iſta verba, οὐκ ἐννοοῦντες εἴ πῃ γένοιτο ἂν ἀκόλουθόν τι αὐτῶν, καὶ ψεῦδος ὄν, peſſime interpretantur, *nec in mentem veniat, ni falſum etiam ſit, quod priori eſt conſentaneum*; cum haec ſit ſententia: *non conſiderantes, ſicubi quid ſe invicem conſequatur*, (vel *ſibi congruat*) *quamvis falſum ſit*: ut ſi quis credat, bis quinque eſſe ſeptem, *credat etiam* quater quinque eſſe quatuordecim. Paulo poſt δόντες τὰς ἀρχὰς τῆς προαιρέσεως ἑκάστης, non eſt, ut Latinus, *datis uniuſcuiuſque ſectae principiis*, ſed *admittentes, concedentes principia uniuſcuiuſque ſectae*. Statim haec quoque verba non intellexerunt interpretes, καὶ ἀξιοῖ εἰς ἀπόδειξιν ἀληθῆ λέγειν, ἀπὸ ψεύδους τῆς ἀρχῆς ὁρμωμένη, *cumque a falſo principio exordiatur, vera tamen ad falſam demonſtrationem vult dicere*. Haec ex Graecis verbis ne fidiculis extorqueas, quae ſic interpretanda: *& poſtulat pro demonſtratione vera dicere, ex falſo principio progrediens*, hoc eſt, pro demonſtratione vult haberi principium, quod ponit, quia verum dicat, ſeu hoc ipſum verum dicere, quod iactat, vult pro demonſtratione accipi, cum tamen illud principium, quod pro vero circumfert, ſit falſum. GRAEV.

ead. l. 6. Εἴ πῃ) Forſ. εἴπερ. Certe ſenſus eſt, *numquid antecedentibus ſatis conſonum, falſum tamen ſit*. In M. & Fl. εἴ τι. SOLAN.

ibid. Ἀκόλουθόν τι αὐτῷ) Sic Plato p. 2 B. τὸ ὅσιον ταυτὸν αὐτῷ αὐτῷ & αὐτὸ αὑτῷ ὅμοιον. Mutarunt *P. S.* & *A.* ac fecerunt prave αὐτῶν. SOLAN.

ibid. Καὶ ψεῦδος) Καὶ cum Graevio hic vertit *quamvis*, Elsnerus ad Evang. Ioan. XVII, 25, ubi καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω, ἐγὼ δέ σε ἔγνων quod eod. modo reddit, *etsi mundus te non cognoscat, ego tamen te cognosco*, adducitque Thucydid. VI, 16, Τῶν ἔπειτα ἀνθρώπων πρὸς ἡμᾶς ξυγγενείας τις, καὶ μὴ οὔσαν, καταλιπόντες, ubi καὶ μὴ οὔσαν quoque signif. *quamvis nulla* (cognatio) *intercedat*. Sed cum Gesnerus paulo aliter vertat, ego me non interponam: quid enim voluerit Lucianus, ex praemissis satis apparet. REITZ.

ead. l. 7. Λέγοι) Ita, uti conieceram, M. Reliqui λέγει. SOLAN.

ead. l. 10. Ὅτου) Ex ed. *I.* est. Reliquae ὅτε, & ipsi Codd. M. & P. nisi quod hic ὅτι praefert. SOLAN. Ὅποι restitutum cupit B. de Ball.

ead. l. 13. Σημεῖά τινα) Sic enim ea definit Euclides: Σημεῖον ἐστιν, οὗ μέρος οὐδέν· γραμμὴ δὲ μῆκος ἀπλατές· quae nullo pacto consistere posse credunt Epicurei. BROD. Est in primis illis Geometriae definitionibus, quod iure quis carpat: dicendum enim fuit, *superficiem* esse extrema corporis, in quo corpore crassities quidem, sed cuius in superficie nulla habetur ratio. *Lineas* vero extrema superficiei, quando non tota iam, sed divisa in partes contiguas consideratur, nulla latitudinis, quae ceteroquin superficiei inest, ratione habita: *Puncta* linearum extrema, sive id, in quo lineae divisae partes se mutuo contingunt. Atque haec quidem vera, firma & inconcussa maneant: neu si quid in eo edisserendo aut definiendo a Geometris peccatum, arti certissimae & praestantissimae fraudi sit. Quod si in rebus huiusmodi, cuiusquam auctoritas valeret, Luciani certe nulla ratio habenda foret, qui se Mathematicarum disciplinarum rudem omnino prodit. Vide, quaeso, si non memineris, quam imperite Pythagoreorum symbolicam figuram in Πραι. descripserit c. 5. Vide etiam, quam iniquus sit in viros illos summos, qui Matheſin exoluerunt, Ἱππ. c. 3. SOLAN.

ead. l. 14. Τὰ τοιαῦτα) Ubi legitur, σημεῖά τινα ἀμερῆ, καὶ γραμμὰς ἀπλατεῖς, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ σαθροῖς τοῖς ξυμελίοις τούτοις οἰκοδομεῖ τὰ τοιαῦτα, mirum, ni perperam illud ultimum τὰ τοιαῦτα iteratum est ab dormitantibus descriptoribus. IENS.

Pag. 101. *l.* 9. Ἐξομολογήσασθαι) Ienſ. in ferculo liter. p. 9 & 10 existimat hoc verbum solis fere sacris scriptoribus proprium, nec facile alibi reperiri; sed non aegre feret, scio,

si ei hunc Luciani locum opposuero, aliosque ex Plutarch. Num. p. 71, 76, Coriolan. 215, & p. 943. Nec non Heliod. L. IX, p. 427, quos affert Iac. Elsn. ad Evang. Matth. III, 6, ut probet, verbum ἐξομολογεῖσθαι etiam profanis scriptoribus non inusitatum esse. REITZ.

ibid. Πράγματα παίδων ἔχοντες) *Puerilibus quibusdam nugis vacare.* BROD.

ead. l. 13. Παραμυθίαν) Confer supra Νεκρ. Διαλ. XV, § 3. SOLAN. Illa Solani citatio nihil aliud vult, quam Iuntinam ed. ibi male habuisse παρὰ μυθίαν· quod vitium *H.* quoque cum obsideret, ex aliis & collatione huius Lucianei loci id sustulerat Solanus. At id in variantibus lect. ibi non comparet. Nec refert, Id autem omissum, quia edit. *Iunt.* in qua editionum varietates notaverat noster, non possidebat Hemsterh. Etsi forsan, si possedisset, eiusmodi minutias non annotasset. Cur autem nos notemus, in praefatione dicendi locus erit. REITZ.

Pag. 102. *l.* 9. Ἡ ἰδόντες) Angl. εἰδόντες. BOURD. Εἰδόντες A. P. & L. Melius, quam quod in cett. & ipso M. ἰδόντες. SOLAN.

ead. l. 12. Καὶ λήθη — πρὸ Εὐκλείδου) Duo inveniuntur Euclidae inter Archontas, quorum nomina supersunt. Primus anno 2 Olympiadis 88, quinto anno belli Peloponnesiaci, de quo non est hic sermo. Alter anno 2 Olympiadis 94, quem intelligit hoc loco Lucianus: eo enim praeturam obtinente facta est amnestia, ut narrat Xenophon Lib. 2 Hellenic. Ideo saepe apud auctores historiae & rhetoras fit mentio τῶν πρὸ Εὐκλείδου, quorum non licebat meminisse, nec ea exprobrare, & eo anno Athenienſium respublica instaurata fuit, facta inter cives pace. PALM. Apud Montfaucon in Biblioth. Coslei. p. 490, in Excerptis inscriptis Συναγωγὴ λέξεων χρησίμων ἐκ τῶν τοῦ Λουκιανοῦ, ad h. l. haec legas: Τὰ πρὸ Εὐκλείδου νῦν ἐξετάζοντα. Παροιμία. Ὅτι ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν Ἀθηναίων περιγενόμενοι τριάκοντα τυράννους ἔστησαν παρ' αὐτοῖς, οἵτινες τῶν πολιτῶν μετὰ ταῦτα κακῶς ἐκέχρηντο τοῖς λοιποῖς. καταλυθέντων οὖν τῶν τυράννων, καὶ γινομένου μετ' αὐτοῖς Εὐκλείδου ἄρχοντος, ἵνα μὴ μνησικακήσωσιν ἀλλήλοις οἱ πολῖται, συνθήκας ἐποίησαν, ὥστε τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἄκυρα εἶναι. Quae ideo hic repeto, ut cum superiore Scholio conferri, & videri queat, idem esse, sed nonnulla aliter legi. Adde, si lubet, Schol. & Commentatores ad Aristoph. Plut. v. 1147. REITZ.

ead. l. 13. Πρὸ Εὐκλείδου) Ἀμνηστία. GUYET. Vide Scholia, & Καταπλ. c. 5. SOLAN.

in Schol. Ὥσπερ τῶν πρὸ Εὐκλ. &c.) Hoc iam ſupra habuimus totidem verbis; nec ſemel in huiuſmodi repetitiones delapſus eſt Scholiaſtes noſter. CLER. Tam imperite autem deſcripſit hoc Scholium ex Κατάπλ. N. 52, (v. c. 5 eius Dial.) ut ultima illius eo ſpectantia, huc etiam retulerit; quae ego delevi. SOLAN.

Pag. 103. *l.* 3. Τὰς μὲν γὰρ ὑποσχέσεις) Τὰς μὲν γὰρ ὑποσχέσεις ἀκούω θαυμαστάς τινας, ἡνίκα εὐδαιμονήσουσιν οἱ ἐς τὸ ἀκρότατον. Latinus interpres: *Etenim promiſſiones admirandas audio, quando qui ſummum faſtigium attigerint, felicitate potientur.* Ἡνίκα hic quam frigeat, nemo non videt. Luciani manus eſt ἡλίκα εὐδαιμονήσουσιν, *ad quantam felicitatem perventuri ſint.* Superius in Somnio c. 9, ἡλίκα τὰ ἀγαθὰ προιὴ λιθοξόος γενόμενος, *quanta bona conſequeris, ſi evadas ſtatuarius.* Sic alibi apud Noſtrum ἡλίκα θαυμάσια, *quam admiranda.* Nihil tritius. GRAEV.

ead. l. 4. Ἡνίκα) Demoſth. 210 C. θαυμάσια ἡλίκα. Noſter ipſe c. 2, ἆθλα θαυμάσια ἡλίκα εἰρηκας. Sed nihil tamen hic muto; quia ἡνίκα neceſſario retinendum eſt, ut ſententiae conſulatur, niſi aliter ſuperiora ſcribantur, hunc in modum, ὑποσχέσεις ἀκούω θαυμάσιας ἡλίκας, ὡς εὐδ— quod minus elegans foret. SOLAN.

ead. l. 6. Τὰ τῷ ὄντι ἀγαθὰ) *Quae haud dubie ſunt bona.* BROD. Vid. idem ſupra Ἀλλ. ſub init. SOLAN.

ead. l. 7. Καὶ Στωϊκῶν τῷ ἄκρῳ) Melius, quam in Anglic. ἐς Στοϊκὸν τὸ ἄκρον. BOURD.

ead. l. 8. Ὑφ' ἡδονῆς) M. Fl. *S. A.* recte. In reliqq. mendoſe ἐφ', niſi quod in *I.* excidit litera ς, vel υ. SOLAN. Male Solanus Aldinam ed. incuſat, aut ſaltem non ſatis expreſſit, quid illa habeat. Video enim, illam, nimirum Aldinam primam, neque ἐφ', neque ὑφ' habere, ſed ſic: μηθ' φ' ἡδονῆς· unde tam ὑφ' quam ἐφ' efficias, id quod eodem modo in Iuntina ſe habuiſſe, recte obſervarat idem. REITZ.

ead. l. 9. Φθόνου δὲ κρείττονι) Vid. ſupra ad c. 12 huius Dial. vel c. 19 de Merc. cond. ubi de hac phraſi, perfacili, ſed interdum non intellecta, paucis egi. Hic tamen plus videtur ſignificari. Nam *invidia maior*, eſt quidem, *qui non perturbatur invidia, qui ſpernit invidiam*, vel cui ea nocere non poteſt, ut Horat. *π* Od. XX — *Invidiaque maior urbes relinquam.* Sed & poteſt invidia tam activa, quam paſſiva, ſimul intelligi, id eſt, qui neque invidet alteri, neque curat, ſi alter illi invideat, utrumque enim philoſophum decet. REITZ.

ead. l. 12. Κἂν πάντα πλείω ἔχῃ) Vorſt. legit κἂν κατὰ πάντα πλεονεκτήσῃ τὰ ἄλλα. SOLAN. Non opus erit emendatione Vorſtii, ſi cum Mſ. Reg. 3011 legas, κἂν τὰ πλείω ἔχῃ.

Pag. 104. *l.* 6. Ἔξω τοῦ οὐδοῦ ἐστι) Τῆς ὁδοῦ in omnibus, etiam in M. & L. legitur: abſurde. Quis enim *extra viam ſtare eum* dici ferat, *qui foribus adſtat?* Audacter itaque repono τοῦ οὐδοῦ, ut *extra limen*, quod rei accommodatiſſimum, *ſtare* iam dicatur. Poëtica quidem eſt vox οὐδός, ſed Luciano familiaris. Sic Μισθ. c. 23, πάντα γὰρ ταῦτα, τὸ γένος, τὴν ἐλευθερίαν, τοὺς προγόνους, ΕΞΩ ΤΟΥ ΟΥΔΟΥ καταλιπών ἐστι &c. Adde Ἁπ. μισθ. c. 5, Οἰκ. c. 18, & Δημοσθ. c. 40. Eodem argumento utebantur Stoici, quo probarent omnia peccata eſſe aequalia, apud Diog. Laërt. pag. 192 F. καὶ γὰρ ὁ ἑκατὸν σταδίους ἀπέχων Κανώβου, καὶ ὁ ἕνα, ἐπίσης οὐκ εἰσὶν ἐν Κανώβῳ. Quod & Suidas affert in v. Κανωβ. Emendationem hanc [illegible] notis Io. Clerici, ad fragm. Menandr. pag. 350 [illegible] Septembr. anni 1709, cum ego iam in ſpecimine meo [illegible] prodiit menſe Februar. anni 1708, publici iuris feceram. SOLAN. Veritate victus recepi Solani emendationem, & mutavi Geſneri verſionem, pro *viam*, *limen* reponens. In edd. variationem non aliam reperi, quam quod *Ald.* & *Hag.* habeant ὁδοῦ ἐσμεν, enclitice. Aliae ἐσμὲν cum accentu. Et quamvis ἐστι hic quoque accentum amittere debeat, expreſſi tamen Mſſ. ſcripturam. REITZ.

ead. l. 7. Ἔστιν) Sic M. & L. Melius, quam ut in reliquis eſt, ἐσμέν. SOLAN.

ead. l. 10. Πλησίον) Haec vox in *P.* neſcio an conſulto, certe prave, mutata eſt; πλέον enim ibi legitur. In omnibus impr. & M. recte πλησίον. SOLAN.

ead. l. 12. Ἐν ἀκηδίᾳ) Pierſonius ad Moer. Atticiſt. emendabat ἐν ἀνδίᾳ, aſſentiente B. de Ball.

ead. l. 14. Εἴκοσιν ἔτη) Vid. ſupr. c. 59 fin. SOLAN.

ead. l. 15. Ἢ τίς ἐγγυητὴς) Mira ſunt haec. *B. 2. si* nihilo melius M. ἢ. Quid ſcripſerit Lucianus, neſcio; certe nihil horum. SOLAN.

Pag. 105. *l.* 2. Διώκοντες οὐ κατέλαβον) Sic fere in Novo Foedere, epiſt. ad Rom. IX, 30, Ὅτι ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην, κατέλαβε δικαιοσύνην. Ad quae verba L. Bos pag. 114 ait: Διώκειν proprie dicitur, qui fugientem perſequitur: καταλαβεῖν vero, qui eum, quem perſequitur celeri curſu comprehendit. Duo haec verba iuncta, uti hic, reperiuntur apud Comicum in Theſmophor. Ἔτ' ἂν καταλάβοις, εἰ φεύ-

κεις ταύτην; *Adhuc ipsum comprehenderes, si insequereris hac?* Apud Dion. Halic. L. V, p. 313, ἢ οἱ διώκοντες κατελάμβανον. Et Artemid. L. I, p. 295, οὐδὲ δραπέτην διώκων καταλάβοι. Haec ille. Sic Latini *persequi*, pro, hostili animo fugientem persequi, & aliquid sequi, donec acquiras, in bonam partem; vid. *Ambigua* nostra, ubi & exempla quaedam Graeca verbi διώκειν dedimus, pluraque iam dare possemus, nisi haec satis nota arbitraremur. Minime tamen vulgaria erant, quae ibidem ex doctiss. consobrini Abreschii Observatt. ad Hesych. petenda indicavimus; quaeque videantur in Observatt. Miscellan. ab eruditis Britannis inchoatis, Vol. V, T. III, anni 1735, p. 92, ubi docemur, διώκειν generaliter significare *celeriter currere*; adeoque interdum etiam de fugiente dici, velut Hesych. διώκειν etiam interpretatur, μεθ' ὁρμῆς φεύγειν, ac Thucyd. VIII, c. 102, Τὴν δίωξιν εὐθὺς ποιούμενοι quod aliis exemplis probat idem Abreschius ibidem. REITZ.

ead. l. 3. Ἀλλὰ καὶ κατάλαβε) Satis absurde Obsopoeus verterat, *sed esto, si videtur te comprehendisse*, quasi κατέλαβε legeretur; quod tamen non posse fieri, sequens ἔχε satis docere poterat: at forsan voluit, *si videtur, te comprehendisse*, pro *si videris comprehendisse*, tumque nimis ambigue. REITZ.

ead. l. 8. Τῇ ἀληθείᾳ) Id verum esse, iam dixi supra in Apolog. c. 13. Brod. Misc. IX, 16 f. ait: Hoc enucleat Erasm. in proverbio, *alterum pedem in cymba Charontis habere*. Sed pro τῇ σοφῷ scribit τῇ σοφίᾳ, non sua, sed operarum culpa. Interim genus recte ibi expressit. REITZ.

ibid. Ἄλλον — βίον) Hoc vero est, quod nos Christiani, firmissimis ducti rationibus, auctore ipso Deo, speramus: quos adeo nihil eorum, quae hic a Luciano adducuntur, ab instituto retrahere aequum est, cum ne nos quidem tangant. Quamquam neque tantam eius rationibus inesse vim, rem recte reputans invenies, ut vel a philosophiae studio homines Ethnicos deterrere prorsus valeant. Etsi enim perfectionem illam omnibus suis numeris absolutam assequi non datur, ope tamen philosophiae & meliores sese & beatiores iis, quos sapientiae nulla cura tenet, evasuros in hac vita, ad virtutis sapientiaeque studium satis magnum momentum videri decuit. Neque ea Luciani mens, ut homines a sapientiae studio retraheret, sed ut a futilibus Logicorum tricis atque captionibus aliisque philosophiae sui temporis vitiis ad vitam recte atque honeste instituendam, ut in sequentibus videbis, revocet. Quemadmodum Isocrati operam dantes irridet apud Plu-

tarchum M. Cato, in eius ſchola ſeneſcentes, *apud inferos, ſi Diis placet, arte uſuros*, p. 641. Confer autem Noſtrum Διν. c. 21; ad quem locum eadem dicta putes. SOLAN.

Pag. 106. *l.* 4. Διατρίβετε) Conf. infr. Συγγρ. c. 7. SOLAN.

ead. l. 9. Ἀφικτα) Angl. & Mſ. ἀφυκτα. BOURD. Lege ἄφυκτα. GUYET. Ἄφυκτα B. A. & M. Reliqui corrupte ἀφικτα. SOLAN.

Pag. 107. *l.* 1. Ὄλκου) Ὄλκον de corpore ſerpentis dici, idoneus auctor Nicander Θηριακ. p. 162, & praeſertim 166, Ὀλκῷ δὲ τροχόωσαν ἄλων εἰλίξατο γαίη. Ceterum *tractum* etiam Latini, certe poëtae, dixerunt non minus, quam *volumen*. Germanicus in Arateis 424 de hydro, *tractu ſubit ille longum*. Add. Nemeſ. ecl. 4, 40, *torto non ſquamea tractu Signat humum ſerpens*; ubi Burman. & Germanicum laudat, & Ovid. Met. 15, 725. Itaque non male ὄλκον, qui ἀπὸ τοῦ ἕλκειν ſit, ut a *trahendo tractus*, ſic reddi arbitrabar. De *volumine* res nota. GESN.

ead. l. 2. Ἐχέας) Vid. ſupra Ἀναβ. c. 24. SOLAN. Praeterea ad hoc verb. notabat idem Solanus, ἐκχέας in *I. H.* & Fl. legi. Sed & legitur in reliquis, certe in *Ald.* 1. & *S.* An igitur dubitavit, num ἐγχέας praeſtaret? quia *infuſam in mortarium aquam* recte vertitur. Sed nihil opus: nam aqua prius aliunde effunditur, ante quam infundatur in mortarium. Nec quidquam novi eſt, praepoſitionem ſequi contrariam illi, cum qua verbum eſt compoſitum. Sic enim ſupra Dial. omnium primo § 15, πρὸς μὲ ἀπιδοῦσα, ubi πρὸς & ἀπὸ *ad* & *ab* tamen iunguntur, vel potius ſeſe excipiunt. Sic Latinis oculos omnium in ſe *avertit* & *advertit* eod. ſenſu dicitur, (quod iam diximus in libello noſtro de Ambiguis.) Ita fere de Domo c. 3 ſ. λαλοῦσαν ἐκ τῶν πετρῶν ἔνδοθεν. Arrian. de Exped. Alex. 2, 1, ἐς Μακεδονίαν ἀποστρέψων τὸν πόλεμον. Ubi εἰς & ἀπὸ quoque ſunt oppoſita; ſed pro ἀποστρέφων etiam ἐπιστρέφων dici poſſet, exiguo quidem diſcrimine. Ita ἐκφέρειν εἰς δῆμον, *efferre in vulgus*, notum. REITZ.

ibid. Πτίττοι—πτίττων) Scholia, πτίσσων vel πτίττων. M. autem hic πτήττων, & ſupra πτήττοι. Quod emendationem Kuſteri apud Suidam in ἂν ἀπολῇς &c. egregie confirmat. Vid. Plut. 799, 2. Impreſſi omnes πτλίττ—. SOLAN.

ead. l. 7. Οὕτω μὲν ὀργίλος) Quaerit Lucianus, num Hermotimus excepta eruditione, velit praeceptori ſuo ſimilis eſſe, οὕτω μὲν ὀργίλος, οὕτω δὲ μικρολόγος, οὕτω δὲ φιλόνεικος ὤν, καὶ φιλήδονος, νὴ Δί, εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ. EPM. τί σι γε; ΛΥΚ. ὦ Ἑρμότιμε, θέλεις διηγήσωμαι. Primo male μι-

κρολόγος vertitur *ita minutus*, cum sit *sordidus*, avarus; dein quid interrogatio τίσι γε sibi velit, non video. Nam cum dixisset Lucianus, velisne praeceptori tuo praeter doctrinam similis esse, cum sit tam iracundus, tam sordidus, tam rixosus, & voluptatis per lovem amans, licet multis non videatur talis esse? subdit Hermotimus: *Quibusnam?* Sed Lucianus subiicit narrationem de sordibus & iracundia alterius philosophi senioris, quae quaestioni Hermotimi non conveniunt. Cum tamen omnino ad convincendum Hermotimum ostendendum fuisset, quibusnam videretur esse φιλήδονος; nec quidquam soleat omitti a Luciano, quod ad Hermotimi pertinaciam expugnandam faciat. Itaque haec cum accuratius expendissem, persuasi mihi, levi mutatione locum hunc foede inquinatum sic posse purgari: εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ. τί σιγᾷς, ὦ Ἑρμότιμε. *Quid taces, Hermotime.* Maxime hanc meam emendationem firmat antiquissima editio Luciani *Flor.* anni 1496, quam primam esse puto, in qua legitur quidem τισί γε, sed sine distinctione personarum. Sic enim illa habet: εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ τισί γε ὦ Ἑρμότιμε. Aequis lectoribus non difficulter, spero, me probaturum, hic me non fefelliisse divam Criticen. GRAEV.

ead. l. 10. Τί σιγᾷς) Emend. Graevii in textum recipere non dubitavi. Fl. τισί γε. Sic c. 55. Vid. & c. 83. SOLAN. Τισί γε) Magnum ingenium Graevii, magna optimis artibus parta gloria. Itaque ratio hic reddenda, cur non secutus sim ipsius emendationem. Nempe, quia illam non ex libro protulit: illud vero, quod habent constanter libri, optimam habet sententiam. Iam diu vacillat Hermotimus, iam diffidere suo doctori didicit, iam crapulam viri & rixas supra commemoratas aliis, quam ante, oculis intuetur. Igitur cum dicit Lycinus, An illius velit esse similis? & in fine ponit ea verba, quibus docet, profecto vitiosum esse hominem, quantumvis vulgo talis esse non videatur: modeste Hermotimus, & velut immurmurans, τισί γε, inquit, h. e. *at quibusdam tamen*, mihi inprimis, postquam opera tua visum recepi, talis videtur, cuius proinde similis esse equidem iam nolim. GESN. Solani & Graevii periculo lectionem pristinam movere possem, sed mea auctoritate *non* auderem, etsi eorum coniectura perplacet. Solanus quoque personam ΕΡΜ. ante τί & ΑΥΚ. post σιγᾷς deleverat: quod necessarium erat, si cum illo σιγᾷς legat. At cum Gesnerus commodum sensum ex vulgata eliciat, eam sine Codicis ullius auctoritate immutare fas non est; alioqui

fateor, etiamnum mihi arridere Graevianam emendationem, tum quia illud τί σιγᾷς Noſtro uſitatum, tum quia non ſic ſolet illud τισί γε uſurpare. Immo quo plus conſidero, eo magis perſpicio, nexum orationis id poſtulare: languet enim alioqui nova illa interrogatio Θέλεις διηγήσομαι; Si vero praemiſerit, *quid taces?* concinnius ſequitur, *vin' igitur pergam?* id eſt, *quia taces, ego porro narrabo.* Iam vero ſignum interrogandi, quod poſt τισί γε aderat in edd. etiam omiſi, quia Geſn. ſic velle video. REITZ. Vulgatae lectioni, quam tuendam & interpretandam ſuſcepi, illud etiam favet, quod ea, quam reſtituram cupiunt Graevius & Solanus, ſi inventa eſſet in antiquis exemplaribus, nemini in mentem venire potuiſſet vel perſonam adſcribere, vel τί σιγᾷς; lectionem planiſſimam, in τισί γε mutare. Si quid in hac arte firmum eſt, illud profecto eſt, non mutatam eſſe lectionem planam, facilem, quae nihil dubitationis haberet, in diverſam. Neque ſic errant deſcriptores, neque ſic emendant. GESN. *in Addend.*

ead. l. 12. Τινὸς λέγ. ἀνδρὸς) Non poſſum hic cum viro eximio & de me optime merito ſentire, qui haec de alio philoſopho dicta vult. Dicuntur certe de Hermotimi magiſtro, ſive is Theſmopolus fuerit, ut ſuperius innui, aut alio quovis nomine notus homo. Miror autem in toto hoc Dialogo Luciani non ſolitam moderationem, qua hominis ſordidiſſimi nomen reticere ſuſtinuit. Unde colligo, omnia eius opuſcula, in quibus nominatim in ſui temporis homines invehitur, ab eo poſt XL aetatis annum ſcripta. SOLAN.

Pag. 108. *l.* 3. Ἐνη καὶ νέᾳ) Vid. Ariſtophan. Schol. ad Nub. Act. IV, Sc. 1, 1, ubi fuſe enarrat, qua ratione id nomen ultimo menſis diei inditum ſit, quia eodem die luna & deſinit & incipit. Adde & Plut. in Solone, p. 168, 1. SOLAN.

ead. l. 5. Ἰδιώτης) Non ſimpliciter *hominem privatum* ſignificare, ſed ἄμουσον, *rudem* & *incultum*, ex addito ἀγροικος apparet, & ex aliis, quos adduxit Ienſ. Vid. ſupra ad c. 67. Adde, ſi lubet, Elſner. ad Act. Apoſt. IV, 13. REITZ.

ead. l. 7. Ἐκτετίκαμεν διάφορον) Recte ibi interpres. Eſt enim διάφορον ex Suid. τὸ τίμιον, *merces*. Cetera huius Dialogi antea ſum interpretatus. BOURD. Conf. infr. Amor. c. 8. SOLAN.

ead. l. 13. Δίκην ἔφυγον) Scribo ἔφυγεν. BROD. Sed quia *S.* hoc iam habet, ego ἔφυγε propter euphoniam ſcribere non dubitavi. REITZ.

ibid. Ἔφυγεν) W. Cod. & plerique impreſſi ἔφυγον. *S.* recte mutavit. SOLAN.

ead. l. 16. Αὐτοῦ ἐλάβετο) *Quod eum manu prehendisset.* BROD.

Pag. 109. *l.* 1. Τὸν κάδον) *Cadum, ut symbolum daret ac deponeret.* BROD. Sed vide, quam parum recte κάδην ſcribat, pro κάδον. REITZ.

ibid. Τὸν κάδον) Mirum eſt, in editis legi ὅτι αὐτοῦ ἐλάβετο, ὑπὸ κόλπου ἐκκομίζοντος τὸν κάδην. Quid eſt κάδης, aut ubi invenitur? leg. κάδον, hoc eſt, *vini cadum in ſinu efferentis.* Quae mox addit de crocodilis, & cornibus, intelligenda ſunt de ſyllogiſmis Stoicorum, quos ſic nominabant. Vide ſuperius in βίων πράσει. Pagina ſeq. ὁ φιλόσοφος ὅρα οἵαν ἀποκρισιν ἀπεκρίνατο, ὦ Ἑρμότιμε, ὡς πρεσβυτικήν. Vertitur: *vide, mi Hermotime, cuiuſmodi reſponſum, quam ſene dignum philoſophus ille reddiderit.* Atqui πρεσβυτικὸν reſponſum eſt *anile reſponſum*, ut patet ex ſequentibus: ἐπεὶ καὶ οἱ τίτθαι τοιάδε λέγουσι περὶ τῶν παιδίων, ὡς ἀπιτέον αὐτοῖς ἐς διδασκάλου· καὶ γὰρ ἂν μηδέπω μαθεῖν ἀγαθόν τι δύνωνται, ἀλλ' οὖν γοῦν οὐδὲν ποιήσουσιν ἐκεῖ μένοντες· *ſiquidem etiam aniculae talia de pueris dicunt, nimirum ad magiſtrum illo eundum, nam diceri hanc nihil poſſint diſcere, nihil mali tamen committent, dum ibi manebunt.* GRAEV. Mirum eſt, in omnibus impreſſis, ſi a Fl. & *I.* abeas, κάδην hic legi. W. recte κάδον. SOLAN.

ibid. Ἔχοι) Antiquiores edd. & ipſe M. ἔχει. *B.* 2. & *P.* ἔχῃ melius. *S.* & *A.* rectius ἔχοι. SOLAN. Vix obſequerer Salmurienſi ſoli, niſi res ita manifeſta foret, ut paulo ſupra in ἔφυγε pro ἔφυγον. Sed eo ipſo, quod M. non ἔχῃ, ſed ἔχει habet, apparet, eum ἔχοι dare voluiſſe; ideo vulgatum ἔχῃ ſecurus eieci. REITZ.

ead. l. 7. Ὁ λόγος οὗτος) Hoc ante explicatum eſt, atque etiam illud καὶ πάντα ἀκριβῶς. BROD. Vid. ſupra, Dial. Mort. I, non ita longe ab initio; & Vit. Auct. c. 22. SOLAN. Studium impreſſi Brodaeanum pro me, niſi feſtinantis aberrationem credo. REITZ.

ead. l. 10. Κέκραγε) Vid. iterum ſupra Dial. mort. I. SOLAN. Immo & ſaepe alibi de hoc ſyllogiſmi fraudulenti cognominatione dictum eſt, ut in Vitarum ſel. &c. REITZ.

ead. l. 12. Ἐπιβουλεύεται τι ἐνταῦθα) *Ne quid audiat, quod eum, haec agentem, meditamur, derideat atque irrideat.* BROD.

ead. l. 13. Λοιδορῶν) Malim αὐτὸν adſpirate. REITZ.

Pag. 110. *l.* 1. Ἀποῖ) Variationis notam apposuerat Solanus, nec tamen addiderat, qualis ea eſſet, fors rurſus ἀποῖ quaeſitus; ſed Indicativus ſeruare recte habet. Vid. nos ſupra ad cap. 61. REITZ.

ead. l. 4. Μόνον βασιλέα) Haec ſunt nunquam ſaris deriſa Stoicorum ſomnia. BROD.

ead. l. 6. Ὁ φιλόσοφος) *Filii praeceptor.* BROD.

ead. l. 11. Καὶ ἡ πρὸς ταύτην αἰδὼς) Perperam reddunt, *philoſophia, & praeter hanc verecundia*: ſenſus enim eſt, *philoſophia & reverentia erga eam.* Ita πρὸς ſaepe ſumitur, ut in Tyrannicida, Τῇ πρὸς τὸν υἱὸν φιλοστοργίᾳ. In Abdicato, Εὐνοίας πρὸς ἐμέ. Sic etiam pro Imagin. Pſeudomant. Τὸ πρὸς ἀληθείαν ἔρωτι. Sed ipſiſſimum hoc ἡ πρὸς φιλοσοφίαν αἰδὼς, eſt in L. de Saltatione, Οἷον μεῖφη Σεάματος ἡ πρὸς φιλοσοφίαν αἰδὼς ἀπεστέρηκεν. VITRING. Quod Horat. Vitringa in priſtina verſione reprehendit, ex Benedictina eſt; id nec Obſopoeus melius reddiderat, *philoſophia iuxta ac verecundia.* Recte Geſnerus iam dedit, etiam non viſa Vitringae correctione, quam ego ex eius nott. Mſſ. quae quidem numero admodum ſunt paucae, inſerui. Et mirandum videtur, in locutione tam vulgari aberrare potuiſſe priſcos interpretes; nam πρὸς cum accuſativo ſignificare *affectum eſſe erga*, vel *adverſus* aliquem, ex omnibus auctt. conſtat; ſic Herodian. I, 4, 6, Ἐκ γὰρ ὧν διάκειμαι πρὸς ὑμᾶς. Ibid. 9, 15, ἀπεχθῶς πρὸς τὸν Περέννιον διακείμενοι. Sed plane Lucianeae dictioni ſimilis haec apud eund. Herodian. I, 8, 5, Καὶ ἡ πρὸς τοὺς φίλους αἰδὼς· quod non opus eſt pluribus adſtruere. Interim excuſabilis eſt error, quia alibi tamen recte per *iuxta* vel *cum* redditur, ut ap. eund. Herodian. I, 5, 5, Κοινὴν εἶναί μοι πρὸς ὑμᾶς τὴν ἐπὶ τοῖς καταλαβοῦσιν ἀλγηδόνα, καὶ μηδέν τι ἧττον ὑμᾶς ἐμοῦ δυσφορεῖν, *communem eſſe mihi vobiſcum ſuper his calamitatibus moerorem, & vos non minus, quam me, graviter ferre.* Et III, 6, 5, τοῦτο πρὸς ἐκεῖνον ἐνειμάμην, *hoc cum illo diviſi*, (*communicavi*) ac non ſemel alibi. REITZ.

Pag. 111. *l.* 2. Ἀπιτέον) Recte quidem. Sed alibi dicit ἀπιτητέον & εἰσιτητέον, ut hoc Dial. c. 73 f. &c. REITZ.

ead. l. 3. Ἐς διδασκάλου) Scil. οἶκον. Vid. de hac Ellipſ. not. Ienſii ſupra ad libell. de Sacrif. c. 1, & infra ad Paraſit. ſive Lect. Lucian. p. 351. Adde Hom. Il. Z, 47, ἐν ἀφνειοῦ πατρός. Ariſtdph. Plut. 84, & Nub. 961. Plura Kuſter. ad Plut. Ariſtoph. 237 & 242. Et Maittaire de Dialect. p. 73, & Solan. ad Somn. c. 1. REITZ.

ead. l. 5. Ἀποπλῆσαι) Conf. infra Ἀπορρ. c. 9 & 19. Item Τόξ. c. 51. SOLAN.

ead. l. 6. Τῶν εἰδότων) Τῶν εἰδόντων legerat in ſuo exemplari Brod. Vid. Miſc. IX, c. 16. Sed ſibi placere ait εἰδότων,

Quod iam in edd. inveni, nec quidquam variationis ab Solano notatum eſt. REITZ.

ead. l. 8. Ἀνέγνωκε βιβλία) Stoicorum libros. GUYET. Chryſippi liber erat περὶ ἀξιωμάτων. Diog. Laërt. 210 C. & περὶ καταλήψεως, idem 213 A. Alterius Stoici reliquos eſſe ſtaruendum eſt. Apud Arrianum etiam, οὗτός φησιν ἤδη καὶ δι' αὐτοῦ δύναται Χρύσιππον ἀναγινώσκειν. I, c. 4. SOLAN.

ead. l. 10. Περὶ καθηκόντων) Περὶ καθήκοντος, ſingulari numero, libros inſcripſere Zeno, Cleanthes, Chryſippus, Panaetius. *Officia*, numero multitudinis, maluit Cicero. *Quod de inſcriptione generis, non dubito, quin καθῆκον* officium *ſit: niſi quid tu aliud. Sed inſcriptio plenior* de Officiis, inquit ille lib. 13 epiſt. ad Atticum, epiſt. 2. Τὰ καθήκοντα quoque legere eſt apud Suidam in καθήκοντα, & apud Laërtium in Zenone Cittico. MENAG.

Pag. 112. *l.* 4. Ἀνάλωκα) Tironi dico, cave hic quidquam mutes: ſic enim docent Grammatici ſaepius efferri, & omnino ſic Demoſthenes aliique; quod ideo moneo, quia *B.* 2. mutavit. SOLAN.

ead. l. 9. Αἴσωπος) Periit haec, cum multis aliis, Aeſopi fabula: neque enim in Aeſopo hodierno, aut in reliquis fabularum antiquis ſcriptoribus invenitur. SOLAN.

ead. l. 10. Ἐπὶ τὴν κυματώδη) Cum Hermotimus deplorare ſacturam temporis, quam impenderat philoſopho, reſpondet Lucianus, nihil lacrimis profici, prudentius facturum, ſi Aeſopo in fabulis monenti obſequatur: ἔφη γάρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ἠιόνι καθεζόμενον, ἐπὶ τὴν κυματώδη, ἀριθμεῖν τὰ κύματα. *Ubi dicit*, inquit interpres, *quendam in litore maris conſedisſe, ut numeraret undas.* Vides, ἐπὶ τὴν κυματώδη plane omitti ab interprete. Sed locum hunc mendoſum eſſe non animadvertiſſe interpretes vix credi poſſet, niſi res ipſa loqueretur. Ipſi Grammaticorum canones docebant, dicendum fuiſſe ἐπὶ τῇ ἠιόνι καθεζόμενον τῇ κυματώδει. Mſ. pro ἐπὶ τὴν κυματώδη ſcribit ἐπὶ τὴν κυματωγήν quod argumento eſt, ἐπὶ τῇ ἠιόνι eſſe gloſſam, & interpretationem magiſtri, quae in contextum irrepſit. Indubie ſcripſit Lucianus: ἔφη γὰρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τὴν κυματωγὴν καθεζόμενον ἀριθμεῖν τὰ κύματα, *dixit enim, quendam in crepidine litoris conſedisſe, ut numeraret fluctus.* Κυματωγὴ eſt ἠιὼν κυματώδης, litus, quod fluctibus pulſatur. Heſych. Κυματωγή, ῥαχία, αἰγιαλοῦ ὑπεραγωγή. Uſus etiam hac voce Lucianus eſt in Cataplo: Ἀπόξυροι δέ εἰσι πέτραι καὶ ὀξεῖαι παραθηγόμεναι τῷ κλύσματι,

καὶ φοβερωτάτην ποιεῖ τὴν κυματωγὴν, καὶ τὸν ἦχον μέγαν· erant rupes nudae & asperae, quas fluctus pulsabant, & valde horribilis erat illa crepido & magnus strepitus. Exstat etiam apud Herodotum in Calliopa; ut dudum Budaeus observavit, apud quem tamen male scribitur κυματώγη, & in Mſ. Luciani κυματογή. Euſtath. ad Odyſſ. ε', ἐπιωχαὶ, ἐξοχαὶ κατὰ τοὺς παλαιοὺς καὶ πλατεῖς αἰγιαλοί. μάλιστα δὲ τόποι σκέπην ἔχοντες. ἔνθα καὶ ἰωὴ τουτέστι, πνοὴ ἄγνυται μὴ δυναμένη δηλαδὴ προϊέναι. καθ' ὁμοιότητα δὲ τούτου, καὶ κυματωγὴ παρ' Ἡροδότῳ ἡ ἀκτὴ ἔνθα δηλαδὴ τὰ κύματα ἄγνυνται. GRAEV. Vid. Τιμ. ſub finem: μὴ μέντοι ἐς βάθος, ὦ γαθὲ, ἀλλ' ὅσον ἐς βουβῶνας ἐπομβὰς ὀλίγον πρὸ τῆς κυματώδους γῆς. Ubi itidem in Mſ. legitur κυματώγης pro duobus poſtremis verbis. Pronuntiat ex Euſtathio Tan. Faber, vulgatam eſſe gloſſema. Mihi, cui Euſtathius ad manum nunc non eſt, nondum liquet. Locus a Graevio laudatus non in Cataplo reperitur, ſed in Navigio: verum in eo nihil video, quod de litore intelligi κυματωγὴν cogat. Aliunde habere hanc fabulam Aelianus videtur, qui XIII, 15, Var. Hiſt. nomen iſti fatuo facit Κοκυλίων. G. M. P. & L. κυμάτωγὴν habent; ſed in M. quem ſolum ipſe inſpexi, prius fuerat κυματωδῆ. Polyaen. παρὰ τὴν ἠϊόνα παίζειν, Strat. I, p. 28: SOLAN. Κυματωγὴν) Etſi Solanus editionum lectionem κυματώδη ſervari maluerit, ego hic Graevio & quinque Mſſ. potius auſcultavi, licet alterutrum pro gloſſemate poſſit haberi, ut ἐπὶ τῇ ἠϊόνι, aut ἐπὶ τὴν κυματωγὴν ſuperfluum ſit. REITZ.

Pag. 113. *l.* 3. Μεταμαθήσῃ) *Ald. Iunt. Hag. P.* Fl. nec dubito, quin & reliquae, habebant μεταθήσῃ. Quod mutavi, quia μεταμάθησῃ hic longe aptius: ſignificat enim, *alia vel meliora diſcere*, ac *priſtina dediſcere*, quod notum. Sed & *mutare animum* recte vertitur ap. Ariſtoph. in Plut. 925: Οὐδ' ἂν μεταμάθοις; ΣΤ. Οὐδ' ἂν δοίης γέμοι τὸν Πλοῦτον αὐτόν. REITZ.

ead. l. 7. Ἐπὶ πάντας) Scil. φιλοσόφους. BROD.

ead. l. 9. Ἥρησο) Dicit, ſe haec diſputaſſe contra Stoicos, non quod ſingulari quodam odio illos prae ceteris philoſophorum ſectis proſequatur, ſed quod Hermotimus huic ſe mancipaſſet, idem dicturus, ſi aut Platonem aut Ariſtotelem ſectaretur. Sed in Graecis verbis menda latet. Sic edunt: τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα πρός σε εἶπον ἂν, εἰ τὰ Πλάτωνος, ἢ Ἀριστοτέλους ἥρησο, ἵνα ἄλλων ἀκριτῶν ἐρήμην κατηγνοῦς· ſed quid eſt ἥρησο; legendum omnino ἥρησω· ſi aut Platonem aut Ariſtotelem praetuliſſes, ſectatus eſſes. Αἵρεσθαί τινος eſt aliquem ſectari.

Hinc *αἱρέσεις* ſunt ſectae philoſophorum. Infra *κεκολασμένη δίαιτα* eſt adſtricta ſevera vivendi ratio, quam in victu & amictu tenebant philoſophi, cui opponuntur *ἄνετα πάντα καὶ ἐλεύθερα*, *libera omnia & ſoluta*, ut Cicero loquitur. Sic & Plutarch. in Lycurgo duram illam disciplinam, qua pueri Lacedaemoniorum coërcebantur, vocat *δίαιταν κεκολασμένην*. GRAEV. Tenui ſpiritu omnes antea ſcribebant. SOLAN. Monente Solano ſpiritum aſperum aſſumſi; etſi Brod. quoque ſcribit *ἥρησο*, *delegiſſes*. Sed ex *B.* 2. punctum ſubſcriptum addidi: eſt enim ab *αἱρέομαι*, *eligo*, non ab *ἔρομαι* interrogo, & pluſquamperfect. paſſivae formae in hoc verbo active valet, veluti *τέθαμαι*, *vidi*, Evang. Ioan. I, 32; *δέδεκται*, *accepit*, Act. VIII, 14. Sunt enim haec verba deponentia. Sic Herodian. I, 13, 15, *ἐδεδουλώντο* active ponit. REITZ.

ead. l. 16. *Οὔτε δίαιταν κεκολασμένην*) Id eſt, *neque caſtigatam* (h. e. *ſtrictiorem*) *vivendi rationem*. Sic Aelian. V. H. XI, 3, *κεκολασμένῃ τροφῇ διαβιῶναι*. L. BOS.

ibid. *Δίαιταν*) Vid. ſupra Nigrin. c. 7, ex diviſione Solani; ſed quia alia ibi facta capitum diviſio, erit caput proximum vel alterum ab illo, quod iam inquirere non vacat. REITZ.

Pag. 114. *l.* 5. *Ἑλλέβορον πιεῖν* &c.) Alii multi bonique hoc de Carneade. Ediſſertavi hoc *ἀμφίλογον* ad A. Perſii S. V. MARCIL. Conf. infra (Ver. Hiſt. 2, c. 18.) GUYET. Ipſe Lucianus infra, verae Hiſtoriae lib. 2, *ἠκούομεν δὲ καὶ περὶ Χρυσίππου* &c. Diximus pluribus ad Laërtium. MENAG.

ibid. *Ἐς τὸ ἔμπαλιν*) *Ut eorum omnium oblivi ſcerer*. BROD.

ibid. *Ἔμπαλιν ἢ ὁ Χρ.*) Chryſippum enim helleboro cerebrum purgaſſe, ut ad meditandum aptior eſſet, memoria proditum eſt. Vid Menagii not. ad Diog. Laërt. & Noſtrum in B. *πρ.* c. 23, & *Ἱστ. β*, c. 18. SOLAN.

ibid. *Ἢ ὁ Χρύσιππος*) Qui adverſus Carneadem diſputaturus helleboro caput purgaſſe fertur. Parum abfuit, quin praeterirem, verba haec, *ὕδωρ ἐν ὑπέρῳ πλύττειν* in adagio, *Aquam in mortario tundere*, & illa, *ὁ γνώμων φησὶ*, in proverbio *Gnomon & regula*, explicari. BROD. Vid. infra *Ἱστ. β*, cap. 18, & ſupra B. *πρ.* c. 23. SOLAN.

ead. l. 7. *Παραφερόμ.*) Ex L. haec ſcriptura; in quo tamen mendoſe *παραφυρ*— legebatur. In reliquis *περιφερ*— minus apte. Vid. *Τιμ.* cap. 25. SOLAN. Etſi primo intuitu admodum blanditur vulgatum *περιφερόμ.* quia *agitatum*, *circumerrantem* ſignif. tamen id non vult Noſter, ſed *abreptum*, *delatum* eo, quo tempeſtas fluctuſque volunt, i. e. *vulgarem opinionem ſequebar*,

non utens libero ratiocinio, quod ipſe mox per *συρρέοντα τῷ ὕδατι* clarius exponit. Ideoque non dubitavi trium Codd. lectionem recipere. REITZ.

ead. l. 10. Θεὸς ἐκ μυχανῆς.) Miror Brodaeum, qui hic more ſolito non dixerit, vid. Eraſm. in proverb. REITZ.

ead. l. 12. Ξυρήσ.) Vid. ſupr. de Merc. cond. c. 1. SOLAN.

ead. l. 13. Ἐλεύθεροι) Conf. infr. Εὐχ. c. 2. SOLAN.

IN HERODOTUM SIVE AETIONEM.

Pag. 116. *l.* 1. ΗΡΟΔΟΤΟΣ) Eſt λαλιὰ, ſive *προσλαλιὰ*, cuiuſmodi etiam ſupra *Inſomnium*, & infra *περὶ τοῦ οἴκου*. Et *Ἱπποκράτους ἢ βαλανεῖον*. Et *περὶ τῶν διαλόγων*. MARCIL.

ead. l. 3. Μεῖζον γὰρ εὐχῆς) Conf. ſupr. Μισοδ. c. 12. SOLAN.

ead. l. 5. Ἁρμονίαν) i. e. compoſitionem, numeros, quod in Herodoto agnoſcit & praedicat Dionyſius Halic. *περὶ συνθέσ.* f. 3, p. 22, Uptoni, ſeq. ubi etiam illud alterum de Ionica ſuavitate illuſtratur, *ἵνα μή τις ὑπολάβῃ τὴν διάλεκτον εἶναι τῆς ἡδονῆς αἰτίαν τῇ λέξει κ. τ. λ.* denique itaque concludit, *ἐξ ὧν ἄν τις τεκμήραιτο, ὅτι οὐκ ἐν τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων ἡ πειθὼ τῆς ἑρμηνείας ἦν, ἀλλ' ἐν τῇ συζυγίᾳ*. Add. Quintil. IX, 4, 19: *In Herodoto, cum omnia leniter fluunt, tum ipſa διάλεκτος habet eam iucunditatem, ut latentes etiam numeros complexa videatur.* Paulo ante ſ. 16, *Neque mihi*, inquit, *quamlibet magnus auctor Cicero perſuaſerit, Lyſiam*, Herodotum, *Thucydidem parum ſtudioſos* compoſitionis *fuiſſe* &c. GESN.

ead. l. 8. Πέρα τῆς — ἐλπίδος) Confer ſupra Μισοδ. cap. 7 fin. SOLAN.

ead. l. 9. Συγγράμμασι) Συγγράμματα Herodoti eſſe *libros* ipſius *hiſtoricos*, ſatis ex iis conſtat, quae de vi huius verbi ad Thucydidis principia diſputantur ab H. Stephano. GESN.

ibid. Γνώριμος) Vox haec, ſine qua manca prorſus ſententia, in omnibus tamen vulgatis deerat. Nos ex L. & ed. *l.* reſtituimus. SOLAN.

ead. l. 10. Ἐν βραχεῖ κατ.) Hic aliquid deſideratur. An γνώριμος; Sic infra: γνώριμοι ἐν βραχεῖ ἐγένοντο, p. 118. GUYET. Vide, ut rem acu tetigerit Guyetus. Id ipſum enim, quod omiſſum coniecit, in L. & *l.* inventum reſtituimus. REITZ.

ead. l. 11. Πλεύσας γὰρ οἴκοθεν ἐκ τῆς Καρίας) Cum Plinio non concordat Lucianus, nec Suidas cum Luciano. Nam Plinius L. 12, c. 4, de ebore haec ait: *tanta erat eboris auctoritas, urbis noſtrae CCCX anno. Tunc enim auctor ille* (Herodotus) *hi-*

ſtoriam eam condidit in Thuriis in Italia. Non igitur e Caria ſolvens adiit Graecos & conventum Olympiacum, ut hiſtoriam ſuam in ea celebritate recitaret, (ut hoc loco ſcribit Lucianus) ſi eam tum demum ſcripſit, cum patria relicta factus eſt Thurius civis. At Suidas cum Plinio & Luciano pugnat. Sic enim ſcribit in voce Ἡρόδοτος· *μετέστη δὲ ἐν Σάμῳ διὰ Λύγδαμιν τὸν ἀπὸ Ἀρτημισίας τρίτον τύραννον Ἁλικαρνάσσου. ἐν οὖν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἠσκήθη διάλεκτον, καὶ ἔγραψεν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις θ'*, id eſt, *ſeceſſit vero Samum propter Lygdamin tertium ab Artemiſia tyrannum Halicarnaſſi factum. Samī igitur & dialectum Ionicam exercuit, & hiſtoriam ſcripſit in libris novem.* Quis eam litem dirimet? Plinius antiquior, Lucianus omnis Graecanicae antiquitatis, ſi quis alius, callens. Suidas ſua omnia ex antiquis auctoribus, qui ſuo tempore exſtabant, habet. Coniecturae etiam utrinque militant. Ex laudibus, quibus abunde perfundit Artemiſiam, videtur ea ſcripſiſſe, dum ſub tyrannide Lygdamidis eius feminae nepotis vivebat. At contra dialectus Ionica, qua exacte utitur, ſuadet, eum non amplius Halicarnaſſum habitaſſe, quando hiſtoriam ſcripſit: nam Dorica dialectus ibi erat in uſu. Itaque quando *ἀπορίᾳ* me torquet, (ut verbis Ciceronis utar) nullo praeiudicio te onerabo, lector, & integrum hoc *σκέμμα* tibi relinquam examinandum. PALM. Confirmat hic locus, quod Scaliger ὁ *πάνυ* in notis ad Euſ. Chron. p. 104 aſſeruit, ſcilicet ante ſcriptam ab Herodoto hiſtoriam, quam Thurios traiiceret. Vid. etiam Fabricii Biblioth. Gr. 661. Nihil tamen repugnat, quin novis curis, dum Thuriis degebat, primam illam editionem, ut ita dicam, Hiſtoriae ſuae, locupletarit & ornarit: quae etiam nobiliſſimi ſcriptoris nuperi Humphredi Prideaux ſententia eſt; quem vide P. I, L. VI; Gallicae autem a me factae verſionis T. II, p. 206. SOLAN.

in Schol. col. 1. ΗΡΟΔΟΤΟΣ &c.) Unum hoc Scholion quinque vitiis laborabat, quae ope Coll. ſe correxiſſe monet Solanus. Nam pro *ὑπέδειξεν* in ed. Cler. legebatur *ἐξηρήνεν*, pro *ἐπιδείξεως*, *ἐπιδεῖξαι ὡς*. Pro *κίττων*, *ἀττικίζων* editum quidem erat, cum in ipſo Cod. V. tamen legeretur *κιττῶν*. Pro *περιειργάζετο* denique, *περιεργάσατο*. Merito igitur hunc ſecutus ſum. REITZ.

Pag. 117. *l.* 1. Συγγραμμάτια) Diminutivum iſtud quis ferat de Herodoti hiſtoria uſurpatum? Eam autem, quam habemus, non alia ſcripta, intelligi, ſequentia demonſtrant. Lege ergo, meo periculo, invitis libris omnibus, *συγγράμματα*. SOLAN.

ead. l. 6. Κατ' ὀλίγον ἀγείρων) V. ſupr. Catapl. c. 17. REITZ.

ibid. Ἀγείρων καὶ συλλέγων) Haec verba, οὔκουν ἠξίου διασπᾷν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν οὕτω κατ' ὀλίγον ἀγείρων καὶ συλλέγων τὴν γνῶσιν, videntur, ratione locutionis emendatae poſtulante, ſic eſſe reſcribenda, οὔκουν ἠξίου διασπᾷν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν οὕτω κατ' ὀλίγον ἀγείρειν καὶ συλλέγειν τὴν γνῶσιν *noluit igitur ita rem diſcerpere, neque partitione tali minutatim colligere & comparare ſibi famam.* Nam quamvis participia ſaepe ponantur pro infinitivis, ut Grammatici loquuntur, hic tamen locum non habent: pendent enim ab ἠξίου καὶ οὐδέ. Nec dubito, quin pag. 118 ſit ſcribendum, οἱ δὲ ἐκ τῶν ἀπὸ τῆς πανηγύρεως ἡκόντων πυθενόμενοι. In editionibus ἀπὸ non habetur, cum tamen ſententia loci vocem eam requirat. GRAEV.

ead. l. 12. Ὀπισθόδομον) De gradibus templi habitas has orationes docet Philoſtr. ep. XIII, p. 919, ἀπὸ τῆς τοῦ νεὼ βαλβίδος· & vit. Apollon. lib. II, c. 2, p. 141; c. 31, p. 170, ἀπὸ τῆς κριπίδος τοῦ νεώ. AG. X, 95. Vid. Philoſtr. Gorgia pag. 493, ubi τὸν μὲν λόγον τὸν Πυθικὸν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ ἦρχεσεν. Et mox: ὁ δὲ Ὀλυμπικὸς λόγος &c. De ὀπισθοδόμῳ vid. notas ad Περ. c. 32. SOLAN.

ead. l. 15. Μούσας) Non ergo Herodotus ipſe ea ſuis libris nomina fecit; quamvis non deſint, qui id incaute nimis credunt. Vid. etiam Συγγρ. c. 42. SOLAN.

Pag. 118. *l.* 1. Ὀλυμπιονίκας) Caſaub. ad Theocr. Scal. ad Catull. ex Suid. innominato. De Hippia, ipſe poſtea, Cic. Apul. De Prodico, Xenophon, & nos ad Somnium Luciani: de Anaximene & Polo, id. p. 208, Ariſtot. Diog. Laërt. De Aëtione, Theocrit. Epitaph. Aeſcul. De nuptiis Alexandri & Roxanes, Arrian. Curt. BOURD.

ead. l. 3. Οἱ δὲ τῶν ἐκ) In omnibus libris erat ἐκ τῶν. Mutavi ego, & feci, οἱ δὲ τῶν ἐκ τῆς &c. ſaepe enim ſic uſurpatur & apud Noſtrum & apud alios ſcriptores. SOLAN.

ead. l. 8. Τῶν ἱστορεόντων) Intellige ἕνεκα τῶν ἱστ. ellipſi nimis frequenti, quam ut exemplis firmetur. Ut Hom. Il. A, 65, Εἴ τ' ἄρ' ὄγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, εἰ ἑκατόμβης· *Sive is nos* ob *vota non reddita incuſat, ſive ob hecatomben.* REITZ.

ead. l. 12. Ἱππίας) *Hippias Eleus*, ut ex Platone etiam conſtat, quem vide in eo Dialogo, cui *Hippias maior* titulus eſt, ſtatim ab initio pag. 95. Olympiam ibi dicitur acceſſiſſe inſtructus cum aliis multis, tum λόγοις πολλοῖς καὶ παντοδαποῖς. Adde & Cic. de Orat. III, (IV) 32. Philoſtratus in eius

vita p. 496, ἔθελγε τὴν Ἑλλάδα ἐν Ὀλυμπίᾳ λόγοις ποικίλοις καὶ περφορτισμένοις εὖ. SOLAN.

ead. l. 14. Ἀναξιμ.) Anaximenes hic etiam ſtatuae honorem conſecutus eſt Olympiae, non minus quam Gorgias. De utroque Pauſan. Eliac. 2, p. 376. GESN.

ead. l. 15. Καὶ ἄλλοι) Sic Gorgias apud Philoſtratum p. 493. Et Lyſias ap. Plut. in X Rhet. De orationibus habitis aut Olympiae aut in aliis celebritatibus, vide notas ad Philoſtr. p. 169, & Creſſol. Theatr. Rhet. III, 6. SOLAN.

ibid. Λόγους ἔλεγον) Exempla eiuſmodi locutionum bene multa vid. ap. Ienſ. ad Iov. Trag. c. 22. REITZ.

Pag. 119. *l.* 2. Ὅπου) Etſi vulgo locum ſignificat, tamen & pro *cum*, *quando*, *quandoquidem* uſurpatur, veluti Latini ſolent, obſervante eod. Ienſ. p. 276. Sic ſupra in Hermot. cap. 39, ὅπου γε, καὶ εἰ πάντες τὰ ὅμοια εἶχον &c. In Abdicato c. 23, Ἀτελὴς ἡ τέχνη, ὅπου γε τοῖς ἰατροῖς καὶ δημοσίᾳ αἱ πόλεις τιμὰς, καὶ προεδρίας, καὶ ἀτελείας, καὶ προνομείας δίδωσι. Addo Hippocr. S. 2, aph. 10, Τὰ σώματα χρὴ, ὅπου ἄν τις βούληται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν, *corpora quando quis purgare vult, fluida faciat oportet.* Ibid. rurſ. aph. 2. Et S. 1, aph. 7. Poteſt & verti *ubi*, quod hic eodem redit, modo de tempore quoque accipias. REITZ.

ead. l. 3. Συγγράψαντα) De pictore uſurpari vix credo. Lego itaque γράψαντα, ut Ζεύξ. c. 3 pr. SOLAN.

ead. l. 8. Ἤρετο) Commodius legeretur ἤροιτο. SOLAN. Ἤρετό τις ἂν, vult B. de Ball.

ead. l. 10. Ἐν Ἰταλίᾳ) An aliquis eius meminerit, neſcio. SOLAN.

ead. l. 13. Χρῆμα παρθένου) Et haec locutio, ſive pleonaſmus non infrequens. Ariſtoph. Plut. 895, πολὺ χρῆμα τεμάχων. Et Nub. 2, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν. Alia ſimilia Spanhem. ibid. Plura frater cariſſ. G. O. Reitz. in Belg. Graeciſſ. pag. 537—6. REITZ.

ead. l. 15. Τῆς κεφαλῆς τὴν καλύπτραν) Dixi ad Petron. De taedis Hymenaei notum, & multa Scal. ad Catull. BOURD.

ead. l. 16. Καλύπτραν) Ad vitram nuptialem reſpicit & ἀνακαλυπτήρια, de quibus Langbaen. ad Longin. 4, 10, pag. 34 Toll. Itaque καλύπτραν *flammeum* reddidi. GESN.

Pag. 120. *l.* 9. Ἐν τοῖς ὄρχοις) Poterat abeſſe ἐν. Sed hic pleonaſmus ſatis frequens nonnullis fraudi fuit, ut fruſtra praepoſitionem deletam voluerint in Dial. Mort. XXIII Plutonis & Proteſilai, verſus fin. καθιζόμενον ἐπὶ τῇ βάβδῳ. At non

meminerant verbor. in Evang. Luc. XXII, 49, Εἰ πατάξομεν ἐν μαχαίρᾳ; vel forſan hebraiſmi ſuſpecta habuere. Sed omnis aetatis ſcriptores ſic locuti. Homer. Odyſſ. K, 385, Πρὶν λύσασθ' ἑτάρους, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι. Hippocr. S. 2, Aph. 36, Οἱ — ἐν τῇσι φαρμακείῃσι — καθαιρόμενοι. Ariſtoph. Plut. 487, Ἐν τοῖσι λόγοις ἀντιλέγοντες. Idem ibid. 765, ἀναδῆσαι βούλομαι — σ' ἐν κριβανωτῶν ὁρμαθῷ, volo te circumdare, coronare (in) catena panum. Noſter infra Zeux. c. 6, ἐν χρῷ τῇ μητρὶ προσιστάμενοι, colore matrem referentes, & Philoſt. § 33, ἀνοίξας τὸ στόμα ἐν ἕπτεσιν ἑπτά. Evang. Matth. XIII, 35, ἀνοίξω τὸ στόμα ἐν παραβολαῖς. Lucian. iterum de Gymnaſ. c. 19 m. περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις. Maittaire de Dialect. p. 300 f. ex Tzetz. ἐν ἄορι καὶ ξίφει τέμνων. Ita & ἐπὶ modo additur, modo omittitur: Ariſtophan. Plut. 628, (ζῆν) ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις, prorſus ut Ev. Luc. IV, ἄνθρωπος οὐ ζήσεται ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ. Sed ecce plura alia ſimilia iam dedit Hemſterh. ad Dial. Mort. loco ſupra indicato, pag. huius edit. 522 ſeq. Vol. II. Item Solanus ibid. REITZ.

ead. l. 12. Καὶ αὐτὸν) Abeſſe ſine diſpendio videri poſſunt, ſed eleganter ſic paſſim uſurpant. Ad Alexandrum nempe reſpicit. SOLAN. Ad Alexandrum reſpici, quis dubitet? & αὐτὸν ſic uſurpari pleonaſtikῶς, quis neſcit? vide modo paulo ante, ὁ βασιλεὺς δὲ, αὐτὸς μὲν &c. REITZ.

ead. l. 13. Ὀχάνων) Ὄχανον ὁ τῆς ἀσπίδος πόρπαξ. Heſych. & interp. Ariſtoph. ad Equit. BOURD.

in Schol. col. 1. *l.* 1. Πάροχος) Ad verbum φέροντες male relatum hoc Scholion in ſedem ſuam retraxi. REITZ.

ibid. col. 2. *l.* 2. Λώρων) Hic pro *loris, habenis*, de qua & aliis vocabuli λῶρος ſignificatt. meretur videri du Cange in Gloſſar. Graeco-Barbaro. REITZ.

Pag. 121. *l.* 4. Τῶν ὅπλων) Quin illud indicat pictura, eam eſſe vim amoris, ut ex armatis etiam ludos ſibi faciat &c. GESN.

ead. l. 7. Πάρεργον) Qui ſuavitatem huius loci ſentire velit, illum quae ſint πάρεργα pictorum cogitare oportet, deſcripta ſatis a Iunio 3, 7, 12; ac illud προσλαβών, quod notat, praeter ordinariam operis mercedem accipere aliquid inſtar corollarii. Rex conciliator & deductor ſponſae ſeu veteri verbo *domiducus* eſt pictus Alexander. GESN.

ead. l. 11. Ἱκανὴν τῶν Ὀλυμπίων τὴν πανήγυριν ἡγεῖτο καὶ συγγραφέα θαυμαστὸν δεῖξαι τοῖς Ἕλλησι) Verti videas ab Benedicto, *Olympiorum celebritatem idoneam ducebat ad fidem*

Graecis faciendam admiratione dignum esse scriptorem: ab aliis, *satis superque sufficere Olympiorum ludos ad faciendam fidem Graecis, eum scriptorem esse admiratione non indignum.* At quid de illa fide in Graecis? utrum ea residet in *ἱκανὸς*, an in *δεῖξαι*; Immo *celebritatem Olympiacam sufficere*, & valere *etiam ad scriptorem admirabilem ostendendum Graecis*, quoniam videlicet hactenus alia ludicra illic solita erant *δείκνυσθαι*, non historiarum scriptio. GRON.

ead. l. 12. *Δεῖξαι τοῖς Ἕλλησι τὰς Ἑλληνικὰς δι ἐξιόντα*) *Τὰς Ἑλληνικὰς νίκας δι ἐξιόντα.* MARCIL.

ibid. Τὰς Ἑλλην.) *Τὸ πράξεις* hic desiderari videtur. GUYET.

ead. l. 13. *Νίκας*) Ex Marcilii coniectura, quam firmat locus Luc. *Συγγρ.* c. 54. SOLAN. Potius cum Marcil. & Solano *νίκας* addendum credo, ut Nostrum alibi locutum recte notat. Non tamen ideo statim in contextum, ut ille iubet, infero, donec ex Cod. probetur; ideoque uncinulis secluſi. REITZ.

in Schol. Περιγίνεται) Corrupta haec. Ego novum Scholium esse puto: *Λοχῶντι*) *Καταγκόπῳ*· ubi pro *λοχῶντι*, *γένοιντο*, mox eam vocem sequens, scripserit. SOLAN.

Pag. 122. *l.* 9. *Ὅτι περ ὄφελος*) Recte ibi Obsop. nam *ὅτι περ ὄφελος* dictum *ἀντὶ οἱ μεγάλοι, οἱ μέγιστοι, καὶ ἀξιολογώτατοι.* BOURD. Illustrat hanc formulam Kuster. ad Aristoph. *Ἔκκλησ.* 53. GESN.

ead. l. 11. *Ἡ ἀρίστη*) Comma post *ἀρίστη*, quod in edd. erat, sustuli, quia sensus id postulat, ut quilibet facile videt. REITZ.

ead. l. 13. *Σκηνὰς καὶ καλύβας καὶ πνῖγος*) Voces interpretatus sum alibi. Rem tangit Suet. Iul. c. 39: *Ad quae omnia spectacula tantum undique confluxit hominum, ut plerique advenae aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis positis manerent, ac saepe prae turba, elisi exanimatique sint plurimi, & in his duo Senatores.* BOURD. Itaque *ἀνὴρ Χῖος* apud Aelian. V. H. 14, 18, *ὀργιζόμενος τῷ οἰκέτῃ, ἐγώ σε, ἔφη, οὐκ εἰς μύλην ἐμβαλῶ, ἀλλ' εἰς Ὀλυμπίαν ἄξω.* GESN.

ead. l. 16. *Ἀλλὰ ῥητόρων* &c.) Graeca laborant prava distinctione. Sic enim haec verba interpungenda: non convenit huc vilis plebs, *ἀλλὰ ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων καὶ σοφιστῶν οἱ λαμπρότατοι. ὅσον οὐ μικρὸν ἥδη μὴ τοὐμὸν παραπολὺ ἐνδεέστερον φαίνηται τῶν Ὀλυμπίων.* Sic quoque legisse videtur Obsopoeus, qui hunc locum bene vertit. GRAEV. Ut Graevius interpungit, sic ed. *Par.* iam habebat. REITZ.

in Schol. Ἀξιωφελιμώτατοι) Monstrum hoc vocabuli; retinendum tamen, donec aliud scripsisse ex Cod. pateat. Exstat

etiam in C. SOLAN. Veram lectionem exhibet Mſ. Reg. 2954, ἀξιολογώτατοι ſcribens, quam in textum admittere non dubitavimus.

Pag. 123. *l.* 1. Ὅσον οὐ μικρὸν ἦδη) Haec nemo, credo, intelligat. Corrupta itaque verba pronuntio; neque tamen quomodo reſtitui poſſint, adhuc liquet. Dicere debuit, *Parum ergo abeſt, quin ad Olympicorum celebritatem accedant haec.* SOLAN. Ad verbum, *tantum non parvum iam* eſt, hoc eſt, parum abeſt, quin parvi iam illud, vel illam curam, faciam, ne inferior &c. Si quis ea, quae adhuc dixi, bene perpenderit, videbit me in theatro non multum minore, quam in ipſis Olympiis verſari. Ut hic *laboro* addidi in interpretatione ad lucem ſententiae: ita mox a Zeuxis principio, *veritus* inſerendum fuit. GESN. Ὅσον οὐ μικρὸν δέος coniiciebat B. de Ball.

ead. l. 3. Πολυδάμαντι) Perſ. Sat. 1, & ibi interp. BOURD. Vide Σύγγρ. c. 35, & ὑ. Εἰκ. c. 19. Scotuſſaeus. Cuius ſtatua febri laborantibus mederi credebatur. Ἔκκλ. c. 12. Bourdelotius hic nos ad longe alium Perſii Polydamanta amandat. Vicit hic παγκρατίῳ Ol. XCIII. Vid. Pauſ. El. II. Meminit Plato Πολ. Α, pag. ed. Ald. 7 A. & Baſilius de Leg. Gr. lib. (Grot. ed. 96 C.) Et Dion Chryſoſt. pag. m. 441 C. ubi Theſſalum vocat. SOLAN.

ibid. Γλαύκῳ) Vid. ὑ. Εἰκ. c. 19. Caryſtius, qui XXV Olympiade coronatus, *Pycta* per excellentiam denominatus dicitur. De eo Demoſth. περὶ στεφ. ſub fin. cap. 99, p. m. 199 B. ubi prave ſcribitur Καριστίου· & Aeſchin. c. 63. Pind. etiam, ſed ode illa periit. Adde etiam Dion. Chryſoſt. p. 441 C. ubi idem *Caryſtius.* SOLAN.

ibid. Παραθεωρῆτε) Παραθεωρεῖν ea fere forma percuſſum verbum, ac παριδεῖν apud Herodotum I, 37 & 38. Quemadmodum enim ibi παριδών μοι δειλίαν τινὰ vertendum eſt, *obſervans* in me *timiditatem*, ſeparata a verbo praepoſitione: ita hic etiam παραθεωρεῖν idem eſt, ac θεωρεῖν παρὰ τῷ Πολυδάμαντι κ. τ. λ. GESN. Παραθεωρεῖτε Th. M. legere, Solanus notaverat; ſed quia dubites, ſitne Theod. Marcilius an Thomas Magiſter intelligendus, moneo Th. Magiſtrum ſignificari, (quem adeundum in verbo παραβάλλω, extrema tandem pagina docet idem). Is igitur, loco dicto, haec habet: ΠΑΡΑΒΑΛΛΩ τὸ πλησιάζω, τὸ ἔρχομαι. καὶ τὸ παρεξετάζω, ὃ καὶ παραθεωρῶ παρὰ Λουκιανῷ εὕρηται, ἐν τῷ Ἡρόδοτος ἢ Ἀετίων· ἀλλ' ἢν μὲν ὑμεῖς Πολυδάμαντι, ἢ Γλαύκῳ, ἢ Μίλωνι παραθεωρεῖτε. Sed parvi refert, quomodo apud Lucianum legas: ideo

vulgatum non moveo. Occurrit idem verbum ſupra Nigrin. c. 10 ex diviſione Solani. Item Hermot. 74. Et infra de Imag. cap. 7. REITZ.

ead. l. 5. Ἐπ' αὐτοῦ μόνον ἀποδύσαντες ἴδητε) Sic edunt, quod intelligi non poteſt; & ipſos tamen recte intellexiſſe patet ex verſione *per ſe ſolum exutum videatis*: quam ut habeas, edi debuit ἀποδύσαντος. GRON. Ἐπ' ἐμαυτοῦ) Sic L. In aliis prave ἐφ' αὐτοῦ. SOLAN. Quia Solanus ἐπ' ἐμαυτοῦ vult, & Codicem optimae notae ſuffragantem habet, ſic edi magis paſſus ſum, quam iuſſi; melius enim eſt, quam vulgatum ἐφ' αὑτοῦ· nam etſi αὑτοῦ pro ἑαυτοῦ, & hoc pro ἐμαυτοῦ interdum valeat, hic tamen nimis ambiguum foret. Confer ſupra de Merced. cond. c. 19, Εἰ — τὴν ψυχήν σοι τὴν ἐμαυτοῦ ἐπιτρέπων. Ubi etiam quaedam edd. habent ἑαυτοῦ. Alioqui ἐπ' ἐμοῦ mallem, quia dubito, liceatne reciprocum ἐμαυτοῦ alii, quam primae perſonae verbi, adiungere. Ut enim proprie dicitur πέπεικα ἐμαυτόν, Herodian. I, 55, Σύνοιδα ἐμαυτῷ· & παρὰ πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον εἶδόν τε καὶ ἤκουσα, idem Herodian. I, 2, 10; ita abſurdum videtur dicere ἴδητε ἐπ' ἐμαυτοῦ, quia ſic perſona verbi contradicit perſonae pronominis. Ego ſaltem ſi dici nondum obſervavi. Nec tamen opus cum Gronov. ἀποδύσαντος legere, ſi *exutum* velis ſignificari, ſed ἀποδύσαντες ἴδητε coniungendum; & parvi intereſt, hoc tum vertas, vos *me exuentes videtis*, an *exutum*, quod vel apertiorem ſenſum habet. REITZ.

ead. l. 6. Ἀποδύσαντες) Cave obtemperes viro docto monenti ἀποδύσοντος. Quin ἀποδύσαντες retinendum, ut ἀπαγαγόντες. Exuunt, h. e. exui iubent, ut inſpicere totum poſſint, athletam ἀγωνοθέται. Ἀποδύσοντος activa voce vix dici de eo, qui veſtes ipſe ponit, poteſt. GESN.

ibid. Μαστιγώσιμος) Dixit antea & ſaepe repetit al. BOURD.

IN ZEUXIN VEL ANTIOCHUM.

Pag. 124. *l.* 1. ΖΕΥΞΙΣ) Huic diſſertationi (quoniam de hac locus alius dicendi) non immoror: paucae variantes lectiones, & quae lectorem avidum non morentur. BOURD. Προσκαλιὰ, ut ſupra. Habita vero iſta etiam in theatro: patet fine huiuſce Laliae. MARCIL.

ead. l. 5. Προσιόντες οὖν) Epanalepſi inſervit illud οὖν, veluti infra Quom. conſcr. Hiſt. c. 62, Οἰκοδομήσας γὰρ — οἰκοδομήσας οὖν. Et Pſeudom. cap. 19, τὰ ἐνδόσιμον λαβὼν — ἐκεῖθεν

οὖν τὸ ἐνδόσιμον καβών. Bene obſervante Dukero ad Thucyd. III, c. 95. Ubi & Scholiaſten vide, & ad parres vocatum Raphel. ad Evang. Marc. III, 31. REITZ.

Pag. 125. *l.* 14. Ὅμως τάχα μέντοι καὶ αὐτὸ τοῦτο προσάγεσθαι αὐτοὺς) Benedictus, *ſtatim quidem id ipſum etiam addituros putabam.* Ineptiſſime. Nam quî id in laudando addituri erant, cum ipſe Lucianus ante dixit, ſe ſuſpicatum eſſe omnes meliores laudatae orationis cauſas ab ſcriptis ſuis abeſſe? Recte tamen Graeca, quae optime percepit Obſopoeus, *hoc ipſo eos potiſſimum adductum iri;* niſi quod congrua oratio poſcat *adduci:* non enim agitur de futuro. GRON.

ead. l. 15. Καὶ αὐτὸ τοῦτο πρ.) *Et hoc nonnihil captos plaudere*, vel, *hoc etiam fortaſſe attractum iri.* Variant autem hic libri. Fl. αὐτῷ τούτῳ, cui ſcripturae favet locus Φαλ. α', c. 3. Codex autem P. cum impreſſis facit, quos tuentur verba cap. 53 Ἑρμ. Parum ergo refert, utram ſcripturam ſequamur. SOLAN.

Pag. 126. *l.* 1. Τὸ τοῦ Ὁμήρου) In Zeuxide, τὸ τοῦ Ὁμήρου, καὶ τὸν νέον ὑμᾶς νέχ ἀριθμένην ὑπάρχειν. Alludit ad Odyſſ. A, v. 351. GRAEV.

ead. l. 10. Ἄνθρακες &c.) *Carbonem*, ut aiunt, *pro theſauro invenimus.* Phaedr. V, 87. VORST.

ead. l. 15. Καινοποιεῖν) Vide idem ferme de eo Ariſtotelis iudicium de Poët. c. 26 f. SOLAN.

Pag. 127. *l.* 7. Σύλλας) Periit itaque theſaurus antiquitatum Graecarum immenſus; ſed ſtatuarum tantum, aut tabularum pictarum: nam quae longe maior iactura orbi erudito futura erat librorum, quos ſumma cum cura ab eo collectos fuiſſe in Graecia idem Lucianus docet Ἀπαιδ. c. 4, non eſt facta. Plutarchus enim libros memorat Athenis ab eo Romam incolumes deportatos. Plut. Syll. 856 A. SOLAN.

ead. l. 17. Ἡ Κένταυρος) Petiitne ex hoc Luciani libello Κενταυρίδων ſuarum imaginem Philoſtrat. Icon. 2, 3? Lectori certe non iniucundum erit utramque picturam contuliſſe. GESN.

Pag. 128. *l.* 7. Οἷον εἰσὶν ἵπποι) Vide nos infra ad Harmon. c. 3, ἀλλότριαν τάμά. Ubi plura eiuſmodi ſingularis cum plurali exempla dedimus. REITZ.

ead. l. 10. Ἐς τὸν πωλικὸν τρόπον) Benedictus, *equarum in morem.* Et cur non aeque bene Obſopoeus? *quemadmodum pulli a matribus lactari ſolent.* GRON.

Pag. 129. *l.* 1. Ἐφ' ἅπασι) Illud ἐπὶ quid hic valeat, non ignoro; expungendum tamen cenſeo, meliuſque tum habiturum hunc locum. SOLAN.

ead. l. 5. Σκιάσαι) At, ſi Perraltos audias, hoc pictoribus antiquis ne in mentem quidem venerat. Vid. Philoſtr. p. 71, & Iun. de Pict. vet. III, 3. SOLAN.

ibid. Καὶ τοῦ μεγέθους τὸν λόγον) Cum Lucianus deſcripſiſſet Centaurum feminam duobus infantibus ubera praebentem a Zeuxide mirifice deſcriptam, cuius tabulae exemplum viſebatur Athenis, cum ipſum Zeuxidis πρωτότυπον a Sulla miſſum Romam ad Malèam naufragio intercidiſſet, plurima alia fuiſſe in illa tabula divina plane & admiranda, quae artis rudes fugiant, elegantes autem ſpectatores, & eruditos oculos advertant maxime, & in admirationem rapiant, praecipue vero pictores, qui multa videant, quae nos non videmus, καὶ τοῦ μεγέθους τὸν λόγον, καὶ τὴν τῶν μέτρων πρὸς τὸ ὅλον ἰσότητα καὶ ἁρμονίαν, γραφέων παῖδες ἐπαινούντων, οἷς ἔργον εἰδέναι τὰ τοιαῦτα. Sic in Latinum tranſtulerunt hunc locum: *At magnitudinis proportionem, & menſurarum ad totum aequalitatem atque compagem pictores commendent, quorum muneris eſt talia ſcire.* Τῷ ὅλῳ inepte & inſulſe opponuntur μέτρα. Novi quidem μέτρα, ſeu menſuras in pictura, de quibus Philoſtratus iunior in prooemio Iconum, & Plinius. Sed ἰσότης καὶ ἁρμονία ſimpliciter eſt ſymmetria, neque μέτρων ἰσότης quidquam aliud eſſe poteſt, quam συμμετρία. Si ergo vulgatam tenemus lectionem, cuius rei erit illa μέτρων ἰσότης. Membra vero & partes recte opponuntur toti. Illarum aequalitas debet reſpondere toti. Legendum igitur eſt, τῶν μερῶν πρὸς τὸ ὅλον ἰσότητα, *partium cum toto congruentiam & aequalitatem.* Dionyſio Longino περὶ ὕψους dicitur συμμετρία τῶν μελῶν πρὸς ὅλον, cum ait: τὸ καλὸν τοῦ σώματός ἐστι συμμετρία τῶν μελῶν καθεστώτων αὐτῷ πρὸς ἄλληλά τε καὶ πρὸς ὅλον. *Pulchritudo corporis eſt conformitas membrorum recte conſtitutorum ad ſe invicem, & ad totum.* Aliis eſt ἀναλογία. Ciceroni I de off. *partium convenientia, & apta membrorum compoſitio.* Plinio in epiſtolis *congruentia & aequalitas membrorum*, lib. II, ep. 5: *Si avulſum ſtatuae caput, aut membrum aliquod inſpiceres, non tu quidem poſſes ex illo congruentiam aequalitatemque deprehendere, poſſes tamen iudicare, an id ipſum ſatis elegans eſſet.* Sic *aequalis* & *congruens* iungit quoque Suetonius de Tiberii corporis habitu: *Latus ab humeris & pectore, ceteris quoque membris uſque ad imos pedes aequalis & congruens*: hoc eſt, verbis Luciani ἡ πάντων τῶν μελῶν πρὸς τὸ ὅλον ἰσότης καὶ ἁρμονία. Hoc autem inter praecipuas egregii artificis curas & notas, noſſe partium συμμετρίαν & ἀναλογίαν cum toto: huius maiorem habebant rationem, quam

ſimilitudinis. Illam tribuebant arti & exercitationi, hanc ingenio & iudicio artificis. Vitruvius id ipſum requirit in architectis lib. III, 1: *Sacrarum aedium membra, ad univerſam totius magnitudinis ſummam, ex partibus ſingulis convenientiſſimum debent habere commenſum reſponſum.* Hunc Luciani locum ſic puer fere emendavi, cum cum aequali Io. Schiltero, neceſſario meo, qui nunc illuſtriſſimo Duci Saxoniae eſt a conſiliis, & inter Iuriſconſultos doctos & elegantes non ultimum locum tenet, ante triginta annos hunc ſcriptorem evolverem, & excuterem. Recte vero me vidiſſe, excerpta Mſ. quae tredecim abhinc annis nactus ſum, oſtendunt, in quibus μερῶν legitur, quamvis ſine iis ipſa ratio ſic ſcribendum eſſe iubeat. GRAEV.

ead. l. 6. Μέρων) Sic recte praeter Mſ. Gr. P. L. & ed. *l.* Reliquae omnes μέτρων. SOLAN. Ego μερῶν ſcribo. REITZ. Nondum damnare poſſum τῶν μέτρων ἰσότητα πρὸς τὸ ὅλον, i. e. verbo uno συμμετρίαν, quae ſine dubio in partibus eſt, licet expreſſa partium mentio non fiat. Etiam qui μέρων habent libri, ipſo accentu produnt, fuiſſe in archetypo μέτρων. GESN.

ibid. Γραφέων παῖδες ἐπαινούντων) Γραφέων παῖδες ſunt diſcipuli pictorum, immo pictores ipſi, ut φιλοσόφων παῖδες Noſter alibi dicere amat. Ceterum ne mirere ſtructuram horum verborum, nec quaeras, quo participium illud pertineat, neque in ἐπαινοῖεν mutandum ſuſpicere. Eſt enim genuinus Atticiſmus participii *, pro imperativo ἐπαινεσάτωσαν, quem recte illuſtrat Th. Magiſt. v. ΧΡΗΣΘΩΝ, ac nonnullis exemplis confirmat. Adde Weſſeling. Obſerv. pag. 51, ubi ex Sophocl. Aiac. Maſtig. 981 affert: Οἱ δ' οὖν γελώντων κἀπιχαιρόντων κακοῖς, i. e. *rideant illi & gaudeant malis.* Alia huius generis participia pro aliis modis, vid. ap. Maittaire de Dial. p. 79. REITZ.

ead. l. 8. Ἐπῄνεσα) Abſurde Obſopoeus, *laudo extollebam*, cum aoriſt. indicativi hic vertendus ſubiunctive. Exempla ſimil. vid. ap. Ienſ. in Lect. Lucian. p. 28—30. Sed credo, id me iam notaſſe ad Hermot. cap. 61 & 81. Confer Ael. V. H. 2, 31. REITZ.

Pag. 130. *l.* 7. Τὸ νεογνὸν δὲ τὸ ἓν τῶν νηπίων, ὅμως ἄγριον καὶ ἐν τῷ ἁπαλῷ ἤδη φοβερὸν) Interpretantur, *porro infantum alter, non ſecus ac pater agreſtis eſt, & in tenera aetate iam terribilis.* Satis fideliter, niſi quod quatuor voces, quae ſequuntur tertiam, me offendunt, maxime quia nec in Graecis habentur. Et quare unus modo ſimilis eſt patri, non etiam alter pul-

* Immo terminatio imperativi. Adde Homer. Iliad. Θ, 517 & 521, aliaque, quae deinde dedi. REITZ. *in Addend. & Corrig.*

Jus? An vero ſcribunt, hanc fuiſſe naturam Centaurorum & diverſitatem, prout ex equino aut muliebri ubere lactarentur? Quaſi vero in lactantibus etiamnum beſtiis magnam indolis & feritatis differentiam videamus. Immo quis ille ex duobus eſt ἀγριώτερος καὶ φοβερώτερος; Profecto merae abſurditates, & miſere depravatus eſt hic locus. Nam ne Graeca quidem bona ſunt. Quis enim dicit τὸ νεογνὸν τὸ ἐν τῶν νηπίων; quo geminum illum articulum? & cur non tantummodo τὸ ἐν τῶν νηπίων, vel τὸ ἐν τῶν νεογνῶν; Quin etiam cur non addit manifeſtius differentiam, ut appareat, quam hic ſit ex patre ἄγριος, alter ſit inſtar matris aut καλλίων, aut mitior? En igitur neceſſariam & egregiam reſtitutionem, τὸ νεογνὸν δὲ, τὸ ἐν τῷ νηπίῳ ὅμως ἄγριον καὶ ἐν τῷ ἁπαλῷ ἤδη φοβερόν· nec de altero infantum, ſed utroque accipe; *Foetus autem adhuc in tenerrima aetate tamen ferus & in molli iam terribilis.* Deinde verte: *Et hoc mihi viſum eſt admiratione dignum*, (ut referatur ad praecedens, quod perperam Benedictus refert ad ſequens) *& quod admodum pueriliter* &c. Sane etiam tale quid videtur attendiſſe Obſopoeus. GRON. Τῶν νεογνῶν P. & L. In reliquis prave legitur τὸ νεογνόν. SOLAN.

ead. l. 11. Ἐν χρῷ — προσιστάμενοι) Etſi praepoſitio ἐν hic vix abeſſe queat, accedit tamen ad pleonaſmum, de quo Dial. praeced. Herodot. cap. 5, ad verba παίζουσιν ἐν ὅπλοις, diximus. REITZ.

in Schol. Χορευτικὰ) Ride. SOLAN.

Pag. 131. *l.* 5. Περίβαλε — καὶ ἀράμενοι) Unum alloquitur diſcipulum, tamen ſingulari & plurali numero ſimul utitur, dicens: ἄγε Μικκίων, περίβαλε τὴν εἰκόνα, καὶ ἀράμενοι ἀπαχομίζετε. Hoccine ἀσύστατον· *involve hoc & auferte.* De Graecis ſecurus Obſopoeus utrumque ſingulari numero reddidit, *age, puer, involutam picturam aufer.* Sed an poſteriora in ſingularem erunt mutanda, vel pronomen ὑμεῖς ante ἀράμενοι excidiſſe dicendum? quia, poſtquam unum puerum involvere picturam iuſſerat, dein converſus ad ceteros dixerit: & vos eam domum auferte, quippe quae maior erat, quam ut ab uno commode portari poſſet. At poteſt ὑμεῖς ſic per ſe ſatis intelligi, ideo nihil muto; quin vel ſine tranſitu ſic poteſt accipi, ut unum nomine vocans ei ſimul mandet, quid ab eo, quid ab reliquis fieri velit, ideoque comma, quod in *Pariſ.* poſt εἰκόνα erat, ſervavi, quod *Salm.* in punctum mutavit: id vero ſi quis praetulerit, ut novum a καὶ ἀράμενοι mandatum incipiat, poteſt recipere. Eſt tamen locutio rarior, nec

permittit tempus eam exemplis adſtruere. Alia enim enallage eſt haec Ariſtophanis Plut. 527: — οὐχ ἕξεις οὔτ' ἐν κλίνῃ καταδαρθεῖν, οὐ γὰρ ἔσονται· *Non licebit tibi in lectulo dormire, non enim erunt,* (ſcil. lecti), Evang. Luc. V, 4, ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν. Et Aelian. Var. Hiſt. I, 4. Ceterum hic quoque obſervemus, non ſemper in tabulis pinxiſſe veteres, ſed etiam picturas in membrana coloribus aqua temperatis factas. Quin & in linteo pingere notum fuiſſe tempore Plinii, vid. ap. ipſum lib. XXXV, c. 7. Quod non miror, cum de libris linteis, ſe multo antiquioribus, iam fecerit mentionem Livius. Veteres autem aqua tantum, non oleo temperatis coloribus uſos, ait eruditiſſ. Alkemade, in Praefat. ad Melis Stoke Rym-Kronyk, methodumque oleo pingendi anno demum Chriſti 1410 ab Iſaaco van Eik inventam docet. At quomodo aqueae iſtae picturae aëris, aquae ſalſae, & imbrium iniurias ferre poterant? Picturis enim ornatas & coloribus variatas fuiſſe naves, ianuas, clypeos, currus & ſimilia, teſtatur Plin. eodem c. 7 & ſeq. eiuſd. libr. 35; quod & alii auctores teſtantur. Et quomodo ad plura ſecula perdurabant etiam ſub terra inventae tabulae pictae, ut colores adhuc diſtingui potuerint? veluti illa nymphaeum referens, de qua vid. Holſtenii Commentar. in Theſ. Graev. T. IV, pag. 1800. Tegebantur quippe udo tectorio (de quo vid. Vitruv.) & incruſtabantur pellucido ex gummi ac reſinis confecto glutine, vel inurebantur, vid. Plin. c. XI libri dicti pr. & fin. capitis, quod vocabant *in encauſtice pingere*, cuius duo fuerint genera, *cera, & in ebore, ceſtro*: ac tertium acceſſiſſe, *reſolutis igni ceris penicillo utendi; quae pictura in navibus nec ſole, nec ſale ventiſque corrumpitur.* Verum cum λήκυθος olearium ampullam proprie ſignificans, etiam pro vaſe pigmentario inveniatur uſurpatum, & oleum cedri incorrupta a vermibus praeſtare ligna & ebur ſciverint veteres, idque eos in uſus adhibuerint, mirum, cur in mentem iis non venerit, ipſos colores oleo temperare, & magis miror, Fr. Iunium nihil de hac inventione prodere. Ego ſaltem illum pervolvens invenire non potui. Quare manum de tabula, ne mihi exprobretur, quod Protogeni, cuius unicum in arte vitium reprehendit Apelles, *quod manum de tabula tollere* neſciret, memorabili praecepto, nocere ſaepe nimiam diligentiam. REITZ.

cad. l. 7. Τῶν δ' ἐφ' ὕτῳ) Non puto recte cohaerere vulgatam lectionem τῶν δ' ἐφ' ὅτῳ· ſed reſpondere ſibi debere τοῦ δ' ἐφ' ὕτῳ. Graevianae emendationis ſententiam ſecutus ſum;

ſed eam locum habere poſſe putabam, & ſi illud δεῖ non inſeramus, ſed intelligamus. Decet iratum & ſtomachantem abrupta oratio. GESN. Illud ἵστως τοῦ, quod Cod. L. prae ſe fert, gloſſam olet, quam quis coniectans forſan τοῦ pro τῶν legendum, (quod ſane verum foret) margini appoſuerat, quaeque deinde, quod ſaepe fieri notum eſt, in textum ab imperito eſt admiſſa. REITZ.

ibid. Ἐφ' ὅτῳ) Zeuxis iubet hanc tabulam propoſitam pueros domum ferre, quia ſpectatores non artificium laudabant, ſed novitatem & inſolens argumentum, dicens: οὗτοι γὰρ ἡμῶν τὸν πηλὸν τῆς τέχνης ἐπαινοῦσι, τῶν δ' ἐφ' ὅτῳ, εἰ καλῶς ἔχει, καὶ κατὰ τὴν τέχνην, οὐ πολὺν ποιοῦνται λόγον. Interpres Salmurienſis: *Hi namque noſtrae lutum artis laudant, ſed mentis & ſcopi, num recte & ex arte factum ſit opus, nullam habent rationem.* Mirum, τὰ ἐφ' ὅτῳ eſſe *mentem & ſcopum.* Obſopoeus plane omiſit. Ἐφ' ὅτῳ, ἐφ' ᾧ, ἐφ' οἷς, Graecis eſt, *qua de cauſa, qua in re.* Herod. Polymn. πυθόμενοι ἐφ' οἷς ἦλθον, *ſciſcitati, qua de cauſa veniſſent.* Sed in Luciano deeſt verbum, ad quod referatur ἐφ' ὅτῳ. Puto igitur excidiſſe τὸ δεῖ, idque abſorptum eſſe a ſequente vocula εἰ, quo nullum in priſcis membranis frequentius eſt erratum. Sic igitur ſcribas: τῶν δ' ἐφ' ὅτῳ δεῖ, εἰ καλῶς ἔχει, καὶ κατὰ τὴν τέχνην, οὐ πολὺν ποιοῦνται λόγον. *Illorum vero, propter quae oportet,* ſc. ἐπαινεῖν, laudare picturam, *num recte & ſecundum artem ſit facta, nullam habent rationem.* GRAEV.

ead. l. 11. Σωτῆρ) Antiochus hic omnium primus. In nummis nuſquam reperiri hunc titulum, teſtis eſt Spanh. 415. Sed idem aliunde ſatis confirmat. Ob hanc ipſam pugnam ei datum tradit Appianus in Syriacis. SOLAN.

ead. l. 16. Ἐπὶ μετώπου) Obſopoeus verterat, *a tergo*, pro, *in fronte*, ſatis imperite profecto. REITZ.

Pag. 132. *l.* 1. Εἰς βάθος δὲ ἐπὶ τεττάρων καὶ εἴκοσι τεταγμένους ὁπλίτας) Cum toties haec ſint ab viris doctis explanata, certe nequit laudari Benedictus, dum interpretatur primas voces *in medio*, unde utique patet, eum non intellexiſſe. Obſopoeus & ſimplicius & propius ad intelligentiam, *in profundum.* Livius ſolet dicere, *introrſus porrectos ordines, introrſus patere aciem*, & *latitudinem aciei.* GRON. Sic *profundum* de denſo ex Herodian. ſupra oſtendimus, ad Piſcat. c. 12 & 41. De Merced. c. 25 & 33. Sic Latini *profundum* etiam de dimenſione horizontali, ut *profundae ſilvae* apud Lucret. V, 42, & Curt. VII, 7, 4, quod iam dixi in libro *de Ambiguis.* Quae de altitu-

dine arborum interpretari abſurdum foret. Addo hic Thucyd. L. V, c. 68, Ἐπὶ δὲ βάθος ἐτάξαντο μὲν οὐ πάντες ἰσοίως. Et Xenoph. II Hiſt. Gr. p. 472, citante Dukero ad Thucyd. VII, 78. Item Diodor. Sic. p. 575, βαθεῖα φαλάγγι, adductum in Indice. Ἐπὶ τεττάρων autem firmat idem Dukerus ibidem loco Xenophontis modo deſcripto, ubi ait: καὶ ἐγένοντο βάθος οὐκ ἔλαττον, ἢ ἐπὶ πεντήκοντα ἀσπίδων. REITZ.

ead. l. 4. Ἐπιβήσεσθαι) In Angl. Cod. pro quo ex fide MSS. & Cod. Flor. repoſuimus ἐκπηδήσεσθαι. BOURD.

ead. l. 7. Αὐτῷ) P. melius, quam quod in reliquis αὐτῶν. SOLAN.

ibid. Δι' ὀλίγου) Ita, uti conjecerat Vorſtius, P. Codex. In impreſſis δι' ὀλίγων. SOLAN.

in Schol. col. 1. *l.* 1. Δισμυρίας) Atqui currus falcati erant octoginta, haud plures. In C. legitur ἤτοι δυάδας, etiam prave. SOLAN.

ibid. col. 2. *l.* 2. Πεζὸν) Imperite admodum haec enarrat Scholiaſtes Graecus: Latinus melius. SOLAN.

Pag. 133. *l.* 6. Τότε ἀνὰ τέτταρας μὲν τῶν ἐλεφάντων ἀπαντᾶν ἐφ' ἑκάτερα τοῖς ἵπποις) Cum vertit Benedictus, *tunc cum quaternis elephantis utrinque occurrere equitibus*, imitatur Obſopoeum, *tunc una cum quatuor elephantis utrinque equitibus eſſe occurrendum*, qui uterque debuerat addidiſſe, qui cum elephantis occurſuri eſſent: certe ſecurius poterant, *tunc elephantos quaternos utrinque occurrere equitibus* Galatarum. GRON.

ead. l. 13. Ἐτεράχθησαν) Idem Romanis, bello Tarentino, cum Pyrrho dimicantibus evenit. V. Flor. I, 18. VORST.

ead. l. 15. Τετριγότων) Mart. Delrio ad Senec. leg. putat τραχυτήτων. BOURD. Polyaenus κραξάντων de elephantis uſurpat. Strateg. IV, p. 385 A. Sed Philoſtratus 61 utitur hac, niſi quod ibi perperam legitur τετρυγὼς pro τετριγώς. SOLAN.

Pag. 134. *l.* 1. Πρὶν ἢ) Non ſolum quatuor illae, quas Solanus contulit, ſic habent edd. ſed & *P.* & *S.* nec dubito, quin & ceterae. An vero credidit, poſſe abeſſe illud ἢ; poteſt quidem; ſed & recte adeſt, ut ſupra Dial. Mort. XIV Alex. & Philip. ἀλλὰ πρὶν ἢ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι, φυγόντων. Aelian. V. H. I, 21, νόμος ἐστὶν — μὴ πρότερον λόγου μεταλαγχάνειν, πρὶν ἢ προσκυνῆσαι αὐτόν. Etnon ſemel alibi. Herodian. I, c. XI, 11, Ὁὸ πρότερον ἢ ναῦς ἀνέδραμε, πρὶν ἢ τὴν ἱερείαν ἀνεχθῆναι τῆς Θεοῦ. Ne plura addam. REITZ.

ead. l. 2. Περιπειρόμενοι) Sic quoque in *l.* erat, ſed α ſupra poſuit Solanus, ut qui περιπειράμενοι legi velit, addiditque

conferendum Noſtrum p. 254 ed. *Iunt.* & Tom. altero, pag. 172, id eſt, in Catapl. c. 51, ubi περιεπάρη τις μάλα καρτερὸς legitur. Alter locus eſt in Gallo c. 2, περιπεπαρμένα τοῖς ὀβελοῖς. Adde & mox hoc capite, τοῖς ὀδοῦσι περιπείροντες. Unde quidem uſus huius verbi ac vis probatur, minime tamen inde conficitur, περιπειρόμενοι in περιπειράμενοι mutandum: quin paſſivum hic praeferrem; nam ſi medium adhibere voluiſſet, quidni dixiſſet περιπειράμενοι ἀλλήλους. Plura ad ſignificationem huius verbi probandam adduxit Iac. Elſner. ad I Ep. ad Timoth. VI, 10, Καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς. Ubi & haec Luciani, & Heliodor. L. IX, pag. 438, & Plut. Gracch. p. 842 profert. REITZ.

cad. l. 4. Τὰ ἅρματα δὲ ἀναστρέψαντα) Uterque interpres hoc loco ſomniat ſubverſos currus, tanto ineptius, quod tamen eoſdem mox ferri denuo in ſuos dicant; quae quemadmodum fieri poſſunt? Praeterea didici, cum de ſubverſione loquitur Lucianus, non ἀναστρέφειν illic locum habere, ſed ἀνατρέπειν. Sic in hiſtoria conſcrib. ἀνατρέψαι μόνον τὰ τῶν ἄλλων, & in Demonacte ἀνατραπέντος τοῦ σκάφους, ubi vertitur *ſubmerſa nave*, forſan praeter auctoris & mentem & manum, quae tantum vult aut voluit, *ſubverſa*. Et noſtrum ipſum in Ariſtophanis Pace, ἅρματα δ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀνατετραμμένα. At nunc intelliguntur *retroacti* vel *reverſi*, ut in Scytha, οὐκ ἂν οὐδὲ ἀνέστρεψεν οἶμαι ἐς Σκύθας Anacharſis, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε. Indignum profecto tam exigua, nota & obvia ignorari. Quin etiam diſtinctio ponenda eſt poſt verbum ἀναστρέψαντα, ſed hoc modo, τὰ ἅρματα δὲ, ἀναστρέψαντα καὶ ταῦτα εἰς τοὺς οἰκείους, οὐκ ἀναιμωτὶ διεφέρετο. Mox male in Salmurienſi editum τῆς τὸ εὐθὺ ὁδοῦ, quod in hac ed. repeti video, cum recte Baſileenſes τῆς ἐς τὸ εὐθὺ ὁδοῦ. GRON.

cad. l. 8. Δίφροι δ' ἀνεκυμβιλίαζον) Ex Homeri Iliad. Π, v. 389. Mox κεῖν' ὄχεα κροτάλιζον, ex eiuſdem poëtae Iliad. Λ, 160, petita ſunt. GRAEV. Homer. Il. Π, 379. SOLAN.

cad. l. 11. Ἀποβαλόντες) Etſi parvi eſt, monendum tamen, me ideo ἀποβαλόντες, ex *Fl.* & *B.* 2. praetuliſſe, quia ex ipſa prava ſcriptura reliquarum ſuſpicor, eas aoriſtum dare voluiſſe; omnes enim ἀποβαλλόντες legunt, accentu in penultima collocato, etſi duplex λλ habent. Et mirum eſt, ut ſaepe vitium unius tam apertum, & facile corrigendum, propagetur per reliquas. Sola *P.* ἀποβάλλοντες. Cui ſi plures vett. conſenſiſſent, non mutaſſem quidem; ſed aor. hic tamen magis placet, etſi mox τέμνοντες ſequitur, & ſequentia etiam

participia omnia in praeſenti tempore efferuntur, quia ἀποβαλόντας cum τέμνοντες non ita arcte cohaeret: nam quod κεῖν' in *Iunt.* a maiore litera inchoatur, quia verba Homeri ſunt, nihili eſt, cum novus ſenſus ibi non incipiat; ideo etiam comma ante κεῖν' tollere non dubitavi, quo ſenſum planiorem redderem. Tum etiam accentum in κεῖν' mutavi, cum edd. nonnullae Luciani haberent κεῖν'. Eſt enim hic κεῖν' pro κεινὰ, i. e. κενὰ ὄχεα, *vacui currus*; ſed κεῖν' ſ. κεῖνα ab ἐκεῖνος foret. Sic ſaltem κεῖν' accentu acuto in tribus quoque bonae notae Homeri editt. quas contuli, exaratum eſt; alioqui potius ſine accentu ſcriberem, quia is in ultimam incidit: ſed quia uſus obtinuit, ut declinabilia accentum retrahant ante apoſtrophum, bene κεῖν' ſcribitur. Verumtamen adhuc aliquid ad ſenſum deeſſe videtur, nempe καὶ vel τε· mallem itaque legere, τούς τε ἐπιβάτας ἀποβαλόντες κεῖν' ὄχεα κροτάλιζον, *ſeſſoribuſque excuſſis vacuos currus cum ſtrepitu rapiebant.* Κροτάλιζον enim hic pro ἐκροτάλιζον, augmento poëtice abiecto, ſervandum; licet alibi, ubi ad poëtae alicuius verba non reſpicitur, id omiſſum recte reſtituerint eruditi. Vid. mox Harm. c. 1, ubi νικήσας in ἐνίκησας mutatum. At in praet. pluſq. perf. ſaepe in proſa etiam abiicitur, ut dicam deinde. REITZ.

ibid. Κεῖν' ὄχεα) Homer. Il. Λ, 160. SOLAN.

ead. l. 13. Κατεβάλλοντο) MS. Regius κατελαμβάνοντο. BOURD.

ead. l. 16. Περιπείροντες) Vid. paulo ſupra ad caput praecedens. SOLAN.

Pag. 135. *l.* 5. Ἐπαιώνιζον) P. & Schol. ἐπαιάνιζον. Utroque modo vulgo apud ſcriptores reperitur. SOLAN.

ead. l. 12. Ἐλέφαντα) Vide eius nummum, quem exhibet Spanh. 406. SOLAN.

IN HARMONIDEM.

Pag. 137. *l.* 1. ΑΡΜΟΝΙΔΗΣ) Non eſt προσλαλιὰ, ſed Σύστασις, ſive commendatio. MARCIL.

ead. l. 2. Ἁρμονίδης) Philippo Maced. regnante vixit. Marm. Oxon. 173, ep. 77. V. Plut. 957 i. SOLAN.

ibid. Τιμόθεον) Hic nobiliſſimus ſub Alexandro magno floruit, de cuius Muſica, qua Alexandrum ad bellum accendere ſolebat, meminit Dio in lib. de Regno. COGN. *Timotheus* lyricus clarus eſt apud veteres, qui, quod plures lyrae chordas addidiſſet, Lacedaemone exſulare iuſſus eſt, Plut. 209.

Hiſtoriam ex Boëthio & decretum ipſum emendatius exhibet Caſaub. ad Athen. pag. 613. Sed *Mileſius* ille, uti ex decreto conſtat; noſter autem *Boeotus*, ut mox patebit. Quod rite obſervatum lucem loco mox ſequenti a viris doctis ſollicitato foenerabit. De noſtro vid. Ἀπαιδ. cap. 5. De Mileſio Leop. 160. Hic eſt, qui Phrygium canens Alexandrum in convivio ad arma ſubito excitatum mox remiſſo cantu a furore ad quietem revocavit. Hiſtoriam narrat Baſilius de leg. Gr. lib. (Grot. ed. 99.) SOLAN.

ead. l. 11. Τῆς Φρυγίου) Modorum, ſeu nomorum, ratio circumſcribitur. Phrygio tribuit τὸ ἔνθεον, Bacchanalem licentiam, Dorico ſeveritatem, Ionico iucunditatem, Apul. lib. 1 Florid. Plut. & Boëth. in Muſica. COGN. Sunt Harmonidae quatuor ſolum muſicae modi principales, Phrygius, Lydius, Dorius & Ionicus: cum tamen, qui de muſica ſcripſerunt, quinque conſtituant, addentes his quatuor *Aeolium*, ut Plato 3 de Rep. Athen. lib. 14, Caſſiodor. Epiſt. 40, lib. 2, & libr. de Muſic. Niſi ſub Dorio Aeolium involvat: haec enim duo ſaepe confunduntur, ut in Pindaro, qui cum Dorice ſcriberet, vocavit muſam ſuam Αἰολίδα μολπήν. Aſſignat autem τῷ Φρυγίῳ τὸ ἔνθεον· ubi male interpres Obſop. *attonitum*: voluit enim Harmonides *religioſum*, ut patet locis citat. & apud Apuleium libr. 1 Florid. Sed de tonorum iſtorum qualitate omnes iſti fere inter ſe diſſentiunt: tribuit Ionio τὸ γλαφυρόν. Interpres *ſuavitatem*; vertendum erat *varium*, ut apud Apuleium loc. cit. Sic ſaepe apud Homer. γλαφυρὸν, pro eo, quod multos receſſus multaſque latebras habet. BOURD. Qui pleniorem de modis muſicis ideam deſiderat, adeat Claud. Ptolemaei Harmonicorum libros, quorum bellam nobis editionem reliquit Io. Wallis Oxon. e theatro Scheldoniano an. 1682. Ibique in Appendice veterum Harmonicam ad hodiernam comparatam. REITZ.

Pag. 138. *l.* 8. Νικήσας — ὑμνήσω σοι) Harmonides, cuius nomine hunc libellum inſignivit Lucianus, perit a Timotheo magiſtro ſuo, qui ſe tibias inflare docuerat, ut ſe quoque, quemadmodum gloriam ſibi comparet, doceat, quo & ipſe digito monſtretur praetereuntium: ὥσπερ, inquit, ὅτε καὶ σὺ, ὦ Τιμόθεε, τοπρῶτον ἐλθὼν οἴκοθεν ἐκ Βοιωτίας, ὑπηύλησας τῇ Παυδιονίδι, καὶ νικήσας ἐν τῷ Αἴαντι τῷ ἁμμανεῖ, τοῦ δμώνυμόν σοι ποιήσαντος τὸ μέλος, οὐδεὶς ἦν, ὃς ἠγνόει τοὔνομα, Τιμόθεον ἐκ Θηβῶν. Si haec attente inſpiciantur, patet, niſi fallor, ſcribendum ἐνίκησας. *Sicut cum etiam tu, Timothee, primum ex pa-*

tria Boeotia egreſſus, tibiis cecinisti Pandionide, & ſuperior fuisti in Aiace furente &c. Ceterum in verbis ſequentibus, quod Marcilius pro ὁμώνυμόν σοι legit ὁμωνύμου σου, certiſſima quidem videtur emendatio; (id namque voluit auctor, *ſuperior fuisti eo, qui tibi cognominis cecinerat*) ſed quod σοι in σου mutat, eius vero cauſam perſpicio nullam. Utroque modo Graeci, ὁμώνυμός τινι & τινος. IENS. Poſtea in marg. Lectt. Lucian. Ienſius haec addidit: Ut Graece dicitur ὁμώνυμός σου, & σοὶ, ita & Latini extulere *cognominis tui & tibi*. Serv. ad VI Aeneid. v. 383: facit autem hic & haec cognominis; nam in Plauto lectum eſt, cum una de Bacchidibus diceret, *illa mei cognominis fuit*. Hinc apud Plin. III, c. 2, legendum coniectabam, *appoſita eſt cognomini ſui fluvio*: ubi Harduinus mallet, *cognomini ſibi*, vel, *nominis ſui*. Vulgo circumfertur, *cognominis ſui*. Niſi Plinius *cognominis ſui* dixerit, hoc eſt, nominis ſui, quo pacto Tacit. XII Ann. 55, *cognomentum*, hoc eſt, nomen. Et Iuſtin. IV, c. 2, & VII, 1, & XV, 2, cognominare ἀντὶ τοῦ nominare. ORTWIN. Ἐνίκησας Ienſius emendat, quem vel invitis Codicibus, & ipſo M. hic recte monentem ſequimur. SOLAN.

ibid. Τοῦ ὁμώνυμόν σου) Leg. τοῦ ὁμωνύμου σου. MARCIL. Hoc erat, quod ſupra monebam, duos fuiſſe *Timotheos* Muſicos. Thebanus ergo hic iunior Mileſii melos canebat. Aliter tamen hic, quam edidi, in edd. legitur, nempe ὁμώνυμόν σοι: ſed emendatione hac nihil certius, quam partim etiam a Marcilio viſam eſſe, nota eius indicat. SOLAN. Veriſſimam puto Marcilii coniecturam correctam a Ienſio τοῦ ὁμωνύμου σοι, eamque interpretatione expreſſi. Diſtinguit homonymos duos Timotheos, tibicinem hunc Thebanum, & Mileſium alterum, poëtam, & eundem quoque Muſicum. Addendus hic locus theſauris Fabricianis Bibl. Gr. 2, 19, p. 694. Ceterum *Pandionidem* fabulam intelligo * de Pandionis filiabus, in qua Philomela & Progne mirabilem tibicini occaſionem praebent. *Aiax furioſus* nobile argumentum Tragicorum &c. GESN. In re tam manifeſta uni Pell. obſecundaſſe ſatis habui; nam etſi vulgatum ὁμώνυμον ad μέρος relatum, aliquem ſenſum faciat; non tamen eum exhibet, quem auctor voluit. REITZ.

ead. l. 11. Ἐπὶ τὴν γλαῦκα) Noctua noctu videt, canit & volat ſola, odioſa ceteris avibus, in quas aſtuta utitur dimicatione: nam avicularum multitudine circumdata reſupina

* Cl. Weſſeling. me admonet: vid. an potius Attica tribus ſit, & conf. Demoſth. in Midiana. Sed quia hic agitur de cantu theatrali, & illico additur Aiax furens, cum Geſnero facerem. REITZ.

pedibus pugnat, collectaque in arcum, roſtro & unguibus tota tegitur: ei auxiliatur accipiter, foedere quodam naturae, ut inquit Plin. Laërtius ſcribit, Timonem Philiaſium hoc nomine maxime reprehendiſſe Arceſilaum, quod is populares plauſus non aliter conſectaretur, atque noctua frequenti avium conventu claudi conſuevit. *Haec ait, & turbam dextra laevaque frequentem Ingreditur, volucres ululas mirantur ineptae, Illa ſtupet ſolidum; ſed tu vaniſſime, plebis Captator, quid ob haec tam non praeclara ſuperbis?* Sic Apologum Ang. Politian. in ſua Lamia exponit. COGN. *Aves circa noctuam.* Cetera enim ſunt interpretis, non Luciani. De hoc prov. Ariſtot. Laërt. Dio Chryſoſtomus, alii. BOURD. Vid. Aelian. de Anim. I, 29. SOLAN. Conf. Dion. Chryſoſt. laudatum a cl. B. de Ball. Orat. XII, p. 370 ed. Reisk.

ibid. Τὰ ὄρνεα) Saltus, quem typotheta in *Iunt.* fecit, videtur natus a ſimilitudine terminationis in *κα*. Hinc reliqua a γλαῦκα uſque ad *πετόγηκα* omiſit. REITZ.

ead. l. 12. Ταῦτ' ἐστι δ' ἅπερ ἠυξάμην) Lege δι' ἅπερ ἠυξ. MARCIL. At illud δι' ego iam in edd. antiqq. reperi. REITZ.

ead. l. 15. Μαρσύας) Vid. infra adverſ. indoct. c. 5. REITZ.

ibid. Ὀλυμπος) Hunc iterum nominat Ἀπαιδ. c. 5. SOLAN.

ead. l. 16. Οὐδὲν γὰρ) Τῆς λανθανούσης μουσικῆς οὐδεὶς λόγος. Vid. interpr. Perſii ad Sat. 1. BOURD.

ead. l. 17. Φασὶ) Meminit huius proverbii Gellius XIII, 30. VORST. Adde & Eurip. Med. 542. Item Suetonium. SOLAN.

ibid. Ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς) Huius adagii ſenſus eſt, quaſvis egregias dotes ingenii, ſi non proferas, perinde eſſe, quaſi non habeas. Suet. in Ner. Gell. cap. ult. L. 13. Ovid. (immo III Art. am. 399.) *Tu licet & Thamyram ſuperes atque Orphea cantu, Non erit ignotae gratia magna lyrae.* COGN.

Pag. 140. *l.* 1. Καὶ) W. ſolus habet illud *καὶ* ante ἐπ' ἀμφότερα. SOLAN.

ibid. Ἐπ' ἀμφότερα πιστοὶ) Benedictus, *ſpectatae utrinque fidei.* Quid intellexerit, ipſe viderit: certe nequaquam ad Graeca. Obſopoeus, *quorum fides in utraque fortuna ſpectata ſit.* Abſurdiſſime: nec enim huc adverſa vel ſecunda quidquam faciunt. Immo *ad utrumque*, vel *in utroque*, nempe & reprehendendo & approbando. GRON.

ead. l. 3. Ἐπαινέσονται) Ubi legimus, εἰ τούτοις φημὶ ἐπιδείξαιο τὰ αὐλήματα, καὶ οὗτοι ἐπαινέσονταί σε, ἅπασιν Ἕλλησι νόμιζε ἤδη γεγενῆσθαι γνώριμος, non dubito, quin haec quoque oratio vitio unius literae decorem ſuum amiſerit, le-

gendumque ſit ἐπαινέσαντα. Timotheus nempe Hæmonidæ tibicini viam monſtraturus, qua per compendium poſſet fieri clarus inter omnes Græcos, iubet eum ſeligere ex omnibus Græcis optimos, eoſque paucos & principes, quibus artem ſuam probet. *His*, ait, *ſi artem tibiis canendi oſtenderis, itque te laudarint, iam te omnibus Graecis cognitum eſſe factum exiſtima.* IENS. Wopkens in Lect. Tull. p. 306 refutat Ienſium; at non ſatis ſimilibus exemplis, ſaltem non ubi καὶ adſit. Quare adhuc Ienſio aſſentior, quia καὶ hic non coniungit, ſed diſiungit. REITZ.

ead. l. 7. Τί σοι δεῖ τῶν πολλῶν) Ut mima illa: ſatis eſt, equitem mihi plaudere. BOURD.

ead. l. 13. Ἴσασι) Aliquid excidiſſe mihi videbatur, antequam ex L. hanc ſcripturam, pro εἰσὶ, quod in aliis eſt, vidiſſem. SOLAN.

Pag. 141. *l.* 11. Οὕτω — ἔμελλες) Οὕτω δὲ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτι περ τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων φασὶ, καὶ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. In hoc loco vertendo aliud egerunt interpretes. Salmurienſis: *Tu igitur nobis revera talis videri debebas, quoniam virtutis omnis caput es, ut aiunt, gnomon & recta regula.* Alii peius. Laborat locus prava diſtinctione, quae ſic eſt emendanda: οὕτω δὲ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτι περ τὸ κεφάλαιον, ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων, φασὶ, καὶ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. *Tu igitur revera talis nobis eſſe exiſtimaris*, nimirum princeps civitatis, *quodque ſane praecipuum eſt, omnis virtutis norma, ut aiunt, & talium regula.* Κεφάλαιον inepte copulari cum ἀρετῆς, & omiſſa copula, & inepta ſententia oſtendit. Μέλλω eleganter hic eſt δοκιμάζομαι, exiſtimor, ita me comparo, ut pro tali habear & exiſtimer; ut apud Homerum, quem Lucianus ubique ſequitur: Καὶ γὰρ ἐγὼ ποτ' ἔμελλον ἐν ἀνθρώποισι ὄλβιος εἶναι. *Ego quoque olim iudicabar inter homines beatus eſſe.* Ubi Scholiaſtes: ἔμελλον, ἐφκειν, ἐνομιζόμην. GRAEV. Lucianus ad amicum quendam ſuum, virum principem, Ἐσκοπούμην, inquit, ὅστις ἄριστος εἴη τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὅτῳ πιστεύουσιν οἱ ἄλλοι, καὶ ὃς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν. Οὕτω δὲ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτιπερ τὸ κεφάλαιον, τῆς ἀρετῆς ἁπάσης γνώμων φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. Apparet reſcribendum οὗτος pro οὕτω. Lucianus ſcilicet ipſe quoque notus fieri cupiens omnibus, Timothei conſilium ſecutus, *Cogitabam*, inquit, *quis civium eſſet optimus, & cuius conſilium ſequerentur reliqui, quique mihi futurus eſſet inſtar omnium.*

Is vero tu iure merito mihi videri debebas; quodque ſane praecipuum eſt, omnis virtutis norma, ut aiunt, ac recta talium regula. In ultimis ſecutus ſum interpretationem Graevii, quam vir ille cl. vulgata multo meliorem dat p. 978. Sequitur, *εἰ δέ σοι δείξαιμι τὰ ἐμὰ, καὶ σὺ ἐπῃνέσεις αὐτὰ, εἰη γὰρ οὕτω φανήσεσθαι, καὶ δι' ἐπὶ πέρας ἥκειν με τῆς ἐλπίδος ἐν μιᾷ ψήφῳ τὰς ἁπάσας λαβόντα.* Sic connectenda haec arbitror, ſublato poſt *φανήσεσθαι* puncto, quod in vulgato conſpicitur. Verto: *Si autem tibi oſtendiſſem mea, tuque ea laudaſſes, foret ut ita viderer iam ſpei meae terminum tetigiſſe, in unius ſuffragio ſuffragia omnium complexus.* Iens. Οὕτος L. uti emendari iuſſerat Ienſius. Solan.

ad ibid. Ἔμελλες) Verbi μέλλειν vis apud Noſtrum interdum haec eſt, ut veriſimilitudinem quandam eo fere modo indicet, ut Latinorum *debet, oportet*, & ſimilia. Luculentum praeſertim exemplum eſt in Scytha pag. m. 593, *οὐ χαλεπῶς ἔμελλε τυχὸν τούτων στερήσεσθαι.* Et p. 597 extr. *καὶ ἔμελλον οὕτω διατεθήσεσθαι* Iens. Huc quadrant, quae Ienſ. in Lexx. Lucian. p. 251 contra Th. Magiſtr. affert, dicens: Ἤμελλον, ait Th. Mag. Ἀττικοὶ, οὐκ Ἔμελλον. Atqui paſſim Lucianus, ſcriptor Ἀττικώτατος, Ἔμελλον, ἐμέλλες, ἔμελλε. In Harmonide (h. l.) *τὸ ἐμέλλες ἡμῖν φαίνεσθαι* &c. In Scytha, Πολλὴ ὁδὸς ἔμελλεν ἡμῖν ἔσεσθαι. Ibid. ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι Ἀνάχαρσιν. In Hermotimo, Ὁ δὴ καὶ δηλοῦν ἔμελλεν ἡμῖν τὸν ἔρεθρον. Iterum in Scytha, *καὶ ἔμελλον οὕτω διατεθήσεσθαι τὴν γνώμην.* Et in ipſo Thucydidis loco, quem poſt in voce ΠΕΡΑΙΟΥΜΑΙ adducit ipſe Thomas, *ὡς ἔμελλον τὸν Ἑλλήσποντον περαιώσειν.* Haec Ienſius. Cum Th. Magiſtro tamen etiam facit Moeris Atticiſta, Ἔτ verum quidem eſt, Atticos plurimum dicere ἤμελλον. Sed & ἔμελλον Thucyd. iterum VII, cap. 20. Igitur prudentius Phavorin. ἠβούλημαι ait, eſſe *ὡς Ἀττικώτερον*, & ſic Suid. Vid. Maittaire de Dialect. pag. 58; nec amat Noſter *ὑπεραττικίζειν*. Vid. eius Lexiphan. & Rhet. Praec. Reitz.

ead. l. 15. Φανήσεσθαι) Punctum poſt hoc verb. quod erat in *Salm.* Ienſ. deletum voluit: ſed in *Par.* haec parentheſi includebantur; quare ea ſic reliquimus. Reitz.

in Schol. l. 2. Γεωμετρικὸν) Vid. Schol. in Lexiphanem, & 2 Lib. Euclid. Solan.

Pag. 142. l. 2. Ὥστε λόγῳ μὲν ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναῤῥίψομεν τὸν κύβον, τὸ δ' ἀληθὲς) *Itaque iuxta proverbium in uno viro aleam iacientes, ac revera perinde fuerit.* At λόγῳ non ſignificat *iuxta proverbium*, ſed verbo, & opponitur ei τὸ ἀληθὲς, *re ipſa.* Verte igitur locum: *Itaque verbo quidem ſuper uno viro aleam iacie-*

mus; ſed re ipſa &c. Sic in Reviviſc. c. 6, Λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας· τὸ δὲ ἀληθὲς ὑμᾶς. Ubi rurſus male interpres: *meque oratione ob hoc florilegium commendant, immo vero vos ipſos.* Debuit: *verbo quidem me collaudant ob florilegium; re vera vos.* In Timone c. 8 dixit pro eo Lucian. Οὐτωσὶ μὲν εἰπεῖν, & ὡς δὲ ἀληθεῖ λόγῳ. L. Bos. Hunc Luciani locum laudat etiam Duker. ad Thucyd. VIII, c. 92, & ex aliis Thucydid. locis quoque docet, τὸ ἀληθὲς & τὴν ἀλήθειαν ſaepe opponi ſimulationi, προφάσει — & λόγῳ, ut VI, 33, & II, 41. Addo Iſocrat. Nicocl. p. 76, Τοῦ βασιλέως τῷ μὲν λόγῳ διηλλαγμένου, τῇ δ' ἀληθείᾳ τραχέως ἔχοντος. Plura vid. ap. Iac. Elſner. ad Ep. ad Coloſſ. c. 2, 23. REITZ.

ead. l. 3. Ἀναῤῥίπτομεν τὸν κύβον) Vid. Paroemiogr. Sic pag. 604. (i. e. pro Imagg. c. 16.) BOURD.

ead. l. 11. Τὴν λευκὴν) De his calculis res nota. BOURD.

ead. l. 14. Αὐτὸ θαῤῥεῖν) Non facile puto ex his verbis (κἀκεῖνο δὲ νὴ Δία προσέτι καὶ αὐτῷ θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότριον τἀμὰ εἶναί σοι) concinnum erui poſſe ſenſum. Sed videor mihi veriſſimam aſſecutus ſcripturam, ubi legerim, κἀκεῖνο δὲ νὴ Δία προσέτι καὶ αὐτὸ θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότρια τἀμὰ εἶναί σοι. Dixerat Lucianus, virum illum principem, cui uni ſe probare geſtiebat, quemque unum ſibi inſtar omnium fore dixerat, ſemper album & ſervantem ſecum ferre calculum, atque adeo ſe magno, qui ſe ceteroquin in negotio tanti momenti ſuſcepto gravaret, timore levari. *Sed profecto*, pergit, *illud quoque ipſum me amplius confirmat, quod res meae non ſunt a te prorſus alienae.* IENS. Αὐτὸ) Vorſtii & Ienſii emendationem firmat L. Codicis auctoritas, in quo pro vulgatarum αὐτῷ legitur, ut hic, αὐτό. SOLAN.

ead. l. 15. Ἀλλότριον) Vorſtius & Ienſius ἀλλότρια mallent. Ego nihil muto. SOLAN. Recte fecit Solanus, qui nihil hic mutaverit: nam, etſi mirum nonnullis videbitur, ſingularem ita adiungi plurali, tamen eſt Graeciſmus verus, qui exponi poteſt per ellipſin χρῆμα, vel τὶ, ut ſignificet, *meas res tibi eſſe alienum quid.* Quod eodem modo Belgice efferimus. Exempla ex Graecis auctoribus poſſem dare haud pauca, ſed ſufficiant ſequentia. Noſter ſupra, Zeux. c. 4, οἷόν εἰσιν ἵπποι. Aelian. V. H. III, 1, p. m. 167, Λέγεται δὲ τὰ ὕδατα ταῦτα καὶ τοῖς λουσαμένοις ἀγαθὸν εἶναι. Hippocr. Sect. I, Aph. 15, Σημεῖον αἱ ἡλικίαι, καὶ οἱ ἀθληταί. Thucyd. I, 6, Σημεῖον δ' ἐστὶ ταῦτα τῆς Ἑλλάδος. Nam quia neutrum plurale amat verbum ſingulare, ideo iam indifferens erit, num propter ἐστὶ addas

ſubſtantiv. ſingulare σημεῖον, an propter ταῦτα addas plurale σημεῖα. Ita quoque adiectiva gerundiva ſingulari num. ſolent addi pluralibus, eadem analogia: ut Epict. § 37 ed. Reland. p. 68, Ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ ποιητέον. Hippocr. S. I, Aph. 15, Τὰ προσάρματα δοτέον, *danda ſunt alimenta*, i. e. alimenta ſunt aliquid, quod dandum eſt. (Etſi eadem gerundiva alibi quoque plurali num. efferri notum eſt.) Sic, inquam, ille canon de neutris plur. cum verbo ſing. cuius tam varias rationes reddunt Grammatici, ſimpliciſſime omnium exponitur per ellipſ. χρῆμα vel τὶ, ut τὰ ζῶα τρέχει proprie ſit, *animalia, ſive pecus eſt aliquid currens.* Omnia enim verba originem vel ſaltem terminationem ſuam debere priſco ἔω *ſum*, recte coniicit S. Clarke ad Homer. Alius autem ſingularis & plur. concurſus viciſſim per intellectum ἐστὶ conciliatur. Sed ταῦτα fere perpetuo in plurali effertur, etſi refertur ad ſingularem, vel collective ad totam orationem praemiſſam, ut apud Noſtrum de Salt. c. 1, Ἀνὴρ δέ τις — καὶ ταῦτα, παιδείᾳ σύντροφος, & Ariſtoph. Plut. 17. Sed melius convenit hoc Ariſtoph. Plut. 887, Ταῦτα οὐχ ὕβρις πολλή ἐστι; alibi τάδε ὕβρις· vid. Ind. Kuſteri. REITZ.

in Schol. col. 1. l. 4. Τὴν λευκὴν) Hoc Scholium in edit. Cler. relatum erat ad verbum paulo praecedens, πολυληφότατος. Id vero mutavit Solanus; ſed parvi eſt, & iam ſupra non ſemel de eadem re dictum. REITZ.

Pag. 143. *l.* 5. Τῆς Ἀθηνᾶς) Alludit ad hiſtoriam Oreſtis, quem ſuffragiis in Areopago damnandum ſuo calculo ſervavit Minerva. Vid. Eurip. Iphig. in Taur. 1469. Conſule etiam, ſi lubet, Schol. Ariſtoph. 244 D. & Noſtrum in Ἀναβ. c. 21, ubi eandem fabulam tangit. Utitur etiam Philoſtr. p. 568 ed. Lipſ. proverbio *Minervae calculus.* SOLAN.

ead. l. 6. Ἐπανόρθωμα) Hoc puto velle Sophiſtam: cum ſoleas, ut praeſes, & *rector* provinciae, quaecunque depravata ſunt *corrigere* & reſtituere; tui muneris partem eſſe putato, peccata etiam mea emendare. GESN.

ead. l. 10. Ἐπῶν σκιαὶ) Sic legunt interpretes & Paroemiographi. In Anglic. Cod. rectius ἐπαίνων σκιαὶ, ut σκιὰς ὄναρ ap. Pindarum. BOURD. Λόγος ἔργου σκιὰ, proverbium a Democrito profectum, apud Diogen. Laërt. Democr. 246 D. & Plut. π. παιδ. ἀγωγ. 16, 2, λόγος γὰρ ἔργου σκιὰ κατὰ Δημόκριτον. P. tamen & L. cum A. ἐπαίνων. Philemon Caſaubono laudatur ad Theophr. 282, ἄλλο μηδὲν πλὴν σκιά. De amicis in adverſis. Vid. Eur. p. 295 B. SOLAN. Ἐπαίνων σκιαὶ ſunt

etiam apud Michaëlem Apoſtolium Prov. Cent. 19, 99, ubi hic ipſe Luciani locus videtur reſpici. Sed recte, ut puto equidem, ἑαυτῶν ex Luciano reſtitui iubet D. W. Trillerus obſervatt. Critt. p. 52, operis elegantiſſimi, & auctorem ſuum ex aſſe referentis. GESN.

ead. l. 11. Οὗτος ἀκριβὴς.— ἢ πάντων) Non intellexerunt interpretes haec verba, οὗτος ἀκριβὴς ὅρος τῶν ἐμῶν. οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, οὐδ' ὃς ἂν τις ἐνδοιάσειεν, ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δεήσει νομίζεσθαι, σοίγε δόξαν ἢ πάντων. Salmurienſis ſic tranſtulit: *Hic lucubrationum mearum exactus terminus. Non amplius eſt dubium, nec quiſquam ambiget, quin id omnium optimum iuxta diſciplinas exiſtimari oporteat, quod tibi viſum fuerit.* ἢ πάντων omiſit in verſione. Cetera ſatis inſcite. Verte: *Hic certus meorum ſcriptorum ſcopus eſt. Nihil dubii reliquum, adeo ut nec in poſterum quiſquam dubitaturus ſit, ſitne hoc omni eruditione refertiſſimum, quod tuum ferat ſuffragium, an omnium.* Nimirum tuum ſuffragium mihi eſt, & aliis etiam erit, inſtar omnium. GRAEV.

ibid. Ὅρος) Ὅρος ſive *finis*, hic eſt *definitio*. Iudicio viri, cui blanditur, vult conſtitui ac definiri, quid de ſe ſentire debeant reliqui. Σοίγε δόξαν abſolute poſitum, ut ſexcenties. GESN.

ead. l. 12. Ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δεήσει νομίζεσθαι σοίγε δόξαν ἢ πάντων) Obſopoeus apud Baſileenſes & Bourdelotium, *ſed aut optimum iuxta diſciplinas aeſtimandum eſt, quod tibi apportet* (ſic Bourdelotius: at in Baſileenſi *oportet*) *gloriam, aut omnium.* Benedictus, *quin id omnium optimum iuxta diſciplinas exiſtimari oporteat, quod tibi viſum fuerit.* Unde apparet, illas voces σοίγε δόξαν verius fuiſſe intellectas ab Benedicto, cum certe Lucianus de iudicio agat, non de gloria; & editioni Baſileenſi adſcripſit pater, *tuo iudicio.* Sed cum is ipſe Benedictus non perciperet, quo poſtrema iſta ἢ πάντων referenda eſſent, omiſſis duabus adverſativis ἢ ineptiſſima licentia vocem πάντων ſuperioribus immiſcuit, cum tamen ſimpliciter verti deberet, ac clariſſima ſit apoſiopeſis, verentis aliquid arrogantius vel invidioſius proferre, quod poſt vocem πάντων tamen promittebat ſermonis curſus. Verte igitur: *quin id vel optimum ad doctrinam exiſtimari oporteat, quod tibi viſum fuerit, vel omnium.* GRON.

ead. l. 13. Ἢ πάντων — εὐφημεῖν δὲ) Elegans ἀποσιώπησις, quae fugit omnes interpretes, praeter Gronovium. Nimirum ubi dixiſſet, ſibi non ſufficere, quod vulgus ipſum admiratum fuerit, quodque ſermones ſui laudentur ab auditoribus: ea omnia eſſe vana: at nunc, ſi verus ille rerum exiſtimator iu-

dicarit, id, quod verum ſit, demonſtratum iri; idque ut fiat, ſe unice petere: οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, perſequitur, οὐδ' ὡς ἂν τις ἀνδοιάσειεν, ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δείσει νομίζεσθαι, σοί γε δόξαν, ἢ πάντων. εὐφημεῖν δὲ χρὴ πρὸς οὕτω μέγαν ἀγῶνα χωροῦντα. *Nihil amplius, quod ſit ambiguum, nec de quo quiſquam dubitare poſſit, ſed vel optimum eruditione oportebit cenſeri, ſi tibi quidem ita viſum fuerit, vel omnium. Aſt bene ominari oportet eum, qui ad tantum certamen progreditur.* Manifeſtum eſt, voluiſſe Lucianum, *oportebit iudicari vel optimum eruditione, ſi tibi, unice arbiter, ita viſum fuerit, vel omnium peſſimum. Neque nunc amplius locus dubio incertove relinquendus eſt, dum alii ſcilicet aliter iudicent, & ſic de univerſa exiſtimatione omnium nihil certi queat decerni. Sed tuum iudicium ſecuturis omnibus, qualis habendus ſim, conſtabit.* At ne verbo male ſibi ominaretur Lucianus, in voce πάντων repreſſit loquendi curſum; cum debuiſſet ſequi χείριστον, vel ſimile. Iens. Ἢ πάντων ... εὐφ. δὲ χ.) Sic cum punctis edi curavimus, quibus ἀποσιώπησις deſignaretur; quo facto liquida iam omnia. Senſus autem adeo perſpicuus eſt, ut mirer, qua ratione factum ſit, ut viros doctiſſimos fugerit, praeſertim cum poſterior interpres recte apoſiopeſin obſervarit. Nota autem veterum ſuperſtitio in rebus agendis inchoandis, cuius exempla paſſim apud auctores occurrunt; de qua Caſaubon. ad Theophr. Char. p. 322. Hanc nunc ſilentio huic praetexit. Solan.

Pag. 144. *l.* 2. Πᾶν γὰρ ἥδη στάδιον ἧττον φοβερὸν τῷ Ὀλύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότι) Hoc loco τὰ μεγάλα non παρέλκει, ſed eo, quod in pluribus locis Graeciae certamina ſacra celebrabantur ſub Olympiorum nomine, ideo dixit Olympia magna, ad differentiam eorum, quae minus celebria erant. Intelligit igitur Olympia magna, quae Piſae ad Alpheum celebrabantur, quae & antiquiſſima a Pelope & Hercule erant, & celeberrima non ſolum in tota Hellade, ſed etiam Italia, Sicilia, Aſia, Aegypto, Syria, Cyrenaica, concurrentibus ad ſpectaculum, & athletas & quadrigas eo mittentibus. Minora vero Olympia erant, quae celebrabantur Dio Macedoniae ab Archelao rege inſtituta, quod nos docet Demoſthenis Scholiaſtes ad orationem περὶ παραπρεσβείας, his verbis: Τὰ Ὀλύμπια δὲ πρῶτος Ἀρχέλαος ἐν Δίῳ τῆς Μακεδονίας κατέδειξεν, ἤγετο δὲ ἐπ' ἐννέα, ὡς φησὶν, ἡμέρας ἐσαρίθμους ταῖς Μούσαις. Eodem nomine erant etiam Athenis, ut docet Pindari Schol. ad Olymp. 7 ad haec verba, κραναοῖς ἐν Ἀθάναις. Sic enim commentatur: εἰσὶ δὲ ἐν ἔτει Πανάθηναια ἢ τὰ

Ἡράκλεια, ἢ τὰ Ὀλύμπια &c. Vetus inſcriptio Romana, de qua Ioſ. Scaliger lib. de emend. temp. quinto, p. 476. Olympia etiam poſt Panathenaea recenſet Heſychius, Ὀλύμπια ἢ Ἀθήνησιν ἀγών. Item alia Olympia, quae Smyrnae, & alia, quae Pergami, & alia Alexandriae, quorum mentionem fieri in Pandectis aſſerit idem Scaliger. Reſpectu igitur horum omnium certaminum, quae ſub nomine Olympiorum diverſis locis celebrabantur, dicta ſunt Olympia magna ea, quae Piſae committebantur. PALM. Cf. ſupra Herodot. c. 1. SOLAN.

IN SCYTHAM SEU HOSPITEM.

Pag. 145. *l.* 1. ΣΚΤΘΗΣ) Προσαλαιά. Habita vero in Macedonia, & quidem, ut coniecturam feceris, Theſſalonicae. Pateſcet legenti p. 540 & ſeq. MARCIL. Quam Marcilius paginam indicat, ea eſt Pariſinae editionis, i. e. Aſtrolog. a cap. 4 ad 10. Sed vereor, ut numerus recte ſit expreſſus. REITZ.

ead. l. 2. Πρῶτος Ἀνάχαρσις) Vid. huius vitam & Epitaphium apud Laërtium. COGN. Πρῶτος) Sic recte, & patet hac narratione. Mendoſe in aliis πρῶτον. BOURD. Πρῶτος emendatum in *B.* 2 *P. S.* & *A.* In antiquioribus prave legebatur πρῶτον. SOLAN.

ibid. Ἀνάχαρσις) Meminit huius Galenus in προτρ. ad Artes. VORST. Quae de Anacharſide hic habet, narrantur etiam apud Plut. p. 26 F. & Diog. Laërt. Sed aliter. Item ap. Herod. IV, 46, p. 155. SOLAN.

ead. l. 5. Οὐ τοῦ βασ. γένους) Hoc a Luciano obſervatum, quia, quem nominavit, Anacharſis e regia ſtirpe erat oriundus. Vid. Herod. p. 155 f. SOLAN.

ead. l. 6. Ὤν) Turparunt editores novitii ſinceram veterum editionum lectionem, dum dederunt, οὐ τοῦ βασιλικοῦ γένους ὄν, nempe ὄν pro ὤν. IENS.

ibid. Πιλοφορικῶν) Quis hoc memoraverit, me latet. SOLAN.

ibid. Σκυθῶν τῶν πολλῶν) Sic infr. Τοξ. c. 45 med. Πέντε — καὶ Σκυθῶν τῶν πολλῶν. SOLAN.

ead. l. 8. Ὀκτάποδες) Scythico proverbio dicebantur, quibus ruſticanae tantum opes erant, quique duos poſſiderent boves, & currum unum: inter opes enim ruſticanas praecipue recenſet Heſiod. bovem aratorem. COGN.

ead. l. 11. Μετ' οὐ πολὺ) Immo poſt CXXX minimum annos: tot enim inter Solonem & peſtem, de qua mox, interceſſerunt. SOLAN.

ibid. Καὶ ἐντέμνουσιν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ) Ξένος ἰατρός. GUYET. (Ita in nott. eius Mſſ. invenio. An igitur voluit ξένος nomen viri facere? Sed quia honoris titulus, & quaſi Numinis eſt, ideo maiori litera diſtinxit: quod quia Solanus quoque voluit, facile admiſimus. REITZ.) Male interpres: *Et ipſi, quamquam peregrino Medico, Athenienſes hoſtias immolant.* Ἐντέμνουσιν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ, hoc eſt, *ipſi hoſtias immolant, ſub nomine peregrini Medici.* MENAG. Monuerat in marg. ed. Graev. clar. Hemſterh. adeundum Duker. ad Thucyd. V, p. 325, n. 84, ubi is haec Luciani verba affert. Verba autem Thucyd. c. 12 his conſona, haec ſunt: ὡς ἥρωϊ δὲ ἐντέμνουσι. Spanh. Diſſert. IX de praeſt. & uſ. Num. pag. 565 laudatur ibid. REITZ. Loquitur, ut de Braſida Thucyd. V, 11, Οἱ Ἀμφιπολῖται περιέρξαντες αὐτοῦ τὸ μνημεῖον, ὡς ἥρωΐ τε ἐντέμνουσι, καὶ τιμὰς δεδάκασιν, ἀγῶνας καὶ ἐτησίους θυσίας. *Heroas* Graecorum cum *Divis ſ. conſecratis* Romanorum conferendos eſſe, etiam Spanhemius docuit de uſu & praeſt. num. diſſ. 9, p. 329. Ἐντέμνουσι verbum interpretatur Scholiaſtes ἐναγίζουσιν, ἐναγίσματα προσφέρουσι, θύουσιν. Ἐναγίζειν etiam de ſacrificiis, quae Heroibus, non immortalibus Diis, offeruntur, Herodotus II, 44. GESN.

cad. l. 12. Ξένῳ ἰατρῷ) AG. IV, 883. SOLAN.

Pag. 146. *l.* 2. Σκύθαις — ἀπαθανατίζειν) Conf. infra Ἐκκλ. c. 9: Τοιγαροῦν οἱ Σκύθαι καὶ οἱ Γέται — αὐτοὶ ἀπαθανατίζουσι, καὶ θεοὺς χειροτονοῦσιν. SOLAN.

ibid. Καὶ πέμπειν περὶ τὸν Ζάμολξιν) Morem hunc mittendi ad Zamolxin ſcribit Herod. in 4. Strab. in 7. Suid. in dictione Ζάμολξις. COGN. Καὶ πέμπειν ὡς τοὺς περὶ τὸν Ζάμολξιν. MARCIL. Πέμπειν περὶ τὸν Ζάμολξιν. Dico alibi. BOURD. Παρὰ M. L. & edd. Fl. *S.* & *A.* rectè; & ſic Herodotus ipſe, qui hunc morem deſcribit in IV, p. 159, 2. In reliquis edd. peſſime legitur περί. De Zamolxide vid. Menag. ad Diog. Laërt. p. 205. SOLAN. Puto ego totum hoc ſumtum ab Herodot. IV, 94, atque ita legendum, ἀθανατίζειν, καὶ πέμπειν παρὰ τὸν Ζάμολξιν. Nominaverat Γέτας τοὺς ἀθανατίζοντας. Tum paucis interiectis, ἀθανατίζουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον· οὔτε ἀποθνήσκειν ἑαυτοὺς νομίζουσι, ἰέναι τε τὸν ἀπολλύμενον παρὰ τὸν Ζάμολξιν δαίμονα. Deinde narrat, quam ridicula crudelitate ſingulis quinquenniis interiectis ſorte aliquem delectum mittant ad Zamolxin, πέμπουσι vel ἀποπέμπουσι παρὰ τὸν Ζάμολξιν, ἐντελλόμενοι τῶν ἂν ἑκάστοτε δέωνται. Hoc itaque in verſione ſecutus ſum. Deinde verba ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος omnino praecedenti-

bus iungo. Quid enim? diſcerneне debebant homines, Areopagum & Athenas eſſe in Graecia? an illud, barbarum hominem & Scytham pro Heroë, pro auxiliari Graeciae numine, in Graecia agnitum? GESN. Abit a Geſneri ſententia Weſſel. ad Diod. Sic. I, p. 105, n. 32, & ἀπαθανατίζειν probat. REITZ.

ead. l. 3. Ἀλλὰ — ἔδοξεν) Ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις ἐξεῖναι θεοποιεῖν τοὺς Σκύθας ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος. κατὰ τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν ἔδοξεν. Sic diſtinguit Bourdelotiana, & interpretatio Obſopoei eſt, *ſed Athenienſibus quoque licitum eſt in Graecia Scythas Deos facere. Quo tempore ſaeva peſtilentia populus Athenienſis infeſtabatur.* Benedictus ita mutavit diſtinctionem, τοὺς Σκύθας. ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος κατὰ, vertens tamen, *Scythas in Graecia Deos facere. Quo tempore ſaeva peſtilentia graſſabatur Athenis.* Unde apparet, quantum ſibi permiſerit uterque interpres, cum & de populo Athenienſi nihil dicant Graeca, & tantundem de Benedicti Athenis. Certe quidem intra urbe luem graſſatam nemo ita caecus eſt, qui non ſatis ex ſerie orationis videat. Sed an propterea non etiam potuit graſſari extra urbem illam per Graeciam? & cum graſſaretur ita per univerſum non minus Graeciam, quam Athenas, an non potuit ſingulare monſtrari remedium urbi Athenarum, aeque ut aliis privatis urbibus? Nemo contrarium dixerit. Et prorſus tale factum memoratur ab Harpocratione in Ἄβαρις. Iam verba illa ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος pertinent omnino ad ſequentia, quibus recte ſic conveniunt, cum praecedentibus adhaereant prorſus quod ad ſyntaxin κακοζήλως, (& quis dicet θεοποιεῖν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος;) quod ad rem ipſam, nugaciter; cum Athenienſes nequeant θεοποιεῖν, niſi in territorio ſuo: neque Luciano contrarieras in his quaeſita eſt, ſed in Scythis & Athenienſibus. GRON.

ead. l. 4. Λοιμὸν τοῦτο) Tempore belli Peloponneſiaci, de qua peſte Thucyd. videndus. SOLAN.

ead. l. 6. Τὸν Σκύθην) Τὸν Τὴν ἀρχὴν. MACG. Idem iam notaverat Guyetus. REITZ.

ead. l. 9. Ἐπαύσε) In Lui ἐπαύσατο. Et ſane cum παύω uſurpant, participia ſolent addere, non infinitivos, ut vocant, modos. Vide ſententiam praecedentem. SOLAN. Ἐπαύσε) Etſi tantum non ſemper cum participio conſtrui amat hoc verbum, tamen hoc loco participium vix convenienſ eſſet. Et cum παύω quoque conſtruatur cum genitivo ſubſtantivi, quid prohibet etiam dicere παύειν τοῦ πάνυ, ſeque ac παύειν τοῦ πόνου. Nec deſunt tamen exempla infinitivi, ut Galen. ad Hippocr. Prognoſt. p. 151, v. 29, (monente Foeſio in Oecon.

Hippocr.) ubi ſcribit Galenus: τὸ ἀφανισθῆναί τινα τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ἐπιφῆ, οὐ ταυτὸν σημαίνει τῷ παύσασθαι φάναι. Nec tamen ἐποίησε improbem. REITZ. Negat Solan. παύω infinitivo iungi, ſed participio utendum. Immo & infin. uſitatus. Long. Paſt. 2, pag. 43 ed. Wech. γέμειν ἐπαυσάμην. Menand. fragm. 184, p. 254, παύεται — διαφορεῖν. Diod. Sic. III, c. 53 med. παύονται τοῦ τοξεύειν. Phalar. Ep. 35, πεπαύσομαι τοῦ γράφειν. IDEM *in Addend.*

ead. l. 13. Ἀσυκὸς ἵππος) Dico alibi. BOURD.

Pag. 147. *l.* 2. Ἐφαίνετο ἔτι) In Scytha: Καὶ εὑρέθη κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωσθείς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο. ἔτι καὶ μάλιστα, & quae ſequuntur. Diſtingue, πᾶσα ἐφαίνετο ἔτι, καὶ μάλιστα, *quamquam non integra nunc exſtet, & maxime.* GRAEV. Meurſ. AG. IV, 1010. In W. poſt ἔτι punctum eſt. In reliquis cum ſequentibus iungitur. SOLAN. Diſtinctio, quam Graev. poſt ἔτι fieri voluit, iam aderat in Pariſina, niſi quod pro commate punctum minus exſtabat, quod itaque intactum reliqui. REITZ.

ead. l. 10. Πυρεταίνοντας) Infra tamen πυρέττειν pro πυρεταίνειν quatuor Codd. habent; vid. Quom. hiſtor. c. 1. Hic vero nihil variationis invenio; quare, cum utrumque rectum ſit, nihil quoque hic immuto. REITZ.

ead. l. 11. Τινὰς ἤδη) Ubi dicitur de Toxaride, καί φασι, πυρεταίνοντάς τινας, ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ. At potius ita diſtinguendum, καί φασι, πυρεταίνοντάς τινας ἤδη, πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ, & *aiunt, quoſdam, febri iam correptos, ab eo liberatos eſſe.* Certe puriſſima illa Florentina editio caret diſtinctione poſt τινάς. Non ſemel hic libellus prava diſtinctione corruptus eſt ſive a librariis, ſive editoribus. Sic paulo ſupra pulchre vidit Graevius legendum, καὶ εὑρέθη κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωσθείς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο ἔτι· καὶ μάλιστα ὅτι ἐπὶ τῇ στήλῃ Σκύθης ἀνὴρ ἀγκεκλιμένος. *Ac inventus illic eſt ſepultus Toxaris, cum ex inſcriptione, licet ea non amplius exſtaret integra, cognitus, tum vel maxime quod in monumento VIR SCYTHA inciſum erat.* ubi vulgo male, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο. ἔτι καὶ μάλιστα &c. Sic c. 11 a prava interpunctione male ſe habent haec, Καὶ ὃς μᾶλλον ἐθαύμασεν, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας ἐστὸν, υἱὸς, καὶ πατήρ. ὁ μὲν, εἴ τινα Σόλωνα, ἢ Περικλέα, ἢ Ἀριστείδην ἐπινοεῖς. ὁ δὲ, υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα, ἀπάξηταί σε. οὕτω μέγας ἐστὶ, καὶ καλὸς ἀρρενωπίην τινὰ τὴν εὐμορφίαν. εἰ δὲ καὶ φθέγξαιτο μόνον, οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος. Sed legendum, ὁ δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς

μὲν, αὐτίκα ἀπάξηταί σε. *Atque ut impensius mireris, uniusne eiusdemque sint familiae, filius & pater: hic quidem si Solonem, aut Periclem, aut Aristidem animo versas* (h. e. pater talis censendus est, qualis fuit vel Solon, vel Pericles &c.) *Filius vero, simulac videris eum, te abripiet; adeo magnus est, & mascula quadam forma decorus: qui si tantummodo vocem ediderit, ducet te auribus revinctum.* Atque ita recte habet editio Florentina. IENS. Male *Salm.* punctum post ἤδη collocaverat. In *Par.* comma erat, rectius nihil distinctionis habet Fl. & Obsopoeus quoque continuo filo verterat, *aiuntque, nonnullos febre laborantes iam ab illo sublevatos esse.* Quod cum recte se habeat, Iensium quidem secutus sum in tollenda post τινὰς distinctione; nec tamen novam post ἤδη addidi, quia non opus est. REITZ.

Pag. 148. *l.* 3. Παρὰ) Ex solo Cod. L. Solanus ὑπὸ legi voluit, ut in marg. *Iunt.* innuit. Sed id non adeo necessarium puto, quin παρὰ, etsi alibi non idem sit, quod ὑπὸ, hic tamen non sit ineptum. Παρὰ τινὸς enim saepe significare *a parte illius*, sive quod proficiscitur ab aliquo, non solum Periz. ad Aelian. aliique osstenderunt; verum & passivis adiungitur, ut in Ev. Lucae I, 45, τοῖς λελαλημένοις παρὰ κυρίου, ubi & ὑπὸ locum habuisset. REITZ.

ead. l. 6. Ἐπὶ πόδα αὐθὺς ὀπίσω χωρεῖν) Gallice similiter dicimus, *retourner sur ses pas.* MENAG. Eandem Gallicam phrasin quoque ad hunc locum in F. Guyet. notis reperio. Et saepe alibi hi duo notant eadem. An igitur Menagius hunc compilavit? Hoc loco non arbitror: nam facile eiusmodi cogitatio utrumque potuit subire. Interdum tamen non abest suspicio. REITZ.

ead. l. 10. Κεραμεικῷ) Conf. supra Ἀναβ. c. 13. SOLAN.

ead. l. 13. Τοῦ δοκιμωτάτου) Angl. Cod. τῶν δοκιμωτάτων. BOURD. Non moveo vulgatam: interim credo, lectionem Codd. numerum plural. exprimentium esse potiorem: quam si receperis, quidni tum etiam pro γένους legas, γένος, ut sit γένος τῶν δοκιμωτάτων, i. e. *quantum ad genus, erat ex probatissimis*, i. e. *dignitate conspicuis*; formula loquendi in eiusmodi narratione usitatissima. REITZ.

ead. l. 14. Ὁ Ἀνάχαρσις) Ὁ Ἀνάχαρσις δὲ πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, ἑλληνιστὶ ἐσταλμένον. Verte: *Anacharsis autem unde cognovisset, Toxarin popularem suum esse, qui Graeco more vestitus incedebat.* Deinde, ἀσίδηρον, ἤδη στωμύλον, verte, *sine ferro, & iam lepidum*, seu *elegantem, in alloquio blandum*, quales erant Attici; non *facundum*, ut interpres. Consuetudine

Graecorum depoſuerat Toxaris illam auſteritatem & triſtitiam frontis & oris, quae Scythis propria erat, unde dicitur, σκυθρωπία. Ἀσίδηρον autem dixit Toxarin fuiſſe, quia Scythae ſemper ferro ſuccincti erant: Toxaris vero Graecorum mores induerat, & palliatus incedebat, ſine acinace. GRAEV.

cad. l. 15. Ἐγνω) Plura eiuſmodi, in quibus interpretes lapſi ſunt, indicativum retinentes in verſione, cum ſubiunctivum expreſſiſſe oportuiſſet, dedit Ienſ. in Lect. Luc. p. 30. REITZ.

ibid. Ἐσταλμένον) De habitu, ornatu, etiam Dion. Hal. Antiq. V, p. ed. Lipſ. 309, v. 8: ἐξιέναι αὐτοὺς — κούφῃ ἐσταλμένους ὁπλίσει, i.e. *levi armatura inſtructos.* Et L. XI, p. 707, 18, ἀνδρῶν — ἐσταλμένων ὁπλίσει. Noſter iterum c. 5 huius Dialogi, οὕτω δημοτικῶς ἐσταλμένον. REITZ.

ibid. Ὑπεξυρημένον) Id verbum recte ſe habere, vid. ſupra Tim. cap. 14 ex diviſione Solani, quod iam erit cap. proximum, vel tertium ab eo. Item Dial. Mort. IX Simyl. & Polyſtr. f. ubi ὑπεξυρημένος τὸ γενεῖον· quae loca, monente eodem, contuli. REITZ.

Pag. 149. *l.* 4. Ὁ Δαυκέτου) Unde habeat, incertum: certe Gnuri filium faciunt Herod. IV, p. 155, Diog. Laërt. I, p. 26, & Suidas. SOLAN.

ead. l. 8. Κατ' αὐτὸ) Καὶ αὐτὸς, ἔφη, ἐκεῖθέν εἰμι παρ' ὑμῶν, Τόξαρις τοὔνομα, οὐ τῶν ἐπιφανῶν, ὥστε καὶ ἐγνῶσθαι ἂν σοι κατ' αὐτό. Cur in Latinis verſionibus praeteritur κατ' αὐτό; Videtur ſignificare *pariter. Non ſum ex illuſtribus natus, ut ego tibi notus ſim pariter,* ſicut tu mihi. Εἰς αὐτὸ & κατ' αὐτὸ ſaepe eſt *pariter, ſimul.* GRAEV. Notaverat Hemſterh. in marg. videndum L. Bos ad L. E. I, 18. Is igitur ad Evang. Lucae l. d. haec habet: Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; (ait Evangeliſta) Reperitur haec locutio apud LXX Intt. Geneſ. XV, 8. Subaudiendum in κατὰ τί vocabulum σημεῖον, ut ſit, *ex quo ſigno?* Apud Lucianum ſimili ellipſi occurrit ἐγνῶσθαι κατ' αὐτὸ in Scytha h. l. In Latinis verſionibus praeteritum eſſe illud κατ' αὐτὸ, notavit Graevius, reddens id *pariter.* Si mihi vel tantillum a tanti iudicii viro diſcedere liceret, verterem, *ex eo,* ut ſenſus ſit: *Non ſum ex illuſtribus natus, ut ex eo tibi notus eſſem.* Haec ille. Sic fere Dionyſ. Hal. περὶ τ. Δημοσθ. δειν. p. 168, v. 4 ed. Lipſ. Κατὰ τί δὴ ταύτην ἡγοῦμαι τὴν λέξιν ἐοικέναι τῇ Θουκυδίδου; καθ' ὃ κάκείνην πείθομαι μάλιστα διαφέρειν τῶν ἄλλων. Et ita parvi interdum refert, vertaſne *ex, ſecundum,* an *propter,* ut e. c. ap. eund. Dion. Hal. antiq. Rom. I, pag. 63, 30, κατὰ τίνα γίνεται μάλιστ' αἰτίαν· ubi, *ex* qua cauſa, *ob, per, ſe-*

cundum quam causam verteris, non multum interierit. REITZ.

ead. l. 9. Σὺ) Omissum in edd. supplevimus ex Mss. Reg. 2954.

ead. l. 12. Διατρίβοι) Sic solus nostrorum Codicum W. melius, quam quod in aliis est, διατρίβει. SOLAN.

ead. l. 14. Οὐκοῦν, ἦδ') Οὐκοῦν, ἦδ' ὃς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου ἴσθι με γεγενημένον, καὶ ζηλωτὴν τοῦ ἔρωτος. *Proinde*, inquit *Anacharsis*, *scias factum me discipulum tuum*, *tuique amoris aemulum*. Hic etiam in interpretatione ὃς omissum, nec poterat verti, nisi distinctio apponatur. Οὐκοῦν, ἦδ' ὃς, ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου. *Ergo*, *inquit ille*, *Anacharsis scilicet*, *scito me tuum discipulum esse*, *& aemulatorem tui amoris*. Sic paulo post, p. 152, Εὔφημει, ἦ δ' ὅς, ἐκείνῳ τὰ μέγιστα χαριεῖσθαί μοι δοκῶ. *Bona verba quaeso*, *inquit ille*, *rem gratissimamme ei facturum puto*. Nihil apud Platonem crebrius, quam ἦδ' ὅς, *inquit ille*. Paulo post κατὰ δαίμονα male vertitur *forte quadam*, cum sit *bona fortuna*, *bonis avibus*. GRAEV.

Pag. 150. *l.* 3. Ἀκινάκου) Vide Toξ. c. 38. SOLAN.

ead. l. 10. Ἀναστρέφοντα) Sic W. & L. Reliqui libri ἀναστρέφοντα. SOLAN.

Pag. 151. *l.* 3. Σοφὸς) Solonem intelligit, cuius aetate tradunt historici Athenas appulisse Anacharsidem. Vid. Plut. in Solone. SOLAN.

ead. l. 7. Δημοτικῶς ἐσταλμένον) Vid. supr. c. 4. REITZ.

ead. l. 17. Δυσπρόσοδον) Ita Mss. Reg. 2954. Vulg. δυσπρόσοδος.

Pag. 152. *l.* 4. Περὶ τοὺς ξένους) Etsi αἰδὼς πρός τινα frequentius occurrit, quam περὶ, ut supra indicavimus, tamen non reiicio vulgatam. Sic fere infra, in Quom. hist. c. 4, μηδὲ τοῦτο δείσῃς περὶ ἐμοῦ. Ubi quoque παρὰ posses substituere; sed non est opus. Et cum εὐσέβεια περὶ τοὺς θεοὺς & similia recte dicantur, quae vel Lexicographi habent, non video satis causae, ut cum Solano παρὰ recipiam. REITZ.

ead. l. 11. Ἐπίτομόν τινα ταύτην) Supple ὁδόν. MENAG. Idem & Guyetus dixit. Et quilibet eiusmodi observationes facere potest; quare compilationis suspicio hic nulla: ὁδὸν enim alibi addit Noster, ut supra Herodot. c. 3. REITZ.

ead. l. 15. Καὶ προξενήσεις) Sic Demosth. Παράξεις αὐτῶν. GUYET.

ibid. Προξενήσεις αὐτοῦ) Προξενήσεις αὐτὸν, non simpliciter est, *suscipies illum*, ut vult interpres, sed *hospitio publico susceptes illum*, *eris publicus eius hospes*, *loca lautia praebebis*, ut Romani loquebantur. GRAEV. Non credo, Graevium dedita opera scri-

pſiſſe αὐτὴν pro αὐτοῦ, quod recte edd. habent. Licet enim accuſandi caſus recte quoque huic verbo poſſit adiungi, genitivum tamen in huiuſmodi compoſitis amant Graeci, ratione propoſitionis, quae in compoſito ineſt. Quare ſufficiat exemplum genitivi ab Guyeto iam adductum: num tamen eodem indicare voluerit, προύξ. in priore ſyllaba Attice ſcribendum, neſcio, neque magnopere curo, Noſtrum non ſolere ὑπεραττικίζειν ſciens, ut non longo hinc intervallo, ad verbum ἤμελλε pro ἤμελλε dico. REITZ.

Pag. 153. *l.* 15. Ἥδιστα διατρίψῃ) Eadem pagina vitioſe legitur, &, ut vara ſequitur vibiam, vertitur inſulſiſſime hoc, καὶ πάντα τρόπον ἐπιμελούμενος, ὅπως ἥδιστα διατρέψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι, *tum omne ſtudium adhibens, ut quam iucundiſſime in Graecia vivens renideret.* Quid eſt, *iucundiſſime renidere in Graecia?* Erratum leve mirum tot editoribus & interpretibus impoſuiſſe. Lege, ὅπως ἥδιστα διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι, *ut ſuaviſſime in Graecia aetatem ageret, ex animi ſententia viveret in Graecia.* Paulo ante c. 4, οἰχοιτο ἐς Ἀθήνας, καὶ νῦν διατρίβει κεῖθι, *ivit Athenas, & nunc ibi habitat.* Sexcenties alibi. Saepe autem π & τ permutantur a librariis. Sic ſuperius pro εὐπρεπῆ oſtendimus reſcribendum eſſe εὐτρεπῆ. GRAEV. In W. videtur olim fuiſſe διατρέψῃ, ſed alia manus διατρέψῃ fecit. In ferculo literario refert Ienſius. Ego vero emendationem Graevii ſecutus ſum, quam etiam in Excerptis Longolii invenio, non tamen ut ſcripturam ipſius Codicis, ſed tantum ut coniecturam. SOLAN.

ead. l. 16. Τεθηπὼς) Hoc verbum a Scapula omiſſum vid. ap. Steph. in Theſaur. qui ſatis de eo egit. Occurrit rurſum c. ſeq. REITZ.

ead. l. 17. Εἶναι) Legendum puto ἐκείνου, quod pronomen a calligraphis cum compendio verbi εἶναι quam facile confundatur, ſupra iam obſervatum eſt in Hermot. Certe ita interpretatus ſum. GESN.

Pag. 154. *l.* 3. Οὐ γὰρ μικρὸν ἦν Σόλωνα ἐπαινῶν) Aut imprudenter admodum, aut imperite interpretes: alter, *neque enim mediocri laude Anacharſis virtutes ſolebat extollere Solon;* alter, *non enim Solon parum eum laudabat:* cum debuiſſent, *neque enim parvum momentum erat Solon laudans,* non exigua res aut pretium erat, ſi quis ab Solone laudaretur. GRON.

ibid. Καὶ τοῦτο) Ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι καὶ τοῦτο ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, ἐφίλουν, οὓς ἐκεῖνος ἐδοκιμάζει. Cur in verſione praetermittunt καὶ τοῦτο; Sic enim Salmurienſis: *Verum homines, ut legislatori parebant, ſic amabant, quos ille probaret.* Alius: *Verum*

hominibus & hoc moris erat, ut legislatori parebant, sic amabant, quos ille probaret. Scribae cum in distinctione non nihil aberrarint, tenebras offuderunt interpretibus. Sic distingue, ἀλλὰ οἱ ἄνθρωποι, καὶ τοῦτο ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, ἐφίλουν οὓς ἐκεῖνος δοκιμάζοι, & verte, *homines autem, & in hac re tanquam legislatori suo obsequebantur, amabant, quos ille probabat.* GRAEV.

ead. l. 5. Καὶ ἐπίστευον ἀρίστους ἄνδρας εἶναι τὰ τελευταῖα. καὶ ἐμνήσθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις) Sane sic etiam attente interpretes: alter, *ac prorsus eosdem in reliquum viros optimos esse credebant. Solus vero ex barbaris Anacharsis initiatus est*; alter, *eosque viros optimos denique esse credebant. Solus vero ex barbaris initiatus est Anacharsis.* Atqui turbant illa vel *in reliquum*, vel *denique*; & si vis vel Graecismum, vel sensum congruum, distingue, καὶ ἐπίστευον ἀρίστους ἄνδρας εἶναι. τὰ τελευταῖα καὶ ἐμνήσθη. GRON.

ead. l. 6. Ἐμνήσθη μόνος) De antiquis temporibus hoc intelligendum; aut Romanos sub Barbarorum nomine non includi statuendum. Constat enim initiatos fuisse Syllam, Pomponium Atticum, Augustum, & Luciani aetate, M. Aurelium Imperatorem; (vid. Xiphil. Capitol. 27, & Dionem.) Quod tamen de M. Aurelio dixi, nolim ita intelligi, ut statuere videar, factum hoc ante hunc libellum a Luciano scriptum: nam ab eo nondum celebri videtur habita haec oratio, cum in Graeciam primum appulit; nisi forte in reditu malis habitam, vid. c. seq. Cic. I de Nat. Deor. *Omitto Eleusinam sanctam illam & augustam, Ubi initiantur gentes orarum ultimae.* Adde etiam Potterum 46, 1, ubi plures recenset. SOLAN.

ibid. Δημοποίητος γενόμενος) Anacharsis ab Athenienſibus civitate donatus. GUYET.

ead. l. 8. Οὐκ ἂν) Similem locutionem habes Παρασ. c. 45. Sed non eandam prorsus. SOLAN.

ibid. Οὐδὲ) Sic legendum, non οὐδέν· vid. ex Παρασ. c. 45, δοκεῖ δὲ οὐδὲ ἀναπαύσασθαι παρασιτῶν, εἰ μὴ καὶ Ἀγαμέμνων ἀπέθανε. SOLAN.

ead. l. 13. Ἐπαγομένῳ) Delevi iota subscriptum, quod in Parisina ed. sensum turbabat: non enim est dativus, sed nominativus dualis. REITZ.

Pag. 155. *l.* 9. Νησιώτης ἐκεῖνος) Telemachus scilicet ex insula Ithaca, Homer. Od. Δ, Menelai domum ex auro, argento, electro, & ebore concinnatam cum stupore quodam miratur. COGN. Vid. Homer. Odyss. Δ, 74. SOLAN.

ead. l. 13. Ποιητὴν) Quem innuat, nondum reperi. SOLAN.

ead. l. 15. Δεῖξαι) Καὶ τὸ μὲν δεῖξαι τῶν λόγων ὑμῖν, eſt, *& ſpecimen dare mearum orationum.* Sic ἀπόδειξις eſt ſpecimen. Uſus etiam Petronius: *Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde,* hoc eſt, ede leve aliquod ſpecimen, ut recte exponit Io. Fr. Gronovius lib. IV Obſerv. cap. 13. GRAEV. Malim δεῖξαι τὸν λόγον, ut in principio Zeuxidis & alias. Sed nec damnare auſim δεῖξιν (δεῖγμα) τῶν λόγων, vel δεῖξαι (τι) τῶν λόγων. GESN.

Pag. 156. *l.* 3. Ἐπιγραψάμενος) Ex L. haec ſcriptura. Sic Δικ. c. 29, & Περ. c. 11. SOLAN. Etſi non improbo ſcripturam Cod. L. ἐπιγραψάμενος, non tamen ideo cum Solano illico in textum recipio, contra auctoritatem ceterorum Codd. cum nihil abſurdi habeat vulgata: ſic ſaltem apud Gregor. Nyſſen. Orat. funebr. in Baſilium T. III, p. 480, *συγγράφεσθαί τινι, operis ſocium adſcribi,* inveniri, teſtis eſt Suicerus in Theſaur. Eccleſ. Vide etiam P. Weſſeling. Obſ. II, 6, pag. 162, (quem conſulendum Hemſterh. in marg. monuerat) ubi is interpretem in vertendis his verbis offendiſſe animadvertit, quippe qui ea reddiderit: *Et quos aggreſſus, praeſides conſcripta de illis hiſtoria,* (*praeſules* eſt ap. Benedict.) cum debuiſſet, *quibuſque adſcitis patronis;* id enim ſignificare προστάτην νέμειν, γράφεσθαι, ἀπογράφεσθαι, ἐπιγράφεσθαι & συγγράφεσθαι, ibidem docet Weſſelingus. Cum vero ex Luciani Bis accuſat. c. 29 ἐπιγράφονται ἅπαντες προστάτην ἑαυτῶν afferat, nec τὸ συγγράφειν προστάτην aliis exemplis confirmet, & ἐπιγράφειν Luciano in his locutt. uſitatius ſit, non repugnaverim, ſi quis & hic illud recipere malit. REITZ.

ead. l. 12. Τῇ Ἀττικῇ δεκάδι) Vinc. Obſopoeus interpres ſic vertit (*Atticae Muſae*): quomodo legerit, neſcio: videtur tamen legiſſe Ἀττικῇ δεκάτῃ, & ſibi intellexiſſe μούσῃ, quaſi fuerit quaedam decima Muſa Athenis. Sed ea δέκας non ad Muſas referri debet, ſed ad decem illos oratores celebriores, qui Athenis floruerunt, & quorum vitas ſcripſit Plutarchus, quod (credo) ſatis manifeſtum videbitur noſtro lectori. PALM. Vide apud Philoſtratum p. 564: βούσῃ δὲ ἐπ' αὐτὸν τῆς Ἑλλάδος, καὶ καλούσης αὐτὸν ἕνα τῶν δέκα &c. De Herode ſermo eſt, qui reſpondet id ſolum, *ſe Andocide meliorem.* In notis ad eum locum de *ſecunda* etiam *decade* monemur. Certe & hic in Cod. W. eſt δεκάδι α. Quod an Lucianeum ſit, viderint alii: mihi nunc de eo diſpicere non vacat. SOLAN.

ead. l. 14. Ὅ τι ἂν οὗτοι) Haec verba, ὅ τι ἂν οὗτοι ἐθέλωσιν, ἐθέλουσι γὰρ, in W. ſolo reperiuntur. SOLAN. Scripſit ad me cl. Geſner. ſuper hoc loco his verbis: *Hunc locum ita interpre-*

tatum esse video Solano: Fitque in civitate, quidquid hi volunt; volunt enim, quidquid optimum est. *Legit igitur, καὶ τουτὶ γίγνεται ἐν τῇ πόλει, ὅ, τι ἂν βούλονται· βούλονται γὰρ ὅ, τι ἂν ἄριστον ᾖ τῇ πόλει. Si ex libro aliquo, plane accedo: sin ex ingenio, laudo coniecturam, tanto credibiliorem, quod repetitio τῆς ὅ, τι omissioni locum dare potuerit: recipere tamen non ausim.* Sic ille. Ego itaque verba illa in edd. deficientia recepi, quia ex Codice sunt desumta, & versionem Solani retinui. Coeperat enim & is pristinam versionem plurimis in locis corrigere. Et quia Gesnerus ex illa correctione verba Graeca divinare debuit, nihil mirum, si ipsissima Graeca, quae Solanum legere ait, proferre non potuerit, sed similia illis attulerit. REITZ.

in Schol. col. 1. *l.* 2. Δεμοσθένην) Δεμοσθένους erat in editis exemplaribus, sed mutavit Solanus, sine dubio ex collat. Cod. V. Sin minus, recte tamen mutavit: nam περὶ non hic *de*, sed *circa* significat. Ne quem autem offendat terminatio in ην, cum Δημοσθένεα Δημοσθένη scribere iubeant Grammatici, videat Nostrum in Demosth. Encom. cap. 3, & alibi, ubi Δημοσθένην scribere solet; velut alii Ἀριστοφάνεα, alii Ἀριστοφάνην amant. REITZ.

Pag. 157. *l.* 5. Ὁ δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν, αὐτίκα) Male Salm. ὁ δὲ, υἱός. καὶ &c. quam distinct. merito improbat Iens. Sed *Par.* rectius habebat ὁ δὲ υἱός. Paulo post vero, eadem prava dispunctione laborabat, scribens καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα, ἀπάξεταί σε. Quam itaque, monente Iensio, correxi. REITZ.

ead. l. 8. Οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος) Lege, ἑλκύσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος, & ita videtur legisse interpres. PALM. Violentissime profecto Palmerius pro οἰχήσεται legi iubet ἑλκύσεται. Non sanum quidem, quantum ego video, est vulgatum οἰχήσεται, cum οἴχομαι sit *fugio*, *abeo*, *discedo*, idque huic loco non conveniat: molliori tamen adhiberi potest medicina; nempe una extrita literula legendum ὀχήσεται, *vehet*, *raptabit*. IENS. Nihil mutandum. Respicit ad Ogmium illum Gallorum Herculem: qui catenis ex ore suo ad aures audientium pertinentibus non profecto alligatos tantum stanti sibi habet, sed abducit, trahit, rapit, quocunque ipsi ire placeat. Haec vis verbi οἰχήσεται· hanc nos verbis *ilicet* & *abibit* exprimere studuimus. GESN.

ibid. Ἀπὸ τῶν ὤτων) Vide historiam Herculis Gallici picti, ad quam hic alludit. Extat autem in libello, cui *Hercules* titulum fecit Noster, & apud A. Gell. XVI, 3. SOLAN.

ead. l. 12. Πρὸς τὸν τοῦ Κλ.) Legend. Plut. in Alcib. BOURD.

ead. l. 13. Ἠράσθησαν τοῦ Ἀλκιβ.) Hoc abunde ſcribit Plut. in Alcibiad. Ariſtoph. in Ran. Valer. Max. lib. 7. COGN.

Pag. 158. *l.* 2. Ἐπισείσαι) Quid hoc ſit, clarius ex *v. Εἰκ. c.* 4 diſces, ubi laudata mulier τὴν χεῖρα ἐπισείειν dicitur, intra modum probans, quod dabatur, encomium. Adde *Δικ. c.* 28, ubi τὸ ἐπισείσαι τὴν χεῖρα ἐντὸς τῶν ὅρων, inter modeſtas laudandi & probandi rationes ponitur. Paſſim uſurpat Noſter. Vid. Ῥητ. c. 22, & *Οἰκ. c.* 2. SOLAN.

ibid. Τὴν χεῖρα) Diſtinguendum: καὶ ἐπισείσαι χρὴ τὴν χεῖρα, τοῦτο μόνον, καὶ οὐκ ἔτ' ἐνδοιάσιμα τὰ σά. *Manus protendenda eſt, hoc ſolum* ſcil. ſi fecerit, *res tuae non amplius fluctuabunt.* GRAEV.

ead. l. 4. Ἥδη) Καί μοι ἥδε. Lege ἤδη. GUYET.

ead. l. 5. Ἔδοξα) Καί μοι ἤδη πειρωμένῳ τὸ πολλοστὸν τῶν προσόντων εἰρηκέναι ἔδοξαν. Sic leges. Vulgo male ἔδοξα, ſententia refragante. *Et mihi, iam experto vix milleſimam partem, quae illis inſunt, dixiſſe viſi ſunt*, ſc. πάντες, vel οἱ πολλοί, qui veſtras virtutes praedicabant. GRAEV. Graevii emendationem invitis omnibus impreſſis & ipſo M. Codice in textum recepimus. SOLAN.

ead. l. 6. Ἀμβολᾶς ἔργον) Tangit hunc verſum Heliod. L. 2 Ἐργ. Αἰεὶ δ' ἀμβωλίεργος ἀνὴρ ἀπαΐστι παλαιεῖ. BOURD. Pro Heliod. lege in nota Bourd. Heſiod. & vid. illum in Ἔργ. καὶ ἡμ. v. 413. Ubi quoque cognoſces, ἀμβολίεργος, ſecunda correpta, ſcribendum; niſi id ex verſu iam ſponte viditi REITZ.

ibid. Κεῖος &c.) Locus a Bourdelotio indicatus, eſt v. 411 Ἔργ. Heſiodi. Sed alium certe reſpicit Lucianus; aut quomodo ex Aſcraeo Ceus factus Heſiodus? Deinde ubi ἔδρας &c. Cuius itaque, inquies, verba haec? Bacchylidis, cui tribuuntur ab Athenaeo XIV, p. 631 C. & a Dionyſ. Hal. de Struct. orat. pag. 234 edit. Uptonianae. Verba ipſa Bacchylidis habes apud Steph. Lyr. p. 570: οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς, ἀλλὰ Χρυσαιγίδος Ἰτωνίας χρὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν ἐλθόντας ἀβρόντι δεῖξαι. Fuiſſe autem Ceum inde colligas, quod Simonidis ἀδελφιδοῦς, qui haud dubie Ceus. Vid. Μακροβ. c. 26; &, ut id obiter moneam, emendandus Index auctorum ab Athenaeo laudatorum, in quo non in voce *Simonides*, ſed in voce *Ceus* comparet. Teſtatur autem diſerte Strabo Lib. X, ubi de Ceo inſula agit. Plutarchus etiam, Aelianus, Stephanus Byzant. & alii. Ne ergo credas Lil. Gyraldo Boeotum facienti, praeſertim cum apud Lutatium ſive Lactantium ad Statium, quo auctore id aſſeruit, nihil tale, teſte Fabricio, inveniatur, cu-

ius vid. Biblioth. Gr. 551. In Collectaneis Galaei, Anacreonti, ſed falſo, tribuuntur haec verba. SOLAN. Non Simonidem hic laudari, quod F. Urſino viſum erat, ſed Ceum alterum, Bacchylidem, ex Colomeſio ad Gyraldum pag. 463 obſervat Fabricius Bibl. Gr. 2, 15, p. 594. GESN.

IN QUOMODO HIST. SIT CONSCR.

Pag. 159. *l.* 2. Λυσιμάχου ἥδη) Lyſimacho poſt Alexandri mortem Thracia obtigit, in qua ſita haec urbs. Eadem prorſus ratione uſurpat ἥδη, Ῥητ. 2, c. 5. SOLAN.

ead. l. 3. Φίλων) Cui etiam Sympoſium dedicat. V. not. ad perſonas Συμπ. Verum nomen fuiſſe videtur; ſed quis fuerit ille Philo, non conſtat. Eſt & Philonis ap. hunc mentio Καλλ. c. 4, qui Diniae filius dicitur: ſed cum dialogus ille genuinus non ſit, eius auctoritatem non moror. Nobilis eius nominis medicus memoratur apud Plut. (Probl. 8, 9.) Sed idem ut ſit, per aetatem non licet. SOLAN.

ibid. Πυρεταίνειν) Angl. πυρέττειν. Sic pag. ſeq. ὡς πυρέξαι. BOURD. Πυρέττειν A. W. P. L. In reliquis πυρεταίνειν. SOLAN. Etſi πυρεταίνειν, quod in edd. erat, quoque dicatur, ut ſupra in Scyth. c. 2 f. tamen πυρέττειν ex 4 Codd. praetuli, eoque magis, quia & hoc Hippocrates amat, ut de Rat. Vict. Sect. IV, p. 71, v. 34. Et crebro alibi. REITZ.

ead. l. 4. Ἀπὸ τῆς πρώτης) Scil. ἡμέρας. Sic Demoſth. pag. m. 37. SOLAN.

ead. l. 5. Καὶ λιπαρεῖ τῷ πυρετῷ) Sic apud Hippocr. & Galen. BOURD. Vellem ipſa loca indicaſſet B. in Lexico enim medico non notantur. SOLAN. Sic infra in Ἀφορισμ. cap. 4 pr. προθυμίᾳ λιπαρεῖ χρησάμενος. At Hippocrati febris continua audit ξυνεχὴς, ut in Coac. Praenott. Sect. 2, § 143, Τοῖσι χρονίζουσιν ἀσφαλέως ἐν πυρετῷ ξυνεχεῖ, & alibi; nec tamen λιπαρὴς de febri apud eum me legere memini, nec Foeſius notavit. REITZ.

ibid. Περὶ δὲ τὴν ἑβδόμην) In libello, quomodo ſit conſcribenda hiſtoria, non longe a principio, ſcribendum: Περὶ δὲ τὴν ἑβδόμην τοῖς μὲν αἷμα πολὺ ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, τοῖς δὲ ἰδρὼς ἐπιγενόμενος πολὺς, καὶ οὕτως ἔλυσε τὸν πυρετόν. Vulgo male πολὺς καὶ οὗτος, ἔλυσε, ſine ullo ſenſu. GRAEV. Non aſſentior Graevianae diſtinctioni, ſed vulgatam ſervo, & miror, qui eam *ſine ullo ſenſu* eſſe, dicere queat: nam ſi cum Graevio diſtinguendum, tunc illud καὶ οὗτος potius delendum foret, ac

ſcribendum continuo filo, ἱδρὼς ἐπιγενόμενος πολὺς ἔλυσε τὸν πυρετόν. At, at, minime delenda verba καὶ οὗτος, quae vim notabilem habent, ut Micyllus in verſione ed. Pariſ. recte oſtendit, vertens, *ſudor, etiam ipſe immodicus*; ſive malis, *iſque immodicus*; quod Latinis quoque perfamiliare eſſe, quis neſcit? Addidiſſe autem Noſter illa videtur, ut eo magis ſentiretur neceſſitas adiectivorum πολὺς & πολύ; quia, ſi parva tantum copia excerneretur ſanguis vel ſudor, non eſſet *criſis ſalutaris*, ut Medici aiunt, qui vere praedicant, *Nullum criticum paucum*, i. e. ſolutio morbi critica per excretiones largas fieri amat. Paucae enim ſanguinis guttae e naribus ſponte prorumpentes non faciunt *criſin perfectam*, i. e. non portendunt ſalutem, ſed irritum tantum produnt naturae conatum. REITZ.

ead. l. 8. Ἐς γελοῖον) Mira phraſis: nuſquam enim, quod quidem ſciam, additur accuſativus, ut hic τὰς γνώμας. Vide Ὀρχ. c. 4, & Εὐν. c. 5. Adde etiam Ἑρμ. finem. SOLAN. Neſcio, quid miretur Solanus phraſin inſolitam. Significat enim hic περίστημι *redigo*; eodemque ſignificatu & conſtructione utitur Herodian. VII, 3, 12, ὁ Μαξιμῖνος τοὺς πλείστους τῶν ἐνδόξων οἴκων ἐς πενίαν περιστήσας. Nominativus autem verbi, hoc Luciani loco, eſt τὸ νόσημα. Nec tantum abludit alter locus Luciani, quem ipſe Solan. indicat, Eunuch. c. 5, τὸ δὲ οὖν τέλος τῆς δίκης ἐς τοῦτο περιέστη· quamvis ibi *reflexive*, ut Grammatici aiunt, ponatur, i. e. *finis eo deflexit, redegit ſe*, ſive *redactus eſt*. Veluti Diod. Sic. XIX, pag. 297 ed. Baſ. εἰς τηλικούτους περιέστη κινδύνους, *in tanta pericula redactus eſt, incidit*. REITZ.

ibid. Περίστη) Conf. ſupra Hermot. c. ult. f. SOLAN.

ead. l. 11. Ἐμονῴδουν) Scholia hanc vocem optime exponunt. Adde c. 27, & locum hunc Philoſtrati in Ariſtide pag. 582, οὕτω ὠλοφύρατο πρὸς τὸν Μάρκον, ὡς τῇ μὲν ἄλλῃ μονῳδίᾳ θαμὰ ἐπιστενάξαι τὸν βασιλέα &c. Vide & not. ad eundem Philoſtr. p. 158, & textum ipſum p. 607, ubi μονῳδίαν & θρῆνον coniungit. De ſenſu tragico vide eundem 244, παραιτησάμενος τὸ τῶν μονῳδιῶν μῆκος. SOLAN.

ibid. Ῥῆσιν &c.) Locum ex aliquo poëta hac voce deſignari docuit Caſaub. ad Theophr. Char. p. 286, ubi etiam obiter Euripidis μακρὰς ῥήσεις a veteribus Criticis carpi ait. Quod autem additur, ἐν μέλει δ. in A. P. & L. aliter legitur, nempe, ἐν μέρει δ. ut Συμπ. cap. 17, quod fateor me non intelligere. SOLAN.

ead. l. 12. Ἐν μέλει) Angl. ἐν μέρει. BOURD.

in Schol. col. 2. *l.* 1. Μονῳδεῖν) Hoc & omnia fere ſequentia Scholia in edit. Clerici ad finem libelli erant reiecta, (propter confuſionem Codicis, ut ipſe ait) ita ut pauca quaedam p. 30, reliqua pag. 46 in Graev. edit. legerentur: quare ea in ſedem ſuam retraxi, & quae in Gal. reperiebantur, addidi. REITZ.

ibid. l. 3. Ὠδαὶ) Adde hic ex Suida ἐν τῇ τραγῳδίᾳ, & lege θρῆνοι, ἀντὶ τοῦ, θρηνεῖν, quod ſequitur. CLER. Utrumque in C. fuiſſe, teſtatur Solanus: ideo in textum addidi. REITZ.

Pag. 160. *l.* 1. Σὺ δ' ὦ &c.) Fragmentum hoc Andromedae Euripidis exſtat in addendis editionis Barneſii ex Athenaeo petitum (l. 13, 1 ſub fin. p. 561 B.) quod hic deſcribere operae pretium erit: Ἀλλ' ὦ τύραννε θεῶν τε κ' ἀνθρώπων, Ἔρως, Ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλὰ, Ἢ τοῖς ἐρᾶσιν ὢν σὺ δημιουργὸς εἶ, Μοχθοῦσι μόχθους εὐτυχῶς συνεκπόνει, Καὶ ταῦτα μὲν δρῶν τίμιος θεοῖς ἔσῃ, Μὴ δρῶν δ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διδάσκεσθαι φιλεῖν, Ἀφαιρεθήσῃ χάριτας αἳ τιμῶσί σε. In primo verſu in quibuſdam libris legitur, ut hic apud Lucianum, σὺ δ' ὦ. τ. quod & rectius videtur. Aliter citantur primus & tertius verſus apud Stobaeum; v. Grotii Flor. 261 B. nempe, σὺ δ' ὦ κάκιστε παῖ θεῶν τε καὶ βροτῶν, & ἢ τοῖς ἐρῶσιν εὐμενὴς παρίσταso Primus ante Grotium ſic legebatur, σὺ δ' ὦ κάκιστε πάντων θεῶν τε κ' ἀνθρώπων. Sed ita a Scaligero emendatum edidit vir ille ſummus. SOLAN.

ibid. Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε) Eurip. Androm. v. 16. SOLAN.

ead. l. 5. Ἀρχέλαος) Quaere apud Aelian. Var. Hiſt. monente Iac. Uptono. SOLAN.

ead. l. 9. Παρολισθαίνειν) Sic infra Ἀποκηρ. c. 28 f. ῥᾳδίως ἐς τὸ πάθος τοῦτο καθολισθαίνουσιν. SOLAN.

ead. l. 12. Ἔν φασιν, ἐνὶ παρ.) Solet Lucianus, cum tralatitiis utitur vocibus proverbiiſve, illud φασὶν adhibere. An autem ſic ſatis conſulatur orationis dignitati, dubitarem; niſi aliquid de comica licentia Luciano concedi viderem. Nollem tamen hic in tam gravi argumento vilia iſta & pannoſa conſpici. De ὡς ἔπος εἰπεῖν, Leop. 166. Cic. vertit, *quod rite dicitur*. Qua de re luculenrus eſt Platonis locus Πολ. Α, Ald. ed. p. 8 B. τὸν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἢ τὸν ἀκριβεῖ λόγῳ, quo facile evincitur, *vulgo*, non *rite*, ſignificari; niſi forte nos illud *rite* prave interpretari, quod ego hinc exiſtimo, ſolemus: niſi forſan illic pro *rite* trite legendum eſt. SOLAN.

ibid. Ἐνὶ παραβαλεῖν) Vide Paroemiog. BOURD.

ead. l. 16. Ἀλλ' ἀφ' οὗ δὴ τὰ ἐν τοσοῖ ταῦτα κεκίνηται) Libet hic miſereri ſortem humanam, & imperium fati in famam vi-

rorum illuſtrium, & temporis iniurias in literas & monumenta hiſtorica. Ecce ex tanto hiſtoricorum numero, quorum multitudinem perſtringit, & ſatyrice irridet Lucianus, quis uſque ad nos duravit? immo cuius nomen tantum notum eſt? Si non per Capitolinum foret, qui in M. Antonino & Vero ieiune & breviſſime aliquid de iis bellicis eventibus muginavit, omnino ignoraremus, de quo bello intelligi deberent haec Luciani verba. Clades igitur ea in Armenia accepta fuit, quando Severianus natione Celta legatus & dux Romani exercitus contra Oſroën regem miſſus, ab Othryade quodam Parthorum duce caeſus eſt, & copiae deletae, ut nos docet Lucianus hic & ſupra in Pſeudomanti. Continuae vero victoriae, de quibus hic loquitur Noſter, intelligi debent de bello Parthico, quod poſt illam in Armenia cladem geſtum eſt per quadriennium, ducibus Statio Priſco, Avidio Caſſio, & Martio Vero, qui Parthos ad Europum Mediae urbem maxima clade affecerunt, Armeniam vindicarunt, Artaxatis captis, & Babylonem uſque penetrarunt, ut diſcimus ex dictis Capitolini locis. Fuit profecto inſignis ea expeditio, & quae procul dubio famam merebatur; ſed ite famae avidi homunculi, & aeternum nomen ſperate ex facinoribus veſtris, quorum memoriam pauca ſecula penitus abolent, nos certe ut plurimum plus quam Lethaea oblivio manet. PALM.

ibid. Ἐν ποσῇ) Sic Long. Paſt. L. 2, p. 64 ed. Iungerm. cuius dictio cum Noſtro plurimum conſentit. Sic ſupra, Nigrin. § 7. Ubi vid. Interprett. REITZ.

ibid. Ὁ πόλεμος) Huius belli initium ſtatuunt Chronologi noſtri anno Chriſti CLXI, finem CLXIV. Unde iam patet, & in ſequentibus clarius patebit, quo tempore Lucianus hunc foetum ediderit.

Hiſtoriam M. Aurelii a ſapientiſſimis viris ſcriptam fuiſſe, teſtatur Herodianus, ὅσα μὲν οὖν ἐκείνῳ πέπρακται — πολλοῖς καὶ σοφοῖς ἀνδράσι συγγέγραπται. Sed aut poſteriores ſcriptores indicat, aut a Luciani iudicio immane quantum diſcrepat, quod tamen huius libelli lectio poſteritati uſque adeo commendavit, ut eximius hiſtoriae ſcriptor Thuanus regulas condendae hiſtoriae ex eo praecipue & petierit & fronti hiſtoriae ſuae adſcribi curaverit. M. Aurelii vitam Theodoricus Bignonius ſcripſit. Commodi parabat Claud. Nicaſius cum Sponio & Toinardo Aurelianenſi. SOLAN.

Pag. 161. *l.* 1. Ἐν Ἀρμενίᾳ τρ.) Vid. Dion. Caſſ. 71. Elegeia nomen loci, ubi clades illa accepta. Nott. p. 40. SOLAN.

ead. l. 5. Τὸ, πόλεμος ἀπ. π.) Empedocli Scholiaſtes tribuit, & omnino ſententia Empedoclis eſt. V. Plut. in Demetrio 1708, & Moral. 1617 f. Clem. Alex. 25 B. & Rittershuſ. not. ad Porphyr. p. 37. Sed verba videntur potius Heracliti. Plut. 660, 2. de Iſid. & Oſir. Expreſſit Ovid. & *diſcors concordia foetibus apta eſt.* Conf. Menag. ad Diogen. Laërt. & Lipſium. Confer & Ἰχαρ. c. 8. SOLAN.

ibid. Πόλεμος) Sic pag. 728, πόλεμον τῶν ὅλων πατέρα εἶναι ἐδόξατε. Hac de re copioſe Lipſ. BOURD. Reſpicit ad illam Heracliteorum veterum philoſophorum ἐναντιοτροπὴν, per quam ἁρμόσθαι τὰ ὄντα, ipſe ait apud Diogenem Laërtium IX, 7, Heraclitus. Nemo forte explicavit eam ἐναντιοτροπὴν, & rerum omnium ex pugna quadam elementorum originem, copioſius quam Hippocrates, modo is auctor ſit, de diaeta I, 6 ſeq. VII, 6 ſeq. inprimis c. 12—17; quae nuper expoſuiſſe nobis videmur, cum ψυχὰς Ἱπποκράτους ad diſputandum eruditis proponeremus. GESN.

ead. l. 6. Ἀνέφυσεν) Conf. infra Ἀποκηρ. c. 27. SOLAN.

ibid. Ὑπὸ μιᾷ τῇ πληγῇ) Angl. ὁρμῇ. BOURD. Ὁρμῇ A. W. P. & L. Reliqui πληγῇ, ut Tyran. c. 1. SOLAN. Cum omnes edd. haberent πληγῇ pro ὁρμῇ, Solanus adſcripſerat conferendum Tyrannicid. c. 1. Ibi autem legas: πληγῇ μιᾷ δύο πονηροὺς ἀποσυναγάμενος καὶ φορύσας. Id vero parum facit ad demonſtrandum, & hic πληγῇ legendum; cum hic de *nativitate*, illic de *morte* ac caede ſermo ſit. Verum quia hic de *bello* ſermo eſt, facete πληγὴ dixiſſe videri poſſit, ut vocabulum bello proprium ſervaret. Sed & ὁρμὴ vocabulum bellicum eſt; ideoque hoc praetuli propter auctoritatem Codicum. At πληγὴ tamen generale quid eſt, & ad plures res ſolet extendi, ut apud Latinos *uno ictu*, i. e. *ſimul, eadem opera*, quare id non plane improbo. REITZ.

ead. l. 8. Φίλιππος) Vide πάρασ. c. 42. Ad Philippum adductus fuit poſt pugnam Chaeronenſem..... V. Arrian. Epict. p. 302, & Diog. Laërt. 148 B. SOLAN.

ead. l. 16. Τὸν πίθον) Conf. ſupr. Dial. Mort. XI, § 3. SOLAN.

in Schol. l. 1. Πόλεμος) Pro Πόλεμος ἀ. π. legebatur τὸ τοῦ Σινωπέως) Ad quae Cler. ſic commentatur: quid faciant ad Sinopenſem philoſophum, h. e. ad Diogenem, haec verba Scholiaſtae, me ignorare fateor. Vereor, ne aliunde huc tranſlata fuerint, licet alioqui nullum appareat in Scholiaſta noſtro luxationis veſtigium. Haec ille. Verum ad quae verba pertineat hoc Scholion, indicavit Solanus. REITZ.

Pag. 162. *l.* 1. Κρανείου) *Craneum* ſchola, ſeu Gymnaſium, in quo Diogenes degebat ante Corinthum, ut ſcribit Laërt. lib. 6, ἐτύγχανε μὲν οὖν διάγων ἐν τῷ Κρανείῳ πρὸ τοῦ Κορίνθου γυμνασίῳ. COGN. Κρανείου edi curavi, pro vulgato Κρανίου. Ita enim Laërt. quem Cogn. adduxit, id ſcribit, & ita iam editum in Dial. Mort. I, 1. Sic Suid. Κρανείον· φυτὸν, καὶ τὸ γυμνάσιον· nam κρανίον os capitis eſt, ſ. *calvaries*. Vid. Polluc. Onom. ſi quid opus: quin & apud Noſtrum interdum recte ſcribitur Κρανείου, modo Κρανίου in omnibus edd. ut cap. ult. vocab. ult. huius προσαλιᾶς. At cum Suidas paulo ante etiam dixerit κρανίον, τόπος, videri poſſit utrovis modo ſcribi. Praeſtat tamen differentiae cauſa Κρανείου hic & alibi ſcribere, quando de Gymnaſio ſermo eſt. Sed & Κρανίῳ Sacra aedes in monte *Calvaria* dicto aedificata, ut ex Cyrillo aliiſque notat nobil. du Freſne in Gloſſar. Graec. REITZ.

ead. l. 5. Κωμικὸν σορυφόρημα) Praeclare *ſatellitium* hoc *comicum* illuſtravit, & cum προσχήματι τραγικῷ comparavit, Spanhemius ad Ariſtophan. Ran. 944. GESN. Hemſterh. orae ed. Graev. adleverat videndum Ezech. Spanhem. ad Ariſtoph. Ran. v. 944. Is vero ibi docet, *tragicum ſatellitium* ad pompam tantum in ſcenam prodire ſolitum, ac mutum ibi degiſſe. *Comicum itaque ſatellitium* idem erit. REITZ.

ead. l. 6. Κεχηνὼς σιωπῇ) Vid. inſ. a Toξ. c. 9, & non ſemel alibi. SOLAN.

ead. l. 10. Κύλικι) Ita cum Cod. W. Mſ. Reg. 2956, melius, quam quod in edd. eſt, κυλίκει.

ead. l. 11. Οὐδὲ π. καρτερῶς) A iuniore Luciano haec ſcripta hinc forſan erunt, qui colligant; ſed de eius aetate aliunde iudicandum eſt. Fictilia autem fere erant apud veteres dolia. Merito tamen dubitat Menagius, (ad Diog. Laërt. p. 137 D.) an Diogenicum etiam fictile fuerit. *Teſtam* tamen vocat Iuvenalis, Sat. XIV, v. 308. SOLAN.

ead. l. 13. Συλλέγειν τὰ ὄστρακα) Nimirum, contra hodiernum noſtrum morem, *dolia tum faciebant figuli*, ut eſt apud Varronem R. R. 3, 15, 2. Add. Colum. 12, 54, 3. GESN.

ead. l. 14. Πῶς) P. & L. In aliis ὅπως. SOLAN.

ead. l. 16. Καπνοῦ καὶ κύματος) Locum hunc, qui me diu torſerat, aperuit tandem vir doctus Iac. Uptonus, oſtenſo, ad quem alludit, Homeri loco, (Od. M, 219.) qui inſpectus rem totam ſtatim pulchre expediet. Scyllam ut effugeret, gubernatori mandat, non Calypſo, ut Ariſtoteli excidit ſcribere Eth. II ſub finem, neque Circe, ut Giphanio eum notanti

placuit, ſed Ulyſſes: *τούτου μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔργε Νῆα* &c. — Eodem reſpicit Clem. Alex. *Προτρ.* p. m. 40 C. *Fumus* autem unde ſit, diſces ex v. 68, 202, & Scholiaſte; ex Rhodio IV, p. 100 B. ex Apollodoro etiam I, p. 27 A. SOLAN.

Pag. 163. *l.* 1. *Τῷ συγγράφειν*) *Τοῦ μὲν καπνοῦ, καὶ κύματος, καὶ φροντίδων, ὅσαι τῷ συγγράφειν ἔνεισιν, ἀνέξω ἐμαυτὸν εὖ ποιῶν.* Vere Mſ. *τῷ συγγραφεῖ, a fumo, fluctibus, & curis, quibus tenetur ſcriptor*, ſc. hiſtoriae, *abſtinebo.* Et ſic interpretes tranſtulerunt, ac ſi legiſſent *συγγραφεῖ.* GRAEV. In libello, quomodo ſit ſcribenda hiſtoria, ait auctor, non opus fore ſuarum virium conſcribere hiſtoriam, atque adeo ſe non in animum induxiſſe tale quid facere, *τοῦ μὲν καπνοῦ*, pergit, *καὶ κύματος, καὶ φροντίδων, ὅσαι τῷ συγγράφειν ἔνεισιν, ἀνέξω ἐμαυτὸν, εὖ ποιῶν.* Pro *συγγράφειν* invenit in MS. Graevius *συγγραφεῖ.* Non auſim tamen ego non praeferre vulgatum: *A fumo quidem & fluctu & curis, quae cum conſcriptione coniuncta ſunt, recte me abſtinebo.* IENS.

ead. l. 5. *Ἀκρῳ — δακτύλῳ*) Iterum infra *Δημ.* c. 4. SOLAN.

ead. l. 12. *Ἀλλὰ εἴ τι*) *Ἀλλ'* ex conſuetudine dediſſem, niſi priſcae edd. haberent *ἀλλά.* Et ſi nondum ſatis exemplorum apoſtrophi in coniunctionibus & praepoſitionibus neglectae adduxi ad Apol. cap. 11, ubi *ὑπὸ ἀπορίας* quaedam edd. adde Diod. Sic. L. XIX, pag. 297 ed. Baſ. ubi *παρὰ Ὀρόντου*, pro *παρ'*. Et non ſemel alibi. Item Long. Paſt. I pr. *ἀλλὰ ἐκ ταύτης* &c. Et IV, 112, *ἐπὶ ἰκεσίαν*· hoc Dial. cap. 15, *ἀπὸ Αἰθιοπίας.* Particula *δὲ* vero multo frequentius, vocali ſequente, ſine apoſtropho ſcribitur, quam cum eo. REITZ.

ead. l. 14. *Ἐς ἀεὶ κτῆμα*) Locum ipſum Thucydidis alibi deſcripſimus. V. c. 42. Monendus tantum hic lector eſt, antea pro *ἐς, ὡς* ſcriptum fuiſſe in impreſſis, quod nos praeeunte Vorſtio, in ſuo Codice, mutandum duximus. *Ἐς* L. & ita etiam fuerat in M. Sed ab imperito mutatum eſt. SOLAN. Locum Thucydidis, quem ſe alibi deſcripſiſſe ait Solanus, addidit margini Iuntinae, nempe I, 22, ubi Duker. optime iam vidit, & in hoc Luciani loco *ἐς ἀεὶ* legendum, velut infra in Quom. hiſt. cap. 42, & ſupra Deor. Dial. X, idem recte legitur. REITZ.

Pag. 164. *l.* 3. *Μανίᾳ, εἴ γε ἐλπὶς*) Lucianus praecepta conſcribendae hiſtoriae ſcripturus, praevidere ſe dixerat, fore, ut non omnes hiſtoricos dicto ſibi audientes redderet; quin fore, ut quibuſdam moleſtus videretur, praecipue iis, quorum hiſtoria iam eſſet perſcripta & publicata. *Εἰ δὲ καὶ ἐπίνηται*,

pergit, *ὑπὸ τῶν τότε ἀκροασαμένων, μανία, εἴγε ἐλπὶς, ὡς οἱ τοιοῦτοι μεταποιήσουσιν, ἢ μεταγράψουσί τι τῶν ἅπαξ κεκυρωμένων.* Locus turpiter corruptus. Pro *μανία, εἴγε ἐλπὶς* ſine dubio legendum, *μανίᾳ εἴη γε ἐλπίς.* Id dicit, *Sed & ſi illa* (hiſtoria iam ab aliis perſcripta & publicata) *laudata ſit ab iis, qui tum fuerunt auditores, inſania ſit, ſperare tales homines mutaturos & aliter ſcripturos quidpiam eorum, quae ſemel recepta ſunt.* Videtur huic ulceri cum interpretatione ſuccurriſſe etiam interpres. IENS. V. Ienſium. Liturae hic ſunt in W. & vulgata repoſita. Vid. *Παραϲ.* 7. SOLAN. Mſſ. Regg. 2954 & 2956 *ἤγε ἐλπὶς*, ut edi curavimus.

ead. l. 9. *Ἁπάντων ἤδη κεχειρ.*) Vid. Demoſth. Ol. I, 62 C. Philip. III, 177 B. Noſter c. 2, *συνεχεῖς νίκαι.* Bello profligato videtur hoc ſcriptum, atque adeo anno Chr. CLXV. L. Veri duces Avidius Caſſius & Marcius Verus Seleuciam & Cteſiphonta ceperunt. V. Capitol. in Vero c. 4. In nummis Veri, anni CLXVI, *PAX* & *IMP.* III & IV. ob triumphum. SOLAN.

ead. l. 12. *Πήχει*) V. infra c. 39; ne forte exiſtimes hoc vocabulum non uſurpari de inſtrumento fabrili. Hic tamen non norma ſimpliciter, ſed ex adiunctis de vetere carioſa & prava intelligendum. SOLAN.

Pag. 166, *l.* 6. *Τοῖς ἐπαίνοις ἀρχόντων καὶ στρατηγῶν διατρίβουσι*) *Ἐνδιατρίβουσι*, ut infra c. 11, *καὶ ἐνδιατρίβοντες*, & immorantes; & ſupra, — *καὶ ἃ σκοπητέον, καὶ οἷς ἐνδιατριπτέον.* MARCIL.

ead. l. 7. *Διατρίβουσι*) *Ἐνδιατρίβουσι.* GUYET. *Ἐνδιατρίβουσι*) Marc. emendationem ſecutus ſum: confirmatur auctoritate Mſ. W. Sic uſurpat c. 11. SOLAN. Non modo c. 11 ſic occurrit, ut Solanus monet, ſed & ſaepe alibi; at quid opus longius quaeſitum ire, ecce paulo ante c. 6, *ἐνδιατριπτέον* etiam habuimus. REITZ.

ead. l. 12. *Δὶς διὰ πασῶν*) Dictum eſt ſupra ad *Πρ. λ.* cap. 7. SOLAN.

ead. l. 13. *Ὀπωσοῦν*) Bene monuerat in marg. Hemſterh. videndum Duker. ad Thucyd. p. 477, n. 53, id eſt, L. VII, 49. Ubi ad verb. *ὁπωσοῦν* in Thucyd. occurrens, ait: Th. Magiſt. hoc *Ἑλληνικὸν*, non *Ἀττικὸν*, eſſe pronuntiat. Eſt tamen rurſus apud Thucyd. VIII, 90. Item in Iſocr. ad Nicoclem, non longe a principio, & Luciano Quom. hiſt. h. l. REITZ.

ead. l. 16. *Ἀκαριαῖον*) Angl. *ἀκαιρον.* BOURD. Hic adleverat margini Solanus, in W. lituram eſſe, ſed aliam manum repoſuiſſe vulgatam; verum ita dubie poſuit, ut vix ſatis digno-

ſcam, huccine pertineat, an ad praecedens ἐνδιατρίβοντες. Sed ἀκαριαῖον probum eſſe, iam dictum ad Hermot. c. 62. REITZ.

Pag. 167. *l.* 1. Ἀρτηρίαν) V. Plut. Συμπ. προβλ. 2. ά; ubi cum haec optime a medico eſſent explicata, inſcite admodum deinceps a Grammatico, Anatomices imperitiſſimo, eadem ſubvertuntur. Adde & A. Gell. eundem errorem tuentem XVII, 11. SOLAN.

ead. l. 5. Ἄκρατος) Antea legebatur ἀκρατής. Prave. Sic, ut edi curavimus, totidem verbis Plato de Rep. VIII. SOLAN. Ἀκρατὴς) Lubens obſequerer Solano ἄκρατος legenti: ſed cum nihil variationis addiderit, niſi quod *B.* 2. & *S.* quoque ἀκρατὴς habeant; ego edd. ſtudioſe conſului, eaſque, quas notavi in variantt. omnes vulgatam ſervare deprehendi; nec invenio Cod. ullum notatum, qui aliter habeat. Cumque Steph. etiam ἀκρατὲς στέμα paſſive, pro quod cohiberi nequit, afferat ex Ariſtoph. non quidem commonſtrato loco, (qui eſt Ran. 862.) vulgatam intactam ſinemus, donec certiora invenerimus. REITZ.

ead. l. 7. Ἵππων ὑποπτέρων) De poëtica hac celeritatis deſcriptione plena manu, ut ſolet, La Cerda ad Aen. VI, 808; unde petere licet omnia. Quaedam etiam Eſchenbach. ad Orphei Argon. 137. GESN. Conf. ſupr. Somn. c. 8 ex diviſione Solani, nunc § 15. REITZ.

ead. l. 8. Ἐπ' ἀνθερίκων ἄκρων ἐπιστάμενους ἀναβιβάσηται) Alluſit ad locum Heſiodi, qui apud Euſtathium, ex libris perditis, habetur: Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν δέεν, οὐδὲ κατέκλα. Ἀλλ' ἐπὶ πυραμίνων ἀθέρων δρομάεσκε πόδεσσι. *Super ſummum ariſtarum fructum cucurrit, neque fregit. Sed ſuper triticearum ſpicarum cacumina currebat pedibus.* Ubi notanda vox πυράμινος, ignota Lexicographis. Uſus eſt etiam Lucianus hoc loco, in dialogo pro Imaginibus. Statim, ὁπόταν ὁ Ζεὺς, eſt ex Iliad. Θ. Mox, μέγα τοίνυν, μᾶλλόν τε ὑπὲρ μέγα τοῦτο κακὸν, εἰ μὴ εἰδεῖη τις χωρίζειν τὰς ἱστορίας, καὶ τὰ ποιητικῆς, ἀλλ' ἐπεισάγει τῇ ἱστορίᾳ τὰ τῆς ἑτέρας κομμώματα. Latinus interpres: *Magnum igitur, immo pluſquam magnum hoc malum, ſi quis neſciat ea, quae hiſtoriae & poëtices ſunt propria, ſeparare, ſed introducat in hiſtoriam alterius ornamenta, fabulam nimirum & laudem, eoſque, qui his inſunt, exceſſus.* Non damno hanc lectionem, neque verſionem. Ἑτέρας, ſc. ποιητικῆς. Excerpta tamen mea cum Anglicano Codice ſcribunt τὰ τῆς ἑταίρας κομμώματα, *meretricia lenocinia, fucos meretricios.* Sic vocat in hiſtoria poëtarum fabulas, laudes & hyperbolas. Ideoque in ſequente periodo dicit,

hoc idem esse, ac si athletam robustum quis ἀλουργέσι περιβάλῃ, καὶ τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τῷ ἑταιρικῷ, *induat purpureis vestibus & alio meretricio ornatu.* In verbis praecedentibus dixit, ἂν εἴ τις ἀθλητὴν τῶν καρτερῶν τούτων καὶ κομιδῇ πρίνινον, *si quis athletam validum ac vehementer robustum*, sc. fuco expoliat. Πρίνινοι sunt ex robore quasi concreti, quos Germani & Belgae vocant *boomstercke mannen.* GRAEV. Homer. Il. Υ, 227. Cui Virgilium aemulum adde, qui Aen. VII, 805, de Camilla haec canit: — *Cursuque pedum praevertere ventos Illa, nec intactae segetis per summa volaret Gramina, nec teneras cursu laesisset aristas: Vel mare per medium fluctu suspensa timenti Terret iter, celeres nec tingeret aequore plantas.* SOLAN.

ead. l. 10. Ὁ Ζεὺς) Vid. Homer. Il. Θ, 18. SOLAN.

ibid. Ὑπὸ μιᾶς) Angl. ἀπὸ. BOURD. Ἀπὸ) Sic A. W. P. & L. In reliquis ὑπὸ. SOLAN.

ead. l. 13. Κἂν Ἀγαμέμνονα) Homer. Iliad. 2. Achil. Tat. lib. 1. BOURD. Homer. Il. Β, 478. SOLAN.

ead. l. 16. Ζώνην) Videndus hic Pausanias in Boeot. cuius rationem miror, quod hanc vocem, de totius corporis armatura intelligi vult, contra poëtae mentem, si quid ego in hisce perspicio. SOLAN.

Pag. 168. *l.* 1. Ἀερόπης) Rursus infra Ὀρχ. c. 43. SOLAN.

ead. l. 2. Ὁ Ἄρης) W. & Mf. R. 2956. Edd. articulum non agnoscunt.

ead. l. 9. Ἐπεισάγοι) Ubi vulgo legitur, Μέγα τοίνυν, μᾶλλον δὲ ὑπέρμεγα τοῦτο κακὸν, εἰ μὴ εἰδεῖη τις χωρίζειν τὰ τῆς ἱστορίας, καὶ τὰ τῆς ποιητικῆς, ἀλλ' ἐπεισάγει τῇ ἱστορίᾳ τὰ τῆς ἑτέρας κομμώματα, per se planum est, si praecedentia respiciantur, legendum esse ἐπεισάγοι. Magnum, ait Lucianus, immo maximum est vitium, si quis historiam scripturus, non noverit distinguere inter ea, quae historiae, & ea, quae poëtices sunt propria; sed in historiam transferat alius artis ornamenta, sive pigmenta. Simile mendum infra cap. 27 sustulit Graevius in verbis ὥσπερ ἂν εἴ τις τοῦ Διὸς, τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ, τὸ μὲν ὅλον κάλλος τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον ὂν, μὴ βλέποι, μήδ' ἐπαινοῖ, μηδὲ τοῖς οὐκ εἰδόσιν ἐξηγεῖτο, legens, id quod sane requiritur, ἐξηγοῖτο. IENS. Ἐπεισάγοι ex W. & ed. *l.* est. Reliquae mendose ἐπεισάγει; quod recte vidit Iensius emendandum. SOLAN. Optativum lubens expressi, non tam ob duos testes, quam etiam ob sequens περιβάλλοι & ἐντρίβοι. REITZ.

ead. l. 10. Ἑτέρας) Angl. ἑταίρας. BOURD. Ἑτέρας, manus ipsa Luciani; quod autem praeferunt Angl. Mf. Gr. & P. ἑταί-

ρας, corruptio mera. In M. etiam ἑταίρας fuerat, ſed manus recentior mutavit. (De Κομμώματ. v. Heſych. Suid.) *Longol.* SOLAN.

ead. l. 13. Ἀλουργέσι) Angl. ἀλουργές τι. BOURD. Ibidem ait auctor, Poëtices ornamenta in hiſtoriam transfundere, idem eſſe, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀθλητὴν τῶν καρτερῶν τούτων, καὶ κομιδῇ πρινίνων ἀλουργέσι περιβάλοι, καὶ τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τῷ ἑταιρικῷ. Pro ἀλουργέσι in MS. Angl. ἀλουργές τι exſtare, teſtatur Bourdelotius. Sed cum haec MSti lectio, ſequentium ratione habita, ſit ſoloeca, vulgata lectio cenſenda eſt integerrima: *Non ſecus, ac ſi quis athletam aliquem ex robuſtis illis & admodum validis, induat purpureis veſtibus, alioque ornatu meretricio.* IENS. Recte quidem doctiſſ. Ienſ. ἀλουργέσι praefert alteri lectioni ἀλουργές τι· verum non dubito, quin iam magis ſit probaturus illud ἀλουργίσι, quod ex collatione in marg. Aldinae Weſſelinganae admiſimus. REITZ.

Pag. 169. *l.* 4. Τὰ ἑπεῖτα) Probo lectionem marginis Aldinae Weſſelinganae, qualem ob oculos etiam videtur habuiſſe Micyllus interpres, qui verterat, *quaſi poſteris, non praeſentibus ſcribantur.* REITZ.

ead. l. 5. Ὅσοι &c.) In Mſ. hic locus ſic legitur: ὅσοι δ' οἴονται καλῶς διαιρεῖν εἰς δύο τὴν ἱστορίαν, εἰς τὸ τερπνὸν καὶ χρήσιμον, κιβδήλῳ τῇ διαιρέσει χρώμενοι, καὶ διὰ τοῦτο εἰσποιοῦσιν καὶ τὸ ἐγκώμιον ἐς αὐτὴν, ὡς τερπνὸν καὶ εὐφραῖνον, τοῦτον ἐντυγχάνειν ὁρᾷς ὄσον τἀληθοῦς ἡμαρτήκασι, πρῶτον μὲν, ὡς εἴρηται, κιβδήλῳ τῇ διαιρέσει χρώμενοι. ἔν γὰρ ἔργον. Quod nec praetereundum, nec reiiciendum exiſtimo. GRAEV.

ead. l. 12. Αὐτὸ) Forſan αὐτῷ. Sed nihil muto. Proba enim etiam vulgata. SOLAN.

ead. l. 13. Κάλλος ἀθλ.) Quintil. VIII, 3, 10: *Pulcher adſpectu athleta, cui lacertos exercitatio expreſſit, idem certamini paratior.* Totum illum locum communem de pulchritudine utilitatem conſequente qui tractarint, laudamus ad eiuſdem Quintil. VIII, pr. 19. GESN.

ibid. Οὐδὲν κωλύσει ἀφ' Ἡρακλέους γενέσθαι Νικόστρατον τὸν Ἰσιδότου γεννάδαν ὄντα) Hic locus prima facie videtur ſanus & integer, at poſtquam exactius praecedentia & ſequentia examinavi, mihi videtur deeſſe una literula, ut bene quadret ad ſenſum auctoris, qui talis eſt: *ſi pulchritudo & vires concurrant in athleta, non erit ſpernendum tale conſortium, ſed deformitas in athleta, modo robur invictum & experientia adſit, non impediet, quo minus praemia reportet, & inſignis exiſtimetur athleta.* Igitur in to-

to eo ſermonis tractu, nullus eſt locus mentioni de nobilitate. Ideo τὸ ἀφ' Ἡρακλέους γενέσθαι non videtur conſonare toti ratiocinationi, & aberrat ab auctoris ſcopo. Ideo non ſuſpicor, ſed firmiſſime credo, Lucianum ſcripſiſſe οὐδὲν κωλύσει ἢ ἀφ' Ἡρακλέους γενέσθαι, quod quidam non intelligentes, & putantes, debere intelligi, Nicoſtratum e proſapia Herculis & octavum ab Hercule fuiſſe, quod eſt, trinepotis filium, & videntes, id impoſſibile eſſe ex ratione temporis, literam numeralem η' ſuſtulerunt. At ὀγδόου ἀφ' Ἡρακλέους non de ſtirpe intelligendum, quaſi fuerit ille Nicoſtratus Heraclides, ſed de ordine eorum, qui luctae & pancratii palmam ſimul eadem reportaverant die, quorum primus numeratur *Hercules*, ſecundus *Caprus Eleius*, de quo iam ſupra ad Pauſaniam in Heliacis p. 170 diximus, tertius *Ariſtomenes Rhodius*, quartus *Protophanes Magneſius*, quintus *Straton Alexandrinus*, ſextus *Marioon Alexandrinus*, ſeptimus *Ariſteas Stratonicenſis*, octavus *Nicoſtratus Cilix Aegaeates*, de quo hic loquitur Lucianus, qui luctam & pancratium vicit Olympiade 204, quem etiam memorat Pauſanias Heliac. 1. Et ex hoc loco & Pauſania corrigendus eſt Olympionicarum catalogus a Ioſ. Scaligero publicatus, ubi *Stratis* vocatur, male. Error natus ex eo, quod forte literis fugientibus legebatur παγκράτιον καὶ πάλην νικᾶσας, unde divinavit exſcriptor νίκων στράτις. Cum ergo Nicoſtratus ille victor renuntiatus fuerit Olymp. 204, a Troia vero capta ad primam Olympiadem numerentur anni quadringenti octo circiter, Hercules vero vixerit ante Troiam captam una generatione ad minus, manifeſtum eſt, Nicoſtratum illum non poſſe numerari octavum ab Hercule ſecundum generationem: nam numerando triginta annos in unaquaque generatione, ut volunt Chronologi, vix ſufficerent quadraginta generationes. Itaque vero verius eſt debere legi, η' ἀφ' Ἡρακλέους, & intelligi non de ſtirpe, ſed de victoriis Olympiacis luctae, & pancratii. PALM. Si cui non ſatisfaciat Palmeriana coniectura, (mihi quidem ſatis tanto minus facit, quod video Verae Hiſt. lib. 2, c. 22, ſimiliter dixiſſe Noſtrum, Κᾶρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους) ille cogitet, an non huc referendus ſit ille Nicoſtratus, de quo Diod. Sic. XVI, 44, p. 533 Steph. Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἀγαθὸς καὶ πράξαι καὶ βουλεύσασθαι, μεμιγμένην ἔχων τῇ φρονήσει μανίαν. Τῇ γὰρ τοῦ σώματος ῥώμῃ διαφέρων ἐμίμει τὸν Ἡρακλέα κατὰ τὰς στρατείας, καὶ λεοντῆν ἐφόρει, καὶ ῥόπαλον ἐν ταῖς μάχαις. GESN.

ibid. Ἀφ' Ἡρακλέους) Docta eſt ſane & acuta Palmerii con-

iectura; ſed nihil tamen mutandum. Neque enim ad rem quidquam facit, quotus ordine Nicoſtratus ab Hercule fuerit. De hoc Nicoſtrato v. Plut. 494 f. 949 C. (Alius is eſt ab eo, cuius meminit Xenophon ed. St. p. 276, 29.) Noſtrum ἱστ. β, cap. 22, Quintil. II, 8, circa finem, ex quo & aetatem eius diſcas. (Cilix erat. Ol. CCIV vicit. Afr. ἀναγρ. & Pauſan. Eliac. I.) *Loyd.* SOLAN.

ead. l. 16. Ἀλκαῖος) De hoc tacent. SOLAN.

Pag. 170. *l.* 2. Καὶ τοίνυν ἡ ἱστορία, εἰ μὲν ἄλλως τὸ τερπνὸν παρεμπορεύσαιτο, πολλοὺς ἂν τοὺς ἐργάτας ἐπισπάσαιτο) Interpres Salmurienſis: *Proinde hiſtoria, ſi iucundum auctarii vice haberet, multos, a quibus ſcriberetur, alliceret.* Inepta ratio. Non plures invitarentur ab ſcribendas hiſtorias, de hiſtoricorum enim multitudine conqueritur, ſed ad legendas. Hiſtoriae enim illae, quae poſthabito vero ſoli ſtudebant iucundo, ludibrio & taedio gravibus viris erant, & a nemine legebantur, niſi mulierculis & adoleſcentibus, ut hac tempeſtate, Romanenſium, ut vocant, fabularum ſcriptores. Verum huius loci ſcripturam nobis ſervavit Codex Anglicanus, apud Bourdelotium, & excerpta noſtra, in quibus ἐραστὰς legitur, quod pro ἐργάτας reponendum. Et ſic legiſſe videtur Micyllus, ut ex verſione patet: *Quare hiſtoria, ſiquidem obiter & velut auctarium iucunditatem additam habeat, complures amatores ad ſe allicit.* Paucis verbis interpoſitis, male ſcribitur & intelligitur hic locus: ἔτι κἀκεῖνο εἰπεῖν ἄξιον, ὅτι οὐδὲ τερπνὸν ἐν αὐτῇ τὸ κομιδῇ μυθώδες, καὶ τὸ τῶν ἐπαίνων μάλιστα πρόσαντες, παρ' ἑκάτερον τοῖς ἀκούουσιν ἦν, μὴ τὸν συρφετὸν καὶ τὸν πολὺν δῆμον ἐπινοῆσαι, ἀλλὰ τοὺς δικαστικῶς, καὶ νὴ Δία συκοφαντικῶς προσέτι γε ἀκροασαμένους. Vertunt: *Hoc quoque dici meretur, rem valde fabuloſam, quodque in laudem maximopere inclinat, utrinque audientibus non eſſe iucundum, dum non de faece hominum & promiſcua plebe hoc intelligamus, ſed de iis, qui iudicantium, ac per Iovem, ſycophantarum more auſcultant.* Mihi ponitur quidem nonnunquam pro *niſi*, ſed in hac notione non memini infinitivum ſequi. Παρ' ἑκάτερον ἀκούοντες, interpretantur, *utrinque audientes;* quod quid ſit, non intelligo. Mſſ. recte: παρ' ἑκάτερον ἀκούουσιν, ἢν μὴ τὸν συρφετὸν καὶ τὸν πολὺν δῆμον ἐπινοεῖ, *in utroque*, vel *in utrovis eorum*, (fabulis ſc. nimiis, & operoſis laudibus) *audientibus non eſſe iucundum, ſi non faecem plebis & vulgus cogitet, ſed eos.* Τὸ τῶν ἐπαίνων μάλιστα πρόσαντες, ſunt *laudes nimiae, quae offendunt audientis animum.* Sic προσάντη λέγειν apud Diod. Sic. ea dice-

re, quae ingrata ſunt, & indignationem movent. GRAEV.

ead. l. 4. Ἐργάτας) Angl. ἐραστάς. BOURD. Ἐραστὰς recepimus in textum, P. etiam conſentiente. Vulgata enim nihili prorſus eſt. Exſtat tamen in M. SOLAN.

ead. l. 6. Ὅτι οὐδὲ — ἦν) Ὅτι οὐδὲ τερπνὸν ἐν αὐτῇ τὸ κομιδῇ μυθώδες, καὶ τὸ τῶν ἐπαίνων μάλιστα πρόσαντες, παρ' ἑκάτερον τοῖς ἀκούουσιν ἦν. Indignis modis confundunt violantque hanc periodum & omnem eius intelligendae viam, inque ea ſententiam Luciani interpretes Latini, quorum Benedictus ita, *rem valde fabuloſam, quodque in laudem maximopere inclinat, utrinque audientibus non eſſe iucundum.* Quod cum per ſe ἀτεχνῶς ſit chimaericum, immo falſum, (& cur in interpretatione omittit ἐν αὐτῇ;) tum ſi roges, cur Lucianus dicat ἦν, non ἐστὶ, profecto nullam poſſit dare cauſam. Tantundem reſpondebit, ſi roges, quid ſit *utrinque audire?* Deinde pergit, *dum non de faece hominum & promiſcua plebe hoc intelligamus, ſed de iis* &c. Quid quaeſo intelligemus de illis, utrum laudatis, an laudantibus? Ad has tamen abſurditates praeivit Micyllus, cuius haec ſunt: *quod neque iucundum adeo in hiſtoria, quod valde fabuloſum eſt, & ad laudem maxime inclinat, utrobique auditoribus eſſe ſolet, dum non de faece hominum ac multa promiſcuaque plebe hoc intelligamus* &c. illaudabili verſione. Interpretor: *non eſſe in hiſtoria iucundum id, quod eſt oppido fabuloſum. Etiam laudationes nimium proclives, audientibus accidunt in utrumque* (ut non ſint ſemper iucundae, ſed queant eſſe iucundae, queant eſſe contrariae & ingratae ob varias cauſas, ac vel dextre vel ſiniſtre accipi, ut maxime proprietatem phraſeos attingamus, quae occurrit Ver. Hiſt. I, cap. 40, οἱ μὲν παρ' ἑκάτερα τῆς νήσου καθήμενοι.) *Non intellige faecem confuſam & promiſcuam plebem, ſed* &c. quibus verbis deſcribit, quos ἀκούοντας innuat: quaſi dicat, non ſi eo uſque aſcendant iſtae laudationes, ut etiam infimi videant, te in laudando excedere modum, ſed ſi tantum ſic agas, ut acutiſſimi id percipiant; vel, ut ipſe exponit infra cap. 11, ὅταν κατὰ τέχνην αὐτὸ δρῶσιν καὶ ἐπισκιάζουσι τὴν Θωπείαν, ἀλλ' ἀθρόα πάντα καὶ ἀπίθανα καὶ γυμνὰ διεξίασιν. GRON.

ead. l. 8. Πρόσαντες) Videtur nihil opus eſſe huic loco, niſi ut revocetur, quod iam factum, ſimpliciter Aldina lectio, ſublato ſolum inciſo, quod ibi etiam ponitur inter πρόσαντες & παρ' ἑκάτερον. Nimirum hoc παρ' ἑκάτερον, in quo tantopere laboratur, ad πρόσαντες refertur commodiſſime. *Utrinque praeruptum eſt* & *audientibus* adverſum atque moleſtum, non mi-

nus quam aſperum & praeruptum iter viatoribus, laudare alios; difficile ergo ſcribenti, & in utramque partem difficile, cum vel nimis videaris prodigus, vel parcus nimis. Ut hic metaphorice Lucianus, ſic proprie Caeſar B. Civ. I, 45: *Praeruptus locus erat, utraque ex parte directus.* GESN.

ibid. Παρ' ἑκάτερον) Hic locus eſt mutilus. *Longol.* De utraque auditorum parte intelligo, laudatis ſcilicet & laudes audientibus. Alio tamen ſenſu uſurpat, ex Graeco, ni fallor, Terentius, in utramque partem, in prol. Heautont. ſub fin. & III, 1, 31. Cf. infr. Ἱστ. β, c. 40. Et Θεῶν διάλ. XVI. SOLAN.

ibid. Τοῖς ἀκούουσιν ἢν ἐπινοῆσαις) Vulgatam mutavi, ἦν in ἢν migrando, & diſtinctionem, quae poſt ἦν erat, ante illud collocando, praeeuntibus G. L. & *I.* quod enim vulgo legebatur, οὐδὲ τερπνὸν — τοῖς ἀκούουσιν ἦν, μὴ τὸν συμφέροντ᾽ &c. vertebaturque, *neque iucundum audientibus erat, dum non de facce hominum intelligamus*, id ex Graeco ſic vix elicias; iam vero ἦν μὴ coniunctum apertius *niſi* ſignificabit, & verbum *erat*, ſatis intelligitur per ellipſin: ſed pro ἐπινοῆσαι iam quoque recepi ἐπινοήσαις. Durior hic enim eſt infinitivus. Immo cum & margo *A.* 1 *W.* id habeat, & Geſnerus quoque ſic legendum exiſtimet, tanto magis ad id recipiendum permoveor. REITZ.

ibid. Ἦν μὴ — ἐπινοῆσαι) Ἦν μὴ — ἐπινοήσῃ. GUYET. Ἦν μὴ &c.) Sic omnino legendum cum Mſſ. G. P. L. & ed. *I.* Niſi cum G. Mſ. legas mox ἐπινοεῖ pro ἐπινοῆσαι. Reliquae edd. ἦν &c. cum praecedentibus coniungunt. SOLAN.

ead. l. 11. Ἀκροασομένους) W. In reliquis ἀκροασαμένους. SOLAN. Etſi vulgata ferri poteſt, ut ſignificet eos, qui ſic audire ſolent, tamen accuratior videtur lectio Cod. W. futurum exhibens, i. e. eos, qui hanc hiſtoriam *audituri*, vel *lecturi ſunt.* REITZ.

ead. l. 16. Τὸν τύπον) Κατὰ τὸν τύπον. GUYET. Κατὰ quippe non inſerendum, ſed intelligendum, monere voluit, credo. REITZ.

Pag. 171. *l.* 1. Φροντίζειν) Tales ait auctor comparandos eſſe auditores, quibus quis ſcripta ſua velit probare, qui exactiſſime omnia examinent, & ἀργυραμοιβικῶς expendant: *ad hos*, inquit, ἀποβλέποντα χρὴ καὶ συγγράφειν, τῶν δ᾽ ἄλλων ὀλίγον φροντίζειν. Sic namque ex vetuſtis edd. corrigendum: poſteriores peſſime φροντίζει. IENS.

ead. l. 5. Γάρ που σε) Ita που σε ſine accentu exaratum eſt in edd. priſcis *I.* Fl. *Ald.* & hinc in reliquis. Neque enim Grammaticorum canon hic poterat obſervari, ut pluribus encliti-

cis ſeſe ſubſequentibus, unius accentus in alteram tranſiret; alioqui ſcribendum fuiſſet τοῦ σε· quod ſignificatio, quam τοῦ hic habet, vix patitur. REITZ.

ibid. Γεγραμμένον) Meminit huius Terentius Eun. V, 8. Plautus etiam in Trin. initio ipſo, & Perſ. 5. Vide etiam Plut. 1406, 2, quo in loco ῥαπίζειν legendum. SOLAN.

ead. l. 9. Ἐν κροκωτῷ) Plutarchus quoque ſcribit, Herculem κροκωτοφόρον pingi ſolitum. Crocota autem crocei coloris veſtis. Non. Marcell. VORST. Quem cultum tamen deinceps, ut & Herculis titulum, affectavit Commodus. Herodian. I, 14, 16: ἀποδυσάμενός τε τὸ Ῥωμαίων καὶ βασίλειον σχῆμα, λεοντῆν ὑπεστρώννυτο καὶ ῥόπαλον μετὰ χεῖρας φέρειν, ἀμφιέννυτο τε ἀλουργεῖς καὶ χρυσοῦφεῖς ἐσθῆτας, ὡς εἶναι καταγέλαστον αὐτὸν καὶ ὑφ' ἓν σχήματι Ἡλείων πολυτέλειαν καὶ Ἡρώων ἰσχὺν μιμούμενον. V. & Ariſtoph. Βατρ. pag. 94, 2. SOLAN. Confer Ariſtophan. Ran. 46, & ad eum nott. Ez. Spanh. qui & hunc Luciani locum affert, & muliebre hoc veſtimenti genus exponit ex Athen. V, 198, *pellucidum amiculum, quod ſupra purpuream tunicam iniicitur.* REITZ.

ead. l. 10. Σανδάλῳ) Sic pro σανδαλίῳ conſtanter legitur in edd. vett. quas excuſſi, & recte; (quamvis utrumque dicatur.) Vid. ſupra Deor. Dial. XII m. ubi plane idem ait: παιόμενος ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης χρυσῷ σανδάλῳ. Et Dial. XI m. πληγὰς αὐτῷ ἐνέτεινα — τῷ σανδάλῳ, & ſic alibi non ſemel: quare hoc praetuli, quia Noſtro uſitatius eſt. Addiderat La Croze, vid. Terent. ſine dubio reſpiciens illa in Eunuch. V, 8, 4: *Utinam tibi commitigari videam ſandalio caput.* Ad quae interprett. plura de ſandaliis. REITZ.

ead. l. 16. Ἀσύφηλον) Flor. & Angl. ἀσύμφυλον & ἀσύμφηλον. BOURD. Ἀσύμφυλον) Variant hic libri: ſed vera & genuina lectio eſt, quam ex W. P. & L. exhibeo. Conſentiunt omnes, exceptis duobus, in Ῥητ. c. 16. Ἀσύφηλον vero, quod & apud Suidam perperam legitur ἀσύμφηλον, aliud eſt. V. Il. I, 643, quod iam doctiſſimo Suidae editori obſervatum eſt. Adde Plut. 1672, 1. SOLAN. Ἀσύφηλον) Cum non ſoleant vocem facilem & obviam in ignotiorem mutare librarii, ἀσύφηλος autem ſit Homer. Iliad. I, 643, & Ω, 767, hoc ſervandum duco, & interpretatus ſum, non quo illam plane cognitam habeam, ſed ut convenire huic ſententiae, nec repugnare locis Homericis videbatur. GESN. Verum eſt, librarios non ſolere vocem obviam in ignotiorem mutare; ideoque lubens concederem Geſnero, Homericum ἀσύφηλον retinenti, ſi ſi-

gnificatum eius huc convenire certum eſſet. Verum quia non potuit ſcire, quid Codd. noſtri haberent, ego conſenſum eorum in voce obvia, & hic bene congrua, praeferendum duxi. eoque magis, quia duae edd. principes *Fl.* & *I.* ne quidem vulgatae aſſentiuntur, ſed ad alteram Codicum quoque ducunt. REITZ. Ἀσύμφυλον etiam Mſ. Reg. 3011.

Pag. 172. *l.* 14. Ἀριστοβούλου — γράψαντος) Angl. Ἀριστόβουλος γράψας. BOURD. Adi Voſſ. de Hiſt. Gr. Laudat hunc Plut. in Alex. & 584, 1; unde liquet, exſtitiſſe illius novam & ab hac diverſam hiſtoriam. Strabo etiam XV, p. m. 494 A. Vid. & 608, 1, eiuſdem P. SOLAN. Faceſſat lectio Codicum, nominativum exprimentium: etſi enim nominativi abſoluti exempla non deſint, tamen quia iidem libri ἀναγνόντος non mutant, hinc nec γράψαντος, nec Ἀριστοβούλου, mutandum erat; non enim Alexander legebat, ſed ipſe Ariſtobulus auctor ei ſuum opus praelegebat, quod olim moris fuiſſe, non eſt opus exemplis probari, cum Alexander poſtea demum librum arripuiſſe, & in caput auctoris proieciſſe dicatur. Exempla autem iſtius nominat. quaſi abſoluti dabimus alibi. REITZ.

Pag. 173. *l.* 4. Ἐπὶ κεφαλὴν) Mirum videri poſſit, uſurpari hanc phraſin de *libro*, cum proprie de animalibus dicatur prono capite deturbatis, uti uſurpatur in Gallo c. 23, ἐπὶ κεφαλὴν ἐς πέλαγος ἐμπεσόντες. Sed videtur ad alia etiam tandem uſu detorta fuiſſe. Vid. de *ara* uſurpatum Z. τρ. c. 44. SOLAN.

ead. l. 6. Ἐν ἀκοντίῳ) Καὶ σὲ δ' ὧδε ἐχρῆν, Ἀριστόβουλε, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντα, καὶ ἐλέφαντας ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντα. Scio, ut defendi poſſit haec ſcriptura, verum perſuaſum tamen habeo, Lucianum ſcripſiſſe, καὶ ἐλέφαντας ἑνὶ ἀκοντίῳ φονεύοντα, *una ſagitta elephantes interficientem.* Quod & Mſ. prae ſe fert, ut nunc deprehendi, cum haec ex meis ſchedis, in quas ante viginti quinque annos has coniecturas inſcripſeram, excerperem, ut dubium nullum reliquum ſit, vere me coniecciſſe. GRAEV. Inſolens admodum haec phraſis, nec Luciani manum hic agnoſco, neque in his in Dial. Prot. & Plut. ſeu N. Δ. 23, καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ. In L. uti & in G. ἑνὶ, quod commodius, ſed nondum mihi rectum videtur. M. vulgatum ἐν retinet. Elephantos autem, quamvis haec quidem Ariſtobuli fabuloſa erat narratio, conto transfixos Romae legimus a Commodo aliiſque. V. Ael. Lamprid. cap. 12 & not. Caſaub. *virium ad conficiendas feras tantarum fuit, ut elephantum conto transfigeret.* SOLAN. Etſi praepoſitio abundans pro ablativo inſtrumenti recte adeſſe poteſt, ut pluribus probavi

ad Herodot. c. 5, & ante me Hemſterh. ad Dial. Mort. XXIII f. ubi καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ, quae verba Solanus immerito ſuſpecta habet, tamen hic aliquantum languet hiſtoria: itaque ἑνὶ ἀκοντίῳ unice verum eſſe ſtatuo, & recepiſſem profecto, ſi numerum elephantorum, qui excidiſſe videtur, addere ex aliquo Codice vel editione poſſem. Senſus enim poſtulat, ut *uno iaculo plures elephantes* (ſimul) *traieciſſe* dicatur Alexander, ac tum adulatio nimia, quam Lucianus redarguere vult, ſeſe prodit, quae iam in vulgata lectione nulla eſt; tum vero iuſta Alexandri patet ira, cum ἀδύνατα adeo, ſive manifeſto falſa ipſi tribuuntur. Licet enim pluralis ἐλέφαντας ſufficere videatur, & vel ſic longe melior ſenſus ſit, quam vulgatae, tamen hiat aliquantum oratio, niſi *duos* vel *tres* addideris. Miror, Solano haec in mentem non veniſſe, qui tam ſtudioſe haec verba videtur excuſſiſſe. Cum ſenſus τοῦ ἑνὶ tam facile pateat. Fateor enim, nihil novi eſſe ſingulos elephantos contis traiectos, ſed parvo iaculo, quod diminutivum ἀκοντίον notat, unoque ictu duos transfixos, hoc erat miraculum. Ἐπὶ κεφαλὴν autem ſi non de capite libri, an igitur de capite auctoris intelligendum, quod Alexander petens librum ſimul in aquam proiecerit? poteſt enim ἐπὶ intelligi *verſus, ad*; ita ut liber directus *verſus* auctoris caput, etſi non tetigerit, in mare ſit proiectus. At ſequens σὲ δὲ, id non permittit. REITZ. Praeeuntibus Codd. G. L. & Mſſ. Regg. 2954 & 2956, reſcripſimus ἑνί quam lectionem etiam ſecutus eſt in ſua Luciani verſione cl. B. de Ball.

ead. l. 8. Ἀρχιτέκτονος) Dinocratis ſcilicet, cuius hiſtoria ſcitu digna. Is cum Alexandro innoteſcere cuperet, nec facilem ad eum aditum reperiret, ad hanc tandem artem confugit. Unctus & corona populea redimitus, pellem etiam leoninam, cetera nudus, induit: eoque ornatu locum petit, qua Alexandro iter futurum ſciebat. Eo viſo rident comites, Alexander ipſe novo ſpectaculo illectus hominem alloquitur, & mox ſuſcipit. Hinc tanta viri fortuna, quam ut aulicae artes aedificaverant, ita adulatio nimia deinde ſubvertit. Vid. Vitruvium in praef. At Plutarcho *Staſicrates* audit, non *Dinocrates*, 597, 2. Sed Dinocratis etiam nomine occurrit ap. Plin. & Strab. VII, qui Alexandriam ab eo, ad Chlamydis formam deſcriptam & conditam memoriae prodidit. Vitruvius quibuſdam a Luciano hic prolatis refragatur. Eandem hiſtoriam habes iterum v. Eik. c. 9. SOLAN.

Pag. 174, *l.* 1. Ἐπανθήσῃ) Angl. ἐπάνθισε. BOURD. Οἴονται γὰρ ἄμεινον ἔξειν τὴν ὄψιν, ἢν ὁ γραφεὺς αὐταῖς ἐρύθημά τε

πλεῖον ἐπανθήσῃ, καὶ τὸ λευκὸν ἐγκαταμίξῃ πολὺ τῷ φαρμάκῳ. Recte interpres: *arbitrantur enim, melius se habituram faciem, si pictor illis plurimum ruborem illinat, & pigmento multum candoris admiſceat.* Sed pro ἐπανθήσῃ ſcribendum ἐπανθίσῃ. Accedit proxime liber Anglicanus, quem vidit Bourdelotius, qui legit ἐπάνθισε. Ἀνθίζειν & ἐπανθίζειν eſt pingere, floridis coloribus inficere. Herodot. Cleio, ἠνθισμένοι φαρμάκοισι προμαχεῶνες, *propugnacula picta variis coloribus.* Noſter inferius in hoc ipſo libro: Οἱ δὲ ἔπλαττον μόνον, καὶ ἔπριον τὸν ἐλέφαντα, καὶ ἔξεον, καὶ ἐκόλλων, καὶ ἐῤῥύθμιζον, καὶ ἐπάνθιζον τῷ χρυσῷ, *illi vero tantum formabant & ſecabant ebur, & poliebant, & conglutinabant, & concinnabant, & auro inducebant.* Sophocl. οὐ γάρ σε μὴ γνῶσιν ὧδ' ἠνθισμένον, *te enim non cognoſcent ſic coloratum.* Syneſius: καὶ εὐθὺς ἐπανθεῖ μοι κατὰ τῆς παρειᾶς ἐρύθημα, *& ſtatim mea gena rubore perfundebatur.* Ἄνθος ſaepe eſt color. Ἄνθη τῶν εἰκόνων ſunt picturae Philoſtrato. Heſych. ἄνθη χρώματα. Moſchopulus τῶν ὀνομάτων Ἀττικῶν συλλογῇ· ἀπὸ τοῦ τῶν βοτανῶν ἄνθους λέγεται ἄνθος κατὰ μεταφορὰν τὸ χρῶμα. ὃς παρὰ τῷ Φιλοστράτῳ τῷ τῆς ἰδης ἀνθεῖ ῥαίνεται, ἤγουν τῷ χρώματι. ἔστι δὲ ἰδη βοτάνη τις· καθὸ λέγεται ἀνθοκρόκοισι πήναις παρ' Εὐριπίδῃ. Sic legenda ſunt haec verba. Locus Euripidis eſt in Hecuba v. 468: Ἐν κροκέῳ πέπλῳ Ζεύξομαι ἅρμασι πῶλους Ἐν δαιδαλαίαισι ποικίλλουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις. Ubi interpretes peſſime: *in crocea veſte iungam currui equos, in artificioſis variegans croceo flore decoris tapetibus.* Ἀνθόκροκοι πῆναι ſunt fila variis coloribus tincta, licia diverſorum colorum. Πῆναι μίτος, κρόκη, ſubtemen, fila. Χρυσόπηναι veſtes aureis filis pictae: Virgil. *picturatae auri ſubtemine veſtes.* Reſtituenda eſt haec vox Polluci lib. X, c. 10, ubi recenſet vocabula ad lanificium & textrinam pertinentia: καὶ πήρα καὶ πηνίον κατάγειν, καταγαγεῖν. Interpres: *peram fuſum ducere, deducere.* Quid lanificio cum pera? lege πῆνα. Euripides autem ſic vertendus: *in crocea veſte iungam currui equos, artificioſis pingens diverſicoloribus filis.* Ἐν δαιδαλαίαισι ποικίλλουσα eſt pro ἐνποικίλλουσα δαιδαλαίαισι. GRAEV. Ἐπανθίσῃ) Ad hanc ſcripturam accedit Anglic. Cod. quae in P. plane habetur. In vulgatis ἐπανθήσῃ. Vid. infra cap. 55 SOLAN.

ead. l. 5. Θεραπεύοντες) Angl. Θεραπεύσθαι. BOURD. Sic infra c. 40, εἰ δὲ τὸ παραυτίκα τὶς θεραπεύοι &c. aliam lectionem hic Codd. A. W. P. & L. praeferunt, haud ſane ſpernendam, nempe θεραπεύεσθαι· quam ſi admittas, ſupple ὡς. Sed in W. aliter prius fuerat, SOLAN.

ead. l. 9. Πάσῃ) Distinctione iuvimus hunc locum & interpretatione. Iungebant *ἱστορίᾳ πάσῃ*, & interpretabantur *omni historiae*: sic laborabant sequentia. Nobis *πάσῃ* est aoristus primus ex *πάσσω* vel *πάττω*, quod de coloribus & pigmentis usurpari notum est. GESN.

ibid. Τὰ ἄλλα) Hic aliquid desideratur. An *μὴ παραλείποι*, vel *παραλήψῃ*; GUYET. Recte vidit Guyet. aliquid desiderari in vulgata, quae erat, *τῇ ἱστορίᾳ πάσῃ, τὰ ἄλλα* &c. sine sequente verbo, quod ad *ἄλλα* referatur, & sine ullo sensu: sed mutata a Gesnero distinctio mihi omnia sanare videtur; quare illam laetus amplector. REITZ.

ead. l. 10. Τοῦ λόγου) Post hanc vocem excidit verbum, sine quo stare sententia non potest. Quodnam autem verbum exciderit, quis sine Mss. ope divinabit? Vorstius coniicit, ante *τὰ ἄλλα* reponendum *ἐστὶ καὶ*, vel simile quid. In W. & ed. *Fl.* deest *πάσῃ*, agnoscit P. (Hic aliquid deest, huic simile *ἄλλα μεμίχθωσαν, ἃ σὺν* &c. *Longol.*) Ego pro *πάσῃ τὰ* legendum censeo *ἐπιπαττέτω τὰ*, ut *ἀναβ.* c. 22. SOLAN.

ead. l. 13. Ἔναγχος — *πρώην*) Ex hoc loco discimus, quo tandem tempore patriam post primas peregrinationes revisserit Lucianus. Neque enim dubium est, quin de reditu in patriam hic locus sit intelligendus, de quo in Somnio c. 9, post peragratas Italiam & Galliam; cum ex Peregr. morte pateat cap. 35, satis fuisse ei temporis ad utramque visendam, & ex Somnio c. 9, patrem ibi habuisse obviam, constet. Certe hinc in Ionia circa annum Christi CLXIII fuisse, liquido constat: quo tempore iam annos ad minimum XII abfuisse a patria ex *Περ.* cap. 35, cum quater Olympia vidisset, certum est. Unde proclive est iudicare, quae de sua vita in Somnio habet, consideranti, patriam tunc primum revisisse. Quod hic ad Chronologiam Lucianeam feliciter adstruendam substernendum fuit. Observanda autem hic est vis verbi *ἔναγχος*, quod recentius quid notat, quam quod mox sequitur, *πρώην*. Rem unico exemplo illustrabo. In *Ἀποκηρ.* c. 2, quod apud iudices a se *πρώην* factum rem simpliciter narrans dixerat; cum deinde ad argumenta ventum est, ut pondus rei addat, dum *nuperrime* factum esse ad causam facere videtur, non iam voce *πρώην*, ut prius, dum nihil tale agebatur, sed voce *ἐνάγχως* utitur c. 13, cuius vim mox paucis interiectis sequens *εὐθὺς* eam esse, quam contendo, satis ostendit. Unde iam eviciisse mihi satis luculenter videor, reditum Luciani in patriam flagrante eo bello accidisse, cum in Graecia iam eiusmodi histo-

rias recitari vulgo audierit, & mox in Ionia eiuſdem farinae ſcripta, ante confectum id bellum nuperrime viderit. SOLAN.

ead. l. 14. Πρώην) Cf. mox c. 17 pr. & Ἱστ. α', c. 33. SOLAN.

Pag. 175. *l.* 3. Παρὰ πόδα) Recte Angl. Cod. περί. Sic Apolog. de Merced. cond. De hoc proverb. Heſych. Pollux, Caſaub. ad Charact. Theoph. BOURD. An conveniens, i. e. τῷ ποδὶ ἁρμόζουσα; GUYET. Περὶ πόδα τῇ ἱστ.) Ex Angl. W. P. & L. pro vulgato παρά. Caſauboni (ad Theophr. Char. p. m. 138.) ulterior emendatio eſt; nempe τῇ ἱστορίᾳ. Certe in ed. *I.* cum iota ſubſcripto ultima vox cernitur. Ἀπολ. μισ. c. 4. Ratio proverbialis iſtius locutionis a calceis petita eſt, de qua idem Caſaubonus ibid. SOLAN. Omnino probanda lectio περὶ πόδα. Acumen in eo ineſt, quod narrat non hiſtoriae accommodatum genus dicendi, ipſumque adeo exordium, ſed hiſtoriam ita inſtituram, ut ea poëticum & fabuloſum exordium deceret. *Exordium* eſt velut pes, cui tanquam calceus accommodetur reliqua inepti ſcriptoris hiſtoria. GESN.

ead. l. 4. Ἀχιλλεῖ) Homer. Il. B, 216. SOLAN.

ead. l. 7. Εἰ πρόσθεν &c.) Homer. Iliad. X, 158. SOLAN. Si ipſum Homeri verſum voluit referre Lucianus, ſic mutandus erit: Πρόσθε μὲν ἐσθλὸς ἔφυγε, δίωκε δέ μιν μέγ' ἀμείνων. Sed quia ſenſus vulgatae ſanus eſt, & mutatio nimia foret, nihil in textu immuto, alluſionem tantum, non recitationem, eſſe credens. REITZ.

ead. l. 9. Ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἐγκ.) Arrianum imitabatur, qui initio libri de geſtis Alexandri ſe ipſum μάλα φορτικῶς ἐπαινεῖ. LA CROZE. Αὐτοῦ, quod in edd. hic legebatur, in αὑτοῦ mutandum eſſe, bene monuit cl. B. de Bali.

ead. l. 13. Φροιμίου) Ubi in omnibus aliis editionibus, uti & in hac Salmurienſi, recte legatur ἐπὶ τέλει τοῦ φροιμίου, ſoli Amſtelaedamenſis editionis procuratores dederunt προοιμίου, ignari ſcilicet, Graecos & προοίμιον & φροίμιον dicere, & Lucianum etiam ſaepe alibi hoc maluiſſe. IENS. Nihil variationis hic loci notaverat Solan. Cum vero Ienſius dicat, ſolam *Amſt.* legere προοιμίου, ipſe edd. contuli, vidique recte hunc obſervaſſe, edd. vett. habere φροιμίου; excepta tamen etiam Pariſina, quae aeque ac Amſt. προοιμίου habet: quod quidem non ideo noto, ut eum redarguam in re nullius momenti, ſed ut Graevianam editionem, alioqui peſſime habitam a typographis & correctoribus, hic excuſem; quia ſuum προοιμίου ex *Par.* deſumere potuere. Rectius autem hic propter conſenſum, φροιμίου edi certum eſt, idque aeque Graecum eſſe at-

que alterum, vid. apud Aeſchyl. in Agam. p. 213, & in fragm. Callim. Bentleianis, N. CCXXIII, Τοῦ τε μηθυπλήγος φροίμιον Ἀντιλόχου. REITZ.

Pag. 176. *l.* 2. Αἴτια ἅμα τῆς τοῦ πολέμου ἀρχῆς διεξιών) Non hae voces notant, *ſimul & cauſas, unde id bellum coepiſſet, commemorando*, ut vertit Benedictus plane ex imitatione Micylli, (& vix legas αἴτια ἀρχῆς, cum ſufficiant αἴτια πολέμου) ſed *cauſas ſimul principio belli aggrediens*, quod ſatis patet ex ipſis, quae ſubiiciuntur excerpta verba. GRON.

ead. l. 3. Οὐολόγεσος) Apud Xiphilinum ſcribitur Οὐολόγαισος. V. Adr. 264 B. Anton. 269 B. & 270 C. D. & ſeqq. In nummis ΒΟΛΑΓΑΣΗΣ conſtanter legi, monet me Io. Maſſon. Vide Spanhem. SOLAN.

ead. l. 6. Ἀρχὴν) Sic enim incipit hiſtoria Thucydidis: Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου. Vides omnia verbotenus ab hoc deſcripta, praeter ultimam vocem, quae forſan Luciani tempore in Codd. Thucydidis eo modo legebatur, quo a Calpurniano ſcripta eſt. De συνέγραψε pro ξυνέγραψε Thucydidis, nimis minutum videatur: promiſcue ap. Lucianum ſcribitur, neque adeo mutandum, quamvis ſequatur ξυνισταμένου. SOLAN.

ead. l. 8. Καὶ Θυμοῦ τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν) Quid, oro, χαρίεντα cum Θυμώδεσι; & quis ille Θυμὸς vel animus Atticus, quem offerunt interpretes? Scribe χαριεστάτην καὶ Θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀπ. hoc eſt, *feſtiviſſimum & thymum Atticum ſpirans.* Eſt enim alluſio ironica ad Hymettia mella, & alibi uſus eſt. Mox recte ab Iac. Micyllo Πομπηίου πολίτης redditur *Pompeiopolita*, ut cognoſcas, errorem unius Benedicti non eſſe tanti, ut ex eo incrementum capere debuerit alter, quem in hac editione annotatum vides, & auctor diſſertationum de praeſtantia numiſmat. pag. 529. Et an non alter alterum inſpexit? GRON.

ibid. Θυμοῦ) Καὶ τὴν ἀρχὴν ὡς ἐκεῖνος, σὺν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι ἦρξατο, χαριεστάτην ἀρχῶν ἁπασῶν, καὶ Θυμοῦ τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν. Interpres: *Cum ſuo nomine principium duxit, ut ille, feſtiviſſimum illud principiorum omnium, animumque Atticum ſpirans.* Inepte animus Atticus tribuitur exordio. Lucianus ſcripſit, χαριεστάτην ἀρχῶν ἁπασῶν, καὶ Θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν, *elegantiſſimum omnium exordiorum & thymum Atticum redolens*, hoc eſt, Atticam elegantiam; ut dudum emendandum oſtendi in lectionibus Heſiodeis. Pertinet huc, quod

Philoſtratus minor lib. 11 εἰκόνων de Pindaro prodidit: Αἱ δὲ εἴσω μέλιττται περιεργάζονται τὸ παιδίον, ἐπιβάλλουσαι τὸ μέλι, καὶ τὰ κέντρα ἀνέλκουσαι, δέει τοῦ ἐγχειρήματος. ἐξ Ὑμήττου τάχα ἥκουσι, καὶ ἀπὸ τῶν λιπαρῶν καὶ ἀοιδίμων Ἀθηνῶν· καὶ γὰρ τοῦτο οἶμαι αὐτὰς ἑστάξαι Πινδάρῳ. *Quae vero intus apes ſunt, infantem curant, labris mel infundentes, aculeoſque, ne puerum laedant, contrahentes. Ex Hymetto fortaſſe veniunt, & pinguibus inclitiſque Athenis: hoc enim ipſum, puto, Pindaro inſtillaſſe;* mel nimirum Hymettium. GRAEV. (Immo ipſa haec verba. V. not. noſtr. ad 599 C. D. *Solan.*) (Symmach. Ep. III ad Auſon. Erat quidem illa Achas ſalibus conſperſa & thymo odorata. Terentian. de Metr. p. 2437, n. 9. *Hemſt.*) Θύμου recte erat in *P.* ſola. In ipſo M. prave θυμοῦ. SOLAN. Non dubitavi, θύμου praeferre vulgatae, quae θυμοῦ habebat, vertebatque *animum Atticum ſpirans;* quod nihili eſt, & ex accentu male poſito natum. Herbam autem *thymum* Athenis multum in uſu fuiſſe, vid. Scholiaſt. ad Ariſtophan. Plut. 253 & 283, apud quem priore loco vertitur *cepa*, & pauperum cibus fuiſſe ab Schol. traditur; altero vero, *thymus*. At herba *thymus*, quam & hodie *thym* vocamus, multum differt ab cepis. *Thymum* herbam deſcriptam vid. ap. Dioſcor. L. III, cap. 37. Ubi Matthiolus eam & Graece θύμον vocari notat, & figuram addit: de cepis vero ibi nihil. Nec ſatis expedit differentiam, immo confuſionem hanc, Salmaſ. ad Solin. p. 907. Sed cepas forſan ab animoſa acrimonia ſic vocatas coniicit, & cum Heſychio aliiſque Lexicographis fatetur, θύμον ſaepe *cepas* ſignificare, ſed radices herbae *thymi* eſui ineptas eſſe. Ego tamen ad herbam fragrantem *thymum* apud Lucian. reſpici cenſeo, quo cibos condivere ad guſtum atque odorem gratiorem, immo acutiorem, ſeu ſtimulantem, ac ſalivam provocantem, adeoque appetitum, ut vocamus, cientem, quo lectoribus ſimiliter movendam legendi cupiditatem deſignat. REITZ.

ibid. Κρεπέριος) Tacit. An. 14, 5, de alio quidem, ſed *Crepereius* ibi ſcribitur, & ſane in M. Κρεπέρνιος ſcriptum eſt. SOLAN. Κρεπέριος Καλπουρνιανὸς Πομπηϊουπολίτης) Inepte vertitur, *Creperius Calpurnius Pompeii civis*, pro *Pompeiopolita* vel *Pompeiopolitanus*. Lucas Holſtenius in notis ad Steph. de urbibus in ΠΟΜΠΗΙΟΝΠΟΛΙΣ. ALMEL. Quod Almelov. monet, id Micylli verſio, quam Pariſina ed. exhibet; iam habebat. Pro Πομπηϊόνπολις autem Πομπηϊούπολις reponendum erit in Almelovenii nota, quam ita exhibeo, ut in Graev. ed. exſtat. At poſteriore modo ſcribit Strabo L. XII, p. 841, (al. 562.) Er-

ror autem Benedicti inde ortus, quod in nonnullis edd. Πομπηΐου πολίτης, disiunctim ſcriptum, vel duobus tamen accentibus. In *Iunt.* vero recte erat, ut dedimus. REITZ.

ead. l. 9. Πομπηΐουπολ.) Duae huius nominis urbes memorantur: altera in Cilicia, in Paphlagonia altera. De poſteriori intelligo. SOLAN.

ead. l. 13. Κερκυραῖον — ῥήτορα) Armenium oratorem indicare videtur, qui a Romanis auxilium iiſdem verbis peteret, quibus Corcyraei apud Thucydidem ab Athenienſibus petunt. V. Thuc. l. c. &, ſi lubet, Pott. κερκυραῖα μάστιξ. 239. SOLAN. Vid. Thucyd. I, 32, adſcripſerat Solanus. Et mox ad v. ſeq. vid. Thucyd. II, 17. Et poſt tres verſus rurſum Thucyd. II, 48, nempe ad verba: ἀπὸ Αἰθιοπίας ἤρξατο. REITZ.

ead. l. 14. Νισιβηνοῖς) Niſibis, prius Antiochia Macedoniae dicta, ultra Euphraten ſita erat. De hac urbe Xiphil. in Trai. 249 & 251 C. & Spanhem. 605. SOLAN.

ead. l. 16. Πελασγικοῦ) Vid. Thucyd. II, 17, qui nefas duxiſſe Athenienſes obſervat in eo loco quemquam habitare, quem tamen ſcrupulum neceſſitas obſidionis exemit. Adde Plin. VII, 56. Pauſ. Att. Plut. Them. App. Mithr. De *μακρ. τειχ.* vid. Thucyd. I, 96, 107; II, 13. SOLAN.

Pag. 177. *l.* 2. Λοιμώξαντες) Vid. infra Alex. c. 36. REITZ.

ibid. Ἀπὸ Αἰθιοπίας) Cur autem ex Aethiopia uſque nugator ille petierit, aperiet lectus Thucydides. (II, 48.) Apud hunc enim initium peſtis illius, ex Aethiopia, quae per Aegyptum graſſata, ac Lybiam, Perſarumque imperium, in Athenienſes tandem irruit: quod inſulſus hic ſcriptor ſecutus, contra fidem hiſtoriae ad ſua tempora tranſtulerat. Coepit enim Seleuciae; vid. Capitol. in Vero c. 8, & in eum locum Salmaſii notas; & Amm. Marcell. Quae res obſervata Medico ſummo huius aetatis Richardo Mead perſuaſit, peſtem eſſe morbum Africanum, qui aliis in regionibus nunquam naſcatur, ſed ex Aethiopia ad alias gentes, ſi res recte inveſtigetur, ſemper per contagium perlatus inveniatur. Vide librum, quem Anglice *de Peſte* edidit, Latine etiam in exterorum gratiam in Hollandia excuſum. SOLAN.

ead. l. 4. Ἐν ἐκείνῃ γε ἔμεινεν) Hoc quid velit, & quam callide a Luciano hic additum ſit, haud facile intelliget, cui temporis illius hiſtoria menti non obverſabitur. Non conſtitit enim illic peſtis, quam vanus ille ſcriptor in hoſtes Romanorum ſolos immiſerat, ſed a Veri exercitu in Occidentem illata, per Italiam, Germaniam, alias credo etiam Europae regio-

nes graſſata eſt, teſte Capitolino in M. Aurel. c. 13. De ea intellige etiam, quae in Ἀλεξ. leges c. 36. Credo itaque, cum haec ſcriberet Lucianus, coepiſſe iam apud Romanos peſtem illam; indeque factum, ut ſic ironicas gratias Hiſtorico illi ageret, qui eam tam caute in Meſopotamiae finibus defiiſſe fecerat. SOLAN.

ead. l. 6. Ἀθηναίους) Athenienſes urbane admodum vocat, qui revera Romani erant, quia a Thucydide omnia mutuabatur fatuus ille, apud quem Athenienſes moriebantur. Nemo ergo de emendatione cogitet textum depravatura. SOLAN.

ead. l. 7. Ἐπιεικῶς) *Valde.* GUYET. Vid. Schol. ad Gall. c. 23, ubi ἐπιεικεῖς τινας, & Paraſit. c. 48. SOLAN. Verum ἐπιεικῶς Bud. in Lex. vertit *mediocriter.* Et in Herodian. ἐπιεικὴς *manſuetus, placidus,* vertitur a Boeclero; vid. eius Indicem. Qui igitur haec concordant? Concordant eodem modo, ut ἱκανὸς, quod *ſufficiens* notat, ac tamen plerumque pro *multo*, immo & quod modum interdum excedit, accipitur. Sic ἐπιεικῶς medio ſignificatu erit, *quod decet, quantum par eſt;* at ſi πολὺς accedit, *quam multum* ſignificare, nihil mirum. De ἐπιεικὴς vid. Schol. ad Gall. c. 23. REITZ.

ead. l. 9. Ἐντρέπας—οὐ δι' αὐτὴν) Locus corruptus. GUYET. Hic deeſt aliquid. LONGOL. Hic locus aſteriſco in ed. *I.* notatur, ut mutilus, credo: quamquam de aſteriſco nihil monet editor Antonius Francinus. V. Ἀποφρ. Ego certe depravatiſſimum iudico. SOLAN.

ibid. Τὰ αὐτοῦ ἐκείνου λέγοι τις μικρὰ κἀκεῖνα, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης) Sane perperam Benedictus corrupit ſententiam huius loci, vertendo, ac ſi omnia Luciani eſſent, *ea, quae ſunt ipſius, diceret quiſpiam, parva & illa, ut ipſe dixeris etiam*, quae ſunt oppido inſipida & inſulſa. Contra peccavit Micyllus, nimium curioſe vel potius inepte exprimendo ea, quae tanquam exempla ex Thucydide ſumta & paſſim ab illius temporis ſcriptoribus infulta Lucianus producit, in quibus putat quoque eſſe has ipſas medias voces, cum eae ſint merae Lucianeae. Vertebat enim, *ea, quae ſunt ipſius illius, dixerit quiſpiam, ut* μικρὰ κἀκεῖνα, *hoc eſt, parva & illa, &* ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, *id eſt, ut etiam ipſe dixeris.* Ut debes igitur, intellige, *iſta, quae ſunt eius ipſius, dixerit quiſpiam, parva quoque illa, ut* ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, οὐ δι' αὐτὴν γὴ Δία, κἀκεῖνα ὀλίγου δεῖν παρέλιπον. Quae tria ſunt fruſta imitationis perverſae. GRON.

ead. l. 10. Ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης) Καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ἐπιεικῶς πολὺ νῦν ἐστι, τὸ οἴεσθαι τοῦτο εἶναι τοῖς Θουκυδίδου ἐοι-

κότα λέγειν, εἰ ὀλίγον ἐντρέψας, τὰ αὐτὰ ἐκείνου λέγοι τις μικρὰ κἀκεῖνα, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης. οὐ δι' αὐτὴν νὴ Δία, κἀκεῖνα ὀλίγου δεῖν παρέλιπον. Salmurienſis: *Nam rurſus abunde illud ſuppetit, putare hoc eſſe Thucydidi ſimilia dicere, ſi parum reveritus, ea, quae ſunt ipſius, diceret quiſpiam, parva & illa, ut ipſe dixeris etiam. Non ob eam cauſam per Iovem, & parum abfuit, quin illa praetermiſerim.* Ecquid poterat monſtroſius? Eſtne qui intelligat, quid interpres ſibi velit. In Graecis verbis nihil eſt, quod paulo humaniorem moretur. Illorum vero haec eſt ſententia: *Et hoc namque valde frequens nunc eſt, quod putent Thucydidem egregie ſe referre, ſi paululum mutatis Thucydideis quis dicat, & illa quidem parva, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης*, hoc eſt, *ut ipſe fatearis. Et iſta, per Iovem, parum abeſt, quin omiſerim.* Eſt hoc genus loquendi, *ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης*, Thucydidi frequens, quod illi ſtulti imitatores, ſervum pecus, ſaepius inculcabant, aliaque, paucis immutatis, quod & avorum noſtrorum memoria in illis, qui Ciceroniani volebant videri, non raro fuit exagitatum ab iis, qui veram Ciceronis imitandi rationem tenebant. GRAEV.

Pag. 178. *l.* 7. Πλὴν ἀλλὰ μετρ.) Prava verſione pervertit interpres omnem horum verborum elegantiam iuxta & ſenſum, *πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης οὗτος ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτίκα δῆλος ὢν, οἷος ἦν, ἄλλῳ δέ τινι χαριέντι, καὶ δυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι πεπονηκὼς*, reddens, *verum modeſtior eſt hic privatus, qui qualis ſit, ſtatim apparuit, atque alteri cuipiam, qui ſit gratus, & hiſtoriam poſſit aggredi, materiam ſubminiſtravit.* Praeterquam quod *χαρίεις* hic non eſt *gratus*, ſed *doctus, politus*, ut ad hunc locum animadvertit Graevius *ὁ χαριέστατος, ἦν* in hac periodo non *eſt*, nec *ſit*, ſed *eſſet* vel *foret*, vertendum fuit, ut ſaepe: vide ſis, quae ſupra lib. 1, c. 4, notavimus. Ceterum dixerat Noſter, inter alios, quos malos viderit hiſtoricos, fuiſſe, qui nudam, ſterilem, & exilem corraſiſſet rerum farraginem, ſtilo pedeſtri, humi repente; non ſecus quam ſi miles quidam, quae ſingulis diebus gerantur, annotans, ea compoſuiſſet; vel faber, vel lixa caſtra ſequens. *Niſi quod* (ſic verto, quae porro Noſter ait) *melius modum teneret rudis ille & impolitus, qui ſtatim, qualis eſſet, cognoſci poſſet, quique impendiſſet hunc laborem, eum ornandum daturus alii cuipiam polito ac erudito, & ad conſcribendam hiſtoriam ſatis docto viro.* Sic locus hic intelligendus, pro vulgato *πεπονηκὼς* ex Graevii MS. *προπεπονηκὼς* lecto, verbo huic l. ut recte vir cl. iudicat, convenientiſſimo. Verbum *προπονέω* habet quidem H. Stepha-

nus, nempe in Theſauri Appendice; ſed qualia ibi multa, nulla auctoritate ſubnixum: quod mirum, cum non modo hic in MS. verum etiam quater alibi Lucianus id uſurpet: nimirum in Vitar. Auctione c. 23, in de Gymnaſiis c. 9 & 26 f. ac in Rhetorum praeceptis c. 3. Huc pertinet πρόπονος, quod ab Heſychio exponitur εὐκρατὴς, εὔφημος, πρόχειρος, ἕτοιμος, ἀνεμπόδιστος. Sed perperam in Heſychio ſcribitur πρόπωνα pro πρόπονα. IENS.

ead. l. 9. Χαριέντι) De illo, qui nudos belli illius commentarios ediderat, perinde ac ſi nauta aut caupo annotaſſet, quae in caſtris eſſent geſta: πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης οὗτος ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτίκα δῆλος ὢν, οἷος ἦν, ἄλλῳ δέ τινι χαριέντι, καὶ δυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι πεπονηκώς. Interpres: *Verum modeſtior eſt hic privatus, qui qualis ſit, ſtatim apparuit, atque alteri cuipiam, qui ſit gratus, & hiſtoriam poſſit aggredi, materiam ſubminiſtravit.* Num ὁ χαρίεις eſt gratus? nugae. Οἱ χαριέντες Graecis ſunt homines docti, politi, elegantiore doctrina exculti. Sic οἱ χαριέντες apud Ariſtotelem frequenter opponuntur τοῖς πολλοῖς, plebi, ſive indoctis, idiotis. Οἱ χαριέστατοι τῶν ἰατρῶν apud Noſtrum alibi, *doctiſſimi Medicorum.* Dein pro πεπονηκὼς legendum ex Mſ. προπεπονηκὼς, eleganter. Sic igitur hunc locum verte: *Verum modeſtior eſt hic ineruditus ſcriptor, qui ſtatim, qui ſit, oſtendit,* (ſive, *cur ſic ſcripſerit, prodit*) *alii doctiori, & qui par ſit hiſtoriae ſcribendae, materiam praebuit.* Quod & Ciceronem, in commentario ſui conſulatus, & Iulium Caeſarem in commentariis de bello Gallico & civili ſecutos eſſe, veteres referunt. Προπονεῖν eſt eleganter in alicuius gratiam laborare, operam alicui rei navare alterius commodo, *lemand voor arbeiden*, ut eodem modo loquuntur Germani & Belgae: quae notio huius vocis a Lexicorum ſcriptoribus non fuit obſervata. Paulo poſt Tragicam inſcriptionem librorum vocat, plenam tumoris, & faſtus, cum quis magnifica nomina ſibi & libro imponit. Τοῦτο μόνον ἠτιασάμην αὐτοῦ, ὅτι οὕτως ἐπέγραψε τὰ βιβλία τραγικώτερον, ἢ κατὰ τὴν τῶν συγγραμμάτων τύχην, Καλλιμόρφου ἰατροῦ τῆς τῶν Κοντοφόρων ἕκτης ἱστοριῶν Παρθικῶν. Tragicam inſcriptionem vocat, quod ſuo nomini Καλλιμόρφου adiecerit ἰατροῦ τῆς τῶν Κοντοφόρων ἕκτης, quia hoc & a veterum conſuetudine eſt alienum, & faſtum prae ſe fert quendam tragicum, hoc eſt, qualis regibus in Tragoediis tribuitur. Inde illud Satyrici: *Grande Sophocleo bacchatur carmen hiatu.* Sic inferius c. 23, Καὶ μὴν καὶ ἄλλους ἴδοις ἂν τὰ μὲν προοίμια λαμπρὰ, καὶ τραγικὰ, καὶ ἐς

ὑπερβολὴν μακρὰ γράφοντας, *at vero alios etiam reperias, qui prooemia ſplendida, tragica, & ſummopere pralixa ſcribant.* Quid ſi Lucianus vixiſſet noſtro tempore, & vidiſſet & inſcriptiones librorum portentoſas, nihil non grandibus verbis promittentes, & auctorum magnifica nomina, non uno verſu contenta, ut miſer Callimorphus prae his ſit modeſtiſſimus, quantum nigri ſalis illi fuiſſet perdendum, ad hanc inſaniam emendandam? Cum dicit κοντοφόρων τῆς ἕκτης, ſubauditur τάξεως, centuriae ſextae haſtatorum medicus. Τάξις eſt centuria, ut *ordo* apud Latinos. Hinc *ordinis ductor* centurio. Iuſtin. *Ordines nemo, niſi ſexagenarius, duxit.* Duae τάξεις erant σύνταγμα, hoc eſt, manipulus: τάξις non eſt legio, ut Latinus cepit interpres. GRAEV. *Iunt.* Χαρίεν-τι, quod ſolet ſaepe, ut paulo ſupra ἐν-τρέλλας, & infra, οὐκ οἶ-δ' pro οἶδα, item οἶ-α pro οἶα. Nec tamen eſt ſuſpicio, eam toties unum vocabulum in duo diſpeſcere voluiſſe. De ſignific. voc. χαρίεις, pro *erudito*, confer infra Mort. Peregr. c. 39, Εἰ μὲν οὖν ἰδοιμί τινα χαριέντα· ubi eodem ſignificatu, quem Graev. hic oſtendit. REITZ.

ead. l. 10. Προπεπονηκὼς) G. W. & P. In impr. πεπονηκώς. SOLAN.

ead. l. 13. Ἰατροῦ τῆς τῶν κοντοφόρων ἕκτης) Interpretantur, *medici haſtatorum legionis ſextae;* quam quidem interpretationem reiicit ordo, ferieſque & poſitio articulorum, quae omnino alia eſſe debebat. Tum in Pſeudomanti occurrunt voces illae, στρατιώτας δύο λογχοφόρον καὶ κοντοφόρον. Cuperem ex illis ſcire, quinam ex his accederet ad haſtatos? at ibi Benedictus ex Eraſmo, *alterum lanceа, alterum conto armatum*, non haſta. Quod me attinet, opinarer rectius verti poſſe ex Inſcriptionibus, quas video exſtare, *Dianae. T. Fl. Flaccus. praef. alae. Ulp. contariorum;* vel *Dianae. ſacravit. T. Fl. Italicus. praef. alae.* 1. *Ulp. contar. c.* X. Sic optime verba Graeca noſtri auctoris intelligi poſſunt, *medici ſextae contariorum*, nempe alae. GRON. Malo *legionem* intelligere, donec *Centuriae* cuique Medicum aſſignatum oſtendatur. *Cohortem* tamen alii malunt, quia nullibi *Legionis haſtatorum* mentio fit, inter quos vir doctiſſ. La Faye. Certe τάγμα Graecis eius aetatis & Luciano ipſi Legio eſt, infra c. 31. SOLAN.

Pag. 179. *l.* 4. Ἱπτρείην) Conſule Hippocr. qui ἱητρὸς & ἰητρείην, ni fallor, habet. Cum enim inſulſus iſte a vulgata loquendi conſuetudine in hiſce receſſerit, & ad magiſtri Hippocratis dialectum ſe converterit, ſic ſcripſiſſe, uti Hippocrates ſcripſerat, neceſſe eſt; quod & in reliquis vocibus a Luciano

hic allatis obſervatur. Noſter tamen ἰητρικὴν, non ἰητρείην, cum Ionice ſcribit, vocat. Vid. Συρ. c. 18. SOLAN. Quod Solanus non coniecit, ſed recte vidit, Ionica dialecto hoc vocab. ſcribendum; id adeo verum eſt, ut Mſ. ne quidem indigeamus: quare id invitis edd. recepi. REITZ.

ead. l. 11. Συνηρώτησε τοὺς ἀναγιγνώσκοντας) Dialectice cum lectoribus diſſertavit; ut cis pauca, ἀλλὰ συνηρωτημένα καὶ συνηγμένα κἀκεῖνα. Sed dialectice interrogata collectaque etiam illa. MARCIL.

Pag. 180. *l.* 7. Ἢ αὐτὸν εἰπεῖν) Faceſſat illud μᾶλλον, quod Pell. intrudit, in aliis Codd. & edd. autem rectius abeſt, cum ſatis per ſe elliptice intelligi ſoleat, ut in Evang. Luc. XVIII, 14, κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἢ ἐκεῖνος. Ad quae verba plura L. Bos. Conf. nos ſupra ad Dial. pro Lapſ. c. 12, ubi μᾶλλον etiam poſt ὅσος omitti ſolere notavimus, & forſan pluribus indicabimus infr. ad Gall. c. 18. REITZ.

ead. l. 8. Ἀμνημονεῦσαι) Citatur e Laërtio τὸ ἀμνημονεύειν. GUYET. Ἀμνημονεύειν eodem ſenſu dixit Laërt. quod ego ad Laërtium obſervavi. *Immemoria* ſimiliter pro oblivione uſurpavit Papinianus l. 44 de acquirenda vel amittenda poſſeſſione: *peregre profecturus pecuniam in terra, cuſtodiae cauſa, condiderat: cum reverſus locum theſauri immemoria non repeteret, an deſiſſet pecuniam poſſidere.* MENAG. Ἀμνημονεῦσαι non oblivionem hic ſignificat, ut viro ſummo viſum. Sed verti neceſſario, uti fecimus, debet. V. Ὀρχ. c. 20, ubi quidem ἀμνημονέω eſt, ut & apud Thucyd. III, 40. At hic apud Lucianum eodem modo uſurparunt vides ἀμνημονεύω. In W. tamen ἀμνημονῆσαι legitur. SOLAN.

ead. l. 9. Ἔρχομαι ἐρέων περὶ Ῥωμαίων) Vid. Herodot. I, 8, & II, 161. SOLAN.

ead. l. 11. Ὀστρέων) De hoc vid. not. Solani cap. ſeq. REITZ.

ead. l. 12. Ὅμοιος) Ante hanc dictionem eſt οὐχ in Angl. Cod. mendoſe. BOURD. Οὐχ ὅμ.) A. & P. In impreſſis nihil. Forſan ſcripſerat Lucianus, ὡς ὅμ. quod eodem redit, & facile a librario poſſet omiſſum fuerit. SOLAN. Non ita abſurda eſt lectio Codd. οὐχ inſerentium, ut Bourd. pronuntiat, poteſt enim interrogandi more accipi: nam vulgata hiat. Sed mutilum ὡς ὅμοιος legere, formula in his uſitatiſſima. REITZ.

Pag. 181. *l.* 6. Γοργὸν ἐπὶ τοῦ ὁμφαλοῦ) Ex initio Iliad. Λ, ubi Agamemnonis clypeus ſic deſcribitur. GRAEV. Vid. Hom. Il. Λ, 36, & E, 741. SOLAN.

ead. l. 9. Καὶ ζώνη ἰρισιδὴς) Angl. *iroeidès*. BOURD. Mſ.

ἠεροειδὴς, male; vide Hom. Il. Λ, v. 27. GRAEV. L. & ed. *I.* ἠεροειδὴς, P. ἱεροειδὴς corrupte omnes. M. & edd. reliquae, ut edi curavimus. SOLAN. Cum propter variationis multitudinem editionum notas admodum perplexe noraſſet Solanus, ipſas denuo conſului, & quinque priores ſic, ut edidi, habere deprehendi, cumque id firmetur ex Homero, Iliad. Λ, 27, ubi poſt memoratos eoſdem colores, etiam ſequitur, ἑκάτερθ' ἴριδος εἰοικότες, nihil iam moror ceterorum Codd. varietates. REITZ.

ead. l. 9. Ἀναξυρὶς) Vid. Spanh. 538, qui in nummis ea femoralia exhibet. De his Briſſonius aliique paſſim; vide, ſi lubet, not. ad Philoſtr. p. 34. SOLAN.

ead. l. 11. Ὀσρόου κ.) Huius iam ſupra nomen vidimus cap. 18. Vid. & c. 21; unde paret, ducem eum fuiſſe exercitus, a quo fuſus eſt Severianus. Nam quod fugientem hic audis, debetur hoc vanitati ſcriptoris. De coma Parthorum vid. Spanhem. 450. SOLAN.

ibid. Τίγρητα) Conf. hoc Dial. c. 30. SOLAN.

ead. l. 12. Κιττοῦ) Κιττοῦ, καὶ μυρρίνης, καὶ δάφνης, ἐς ταυτὸ συμπεφυκότων. Interpr. *hedera, myrto, laurogue, quae eodem loco creverant.* Sed voluit haud dubie Lucianus, frondes earum arborum ſe invicem attigiſſe, implicitas fuiſſe, & in unum quaſi coaluiſſe. VITRING.

ead. l. 16. Γὰρ) Mallem γοῦν. SOLAN.

Pag. 182. *l.* 2. Νεοπλούτῳ) Sic ſupra Tim. c. 5, & non ſemel alibi. (ex diviſione Solani: quare ſuſpicor, iam eſſe c. 7, vel 8, quod quaeſitum irem, ſi eſſet tanti.) SOLAN.

ead. l. 7. Ταρίχου) Salſamenta enim, uti & ἔντος, tenuiorum cibus. Unde proverbium ταρίχους ἀξιώτερον, quo uſus eſt Ariſtoph. in Veſpis. Vide etiam Theophr. Char. π. ἀγροικίας. SOLAN.

ead. l. 11. Πρίσκου) Bellum hic in Armenia geſſit, quod captis ab eo Artaxatis an. Chriſt. 164 confectum eſt. V. Capitol. in M. Aurelio c. 8. Statius Priſcus. SOLAN.

ibid. Ἑπτὰ καὶ ὀκτὼ) Angl. εἴκοσι. BOURD. Ἑπτὰ καὶ εἴκοσι A. G. M. P. & L. In impreſſis omnibus pro εἴκοσι legebatur ὀκτώ. SOLAN.

ead. l. 12. Ἐξέθανον) Procul dubio recte Mſ. Angl. & noſter, καὶ ὡς ἐμβοήσαντος μόνου Πρίσκου τοῦ στρατηγοῦ, ἑπτὰ καὶ εἴκοσι τῶν πολεμίων ἀπέθανον, aut, ut meus liber, ἐξέθανον. Sic mox iidem Codices Κρόνιον, non Κρόνον. Illo enim exprimere Graece voluit *Saturnium.* Κρόνος enim non *Saturninus,* ſed

Saturnus. GRAEV. Ἐξέθανον praeter Mſ. Gr. etiam M. In reſiquis ἀπέθανον. SOLAN.

ead. l. 14. Ἀρχόντων ἐπιστολαῖς) Quas epiſtolas intelligat, haud facile dixeris. Sed tum ex phraſi τῶν ἀρχόντων, tum ex hiſtoria, quae memorat, Lucium Verum, dum bellum illud gerebatur, ſediſſe Antiochiae, proclive eſt ſuſpicari de literis Priſci & Caſſii ad Imperatorem L. Verum intelligendum eſſe, quas vulgaverint Imperatores, ut tanta victoria innoteſceret. SOLAN.

ibid. Εὐρώπῳ) Urbs eſt Mediae, inquit Palmerius. In tabulis Geographicis cis Euphratem, in Cyrrheſtica ponitur. SOLAN.

ead. l. 15. Μυριάδας ἑπτὰ) Cum coniungi etiam poſſint ad ultimam numerorum claſſem conſtituendam τριάκοντα καὶ ἓξ, orietur numerus modeſtior 70236. Sed qui mentiuntur, tales minutias non curant. Mendacia, ut illa Iſtorum favorabilia, ſunt laxae interpretationis. GESN.

in Schol. col. 1. *l.* 1. Ἀττικὴ &c.) Hoc Scholion male relatum ad verba Οὔτε δειπνῆσαι κατὰ νόμον, indicante Solano, eo, quo pertinet, retuli. REITZ.

ibid. col. 2. *l.* 3. Ἐρεηχθὲν) Ἐμιχθὲν M. Addi debuit & elixum &c. Sic Galenus &c. SOLAN.

Pag. 183. *l.* 1. Ἐννέα) Angl. *as.* BOURD.

ead. l. 3. Ὑπὲρ) Flor. ὑπὸ. BOURD. Ὑπὸ M. P. L. & ed. *Fl.* Reliquae ὑπέρ. SOLAN.

ead. l. 6. Κρόνον) Angl. Κρόνιον. BOURD. Κρόνιον habet etiam P. L. & ed. *I. W.* vero Κρόνειον. Libellum *de morte Peregrini* anico inſcribit, cui hoc nominis erat. Cave putes, hunc fuiſſe *Saturninum.* Exſtat etiam nomen hoc apud Plutarchum in Mario. *Frontonem* quod attinet, fuit quidam *Fronto* philoſophus, M. Aurelii praeceptor. V. Xiph. ſub finem M. Antonini, & M. Antoninum ipſum I, 11. Vide etiam Xiphil. in Adrian. 265 D. de Corn. Frontone, Iuriſconſulto inſigni Sed hi omnes nihil ad hiſtoriam illam, ni fallor. SOLAN.

ead. l. 9. Σεβηριανοῦ) Hoc nomen, ut & ſequens Oſroës, paulo aliter in Ἀλεξ. c. 27 efferuntur, ita tamen, ut facile eoſdem homines agnoſcas. Apud Xiphilinum (& Noſtrum infra) Σεβηριανός. In Adrian. 265 A. bis, & B. vide & 268, ubi caedes eius narratur, cum nonagenarius eſſet, tantaeque virtutis, ut a Traiano imperio dignus pronuntiatus fuerit. Patrem Luciani fuiſſe credo. Sed alio in loco (257 A.) aliter idem, nempe Σερουιανός. Sed hic a noſtro diverſus, de quo vide in M. Aur. 270 C. ubi Σεβηριανὸς ſcribitur; & Ἐλέγεια dicitur Arme-

niae locus, in quo circumventus Romanorum exercitus internecioni totus datus eſt. M. Σευηριανὸς ubique. *l.* ed. & aliae nonnullae hic & mox iterum Σεβεριανὸς, quae cum deinde Σεβηρ— recte ſcribant, nos & hic recte ſcribi curavimus, uti ante nos *B.* 2. & Benedictus fecerant. *Severianus* autem hic Gallus dicitur a Noſtro Ἀλεξ. c. 27, Armeniamque invaſurus Alexandri oraculum conſuluit, quo reſponſo, quove exitu, ibidem diſces. SOLAN.

ead. l. 16. Σεβηριανὸς) Σεβηριανὸς λιμῷ (non λίμῳ, ut eſt in animadv. L. Bos) ἀπόληται, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπήγαγε διὰ τῆς ἑβδόμης. Senſus verborum eſt: *Severianum intra triduum mortuum fuiſſe, cum inediam ad ſeptimum uſque diem perferant plerique; niſi ſi quis adſtitiſſe putet Oſroën, & exſpectaſſe, donec fame enectus eſſet Severianus, & propterea eum non produxiſſe vitam per hebdomada.* Interpres poſtrema ſic reddiderat: *& ob hoc eum per ſeptem dies in aciem non eduxiſſe.* Verum hoc denotare ἐπάγειν, unde didicerit ille, neſcio. Eſt ἐπάγειν hic abſolute poſitum pro ἐπάγειν τὸν βίον, h. e. *inſuper agere vitam, producere vitam*, quemadmodum ἄγειν & διάγειν abſolute etiam uſurpatur ſine voce βίον. Haec in animadverſ. p. 65 L. Bos.

Pag. 184. *l.* 1. Ἐπήγαγε) Recte quidem L. Bos hoc verbum modo expoſuit; non tamen eſt, quod adeo praeciſe neget, id quoque in aciem educere ſignificare poſſe: nam ἐπάγω & προσάγω in bellicis expeditionibus frequens, pro *irruo, induco exercitum* in hoſtem; adeoque non ita longe abludit ab *educere in aciem.* Dixi, credo, de hoc ſignificatu, ex Arrian. Exped. I, 1, p. 6 &c. ad Hermot. c. 68. Verum ideo nihilo minus verſio priſtina erat abſurda; quare eam mutavi. REITZ.

ibid. Διὰ τῆς ἑβδόμης) Sic apud Athen. 301 A. διὰ δωδεκάτης. V. Caſaub. & II, 15. SOLAN.

ead. l. 3. Ἐλέλιξε) Ἐλέλιξε δὲ μηχανὴ, & τὸ τεῖχος δὲ πεσὸν μεγάλως ἐδούπησε, ut & ſequentia, ſunt verba Homerica. GRAEV. Vide Il. A, 530, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον. SOLAN.

ead. l. 4. Ἐδούπησε) Voce δοῦπος utitur Xen. pag. 164, 35. Sed nullibi, credo, verbo, praeſertim cum μεγάλως &c. Vox Homero familiaris. Il. Δ, 504. Et ad quae paulo poſt ſequuntur, conf. eundem Il. B, 210, & B, 3. SOLAN.

ead. l. 5. Ἔδεσσαν) Edeſſea Arabiae civitas, antea Antiochia dicta, ut ſcribit Plin. V, c. 24. COGN. Olim Antiochia ad Καλλιρρόην dicta. V. Plin. V, 24, & Spanh. 602. SOLAN.

ead. l. 9. Δημοτικὰ) M. & P. In reliquis δημωτικά. SOLAN.

ead. l. 10. Παρεσεβέβυστο) V. locum manifeſtiſſimum in Gal-

lo c. 11, ubi vox affinis περιβύω adhibetur. SOLAN. Infra vero Gall. c. 11 ait, περιβύσαντες ὑπαυχένια. Et ſupra de Merc. cond. c. 32, συμπαραβύσωσιν. IDEM.

ead. l. 11. Ἐγχρίζοντα) Caſtigat ſcriptorem hiſtoriae, qui alibi multa poëtica, alibi plebeia & barbara vocabula ſuae intexuerat hiſtoriae. Inter plebeia etiam eſt τὰ ἐγχρίζοντα. Sed locus ille ſic videtur eſſe interpungendus & corrigendus: καὶ οἱ στρατιῶται ἠγόραζον τὰ ἐγχρίζοντες, καὶ ἥδη λελουμένοι περὶ αὐτὰ ἐγίνοντο, *& milites emebant ſibi victum, & lauti illis indulgebant.* Ἐγχρίζοντα Ciceroni & Tacito ſunt *utenſilia, copiae victui neceſſariae.* Sed Graecum vocabulum apud nullum bonae notae ſcriptorem invenias. Paulo ante πτωχικὰ ὀνόματα, non *inopia multa infarta*, ut ſtulte & ſine ſententia vertit interpres, ſed *mendicis convenientia*, aut, ut Seneca loquitur, *verba ad ſummam caveam ſpectantia.* GRAEV.

Pag. 185. *l.* 3. Εἰ που) Infra vero Rhet. c. 6 in *lunt.* legitur ἤπου τὸν Νεῖλον εἶδες; quod Solanus ex aliis edd. in εἰ—που mutavit, cui obſecuti ſumus. REITZ.

ead. l. 6. Ὠδίνειν ὄρος) Paroemiog. BOURD. In fabulis hodiernis Aeſopi non exſtat. SOLAN.

ead. l. 10. Συγκαπαττυμένους) Cf. infr. Ἐπ. Κρον. c. 28. SOLAN.

ead. l. 11. Καὶ χοιρίνη περὶ ταῖς κνήμαις) Mellei profecto interpretes. Benedictus, *& tibialia ex corio porcino facta;* male quidem, ſed melius tamen, quam Micyllus, *& tibialia conchis incruſtata aut ex corio porcino facta.* At quis dixit tibialia militum? An ita ignotae ſunt ocreae, quas haud dubie nunc intellexit Lucianus. Itaque verte, *& ocrea circa tibias ex corio porcino.* GRON.

ead. l. 12. Ῥοδίων) Inter Coloſſos & ſtatuas ingentes inprimis celebratur Coloſſus Rhodius pedibus centum & quinque altus. COGN. Centum is & quinque pedes altus traditur fuiſſe, ſive LXX cubitorum. Plin. XXXIV, 7. Strabo XIV, pag. 652 C. Philoſtr. Vit. Apollon. V, 7. Vide etiam Scaligeri animadv. in Euſebii Chron. n. 1794, p. 137. Chares Lyndius Lyſippi diſcipulus fecit, duodecim annorum ſpatio ad id conſumto, anno ante Chr. 278. Annos 56 cum ſtetiſſet, terrae motu proſtratus eſt, (anno ante Chr. 222) nec unquam reſtitutus. Iacuit ad an. uſque Chriſti DCLXXII, quo capta a Saracenis Rhodo, vaenit. Poſt tot detrimenta, tantum aeris tamen ablatum eſt, ut DCCCC Cameli eo fuerint onuſti, unde calculo inito ultra 700,000 librarum pondo fuiſſe liquet; Camelo cuique nempe DCCC libris aſſignatis. Vid. not. noſtram ad Ἰσγ. α', c. 18. De terrae motu, quo proſtratus eſt,

videndus Polybius V, p. 428, 429. SOLAN. Conf. infra Icarom. cap. 12, τὸν Ῥοδίων Κολοσσὸν ἐθεασάμην. Et ſic ſaepe alibi ſolet. Quae tamen non adduco, quia & altera lectio bona: hanc tamen, ut Noſtro uſitatam, praefero. REITZ.

Pag. 186. *l.* 1. Ξενοφῶντα) At dubitari a quibuſdam audio, an recte Xenophonti tribuantur illi commentarii: quorum ego rationem miror, cum & veteres agnoverint, neque quidquam ſit, quod repugnet. Adde Acl. Var. H. VII, 14. SOLAN.

ibid. Δαρείου καὶ Παρυσ.) Vid. Xenoph. Ἀναβ. I. SOLAN.

ead. l. 7. Παρασάγγας) Vox Perſica & Arabica. XXX autem ſtadia valet. Vid. Herod. II, p. 57, 2. SOLAN.

ead. l. 10. Ἐπὶ κουρείων) Optime hunc locum ita reſtituit & vertit Benedictus noſter, cum antea in omnibus, excepta *Fl.* coniunctim legeretur Ἐπικουρείων. Notum autem eſt, veteres illos Athenienſes in tonſtrinis ad confabulandum convenisſe frequentes, uti nos nunc in *coffiſpoliis*. Sic Ariſtoph. in Pluto p. 338: Καί τοι λόγος γ' ἦν τὸν Ἡρακλέα, πολὺς Ἐπὶ τοῖς κουρείοισι τῶν καθημένων. Ubi diverſa quidem phraſis, ſed eandem Scholiaſtes cum Luciano adhibet. Quo quidem in loco miror, doctiſſimam Dacieriam maluiſſe Terentium adducere (Ph. I, 2, 39.) moris illius teſtem, quam aut Lucianum, aut Theophraſtum, apud quem etiam celebris eſt in eam rem locus in Char. pag. 36; ubi vide Caſaub. notas p. 243. Add. Plutarch. 1273, qui a Theophraſto ἀστεῖα συμπόσια dictitari ait ſolita, & 903, 2. Vide etiam Diog. Laërt. in Pittaco p. 19 D. W. τῷ Ἐπικουρίῳ. SOLAN.

ead. l. 12. Εὔρωπος) V. ſupra c. 20, & infra c. 28. SOLAN.

ead. l. 15. Σαμόσατα.) Recte igitur in titulo Samoſatenſis dicitur. At non recte in pleriſque, ſi non in omnibus, tabulis noſtris geographicis, ad Euphratis ripam ipſam ponuntur Samoſata. SOLAN.

Pag. 187. *l.* 1. Μετέθηκεν) Ad h. l. haec notat La Croze: Complura eiuſmodi in antiquis inveniri par eſt, quibus hodie conciliandis operam & oleum perdunt οἱ καλοὶ κριτικοί. REITZ.

ead. l. 3. Ἐν χρῷ) Confer ſupra Zeux. cap. 6 f. & ſaepe alibi. SOLAN.

ead. l. 7. Νὴ Δία κἀκεῖνο κομιδῇ πίθανον περὶ τοῦ Σεβηριανοῦ ὁ αὐτὸς οὗτος εἶπεν ἐπομοσάμενος, ἢ μὴν ἀκοῦσαί τινος τῶν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου διαφυγόντων) Salmurienſis: *Quin & illud per Iovem admodum credibile idem dixit de Severiano, appoſito iuramento, quod audiviſſet ex aliquo eorum, qui ex eo ipſo opere aufugerant.* Nihil dicam de voce barbara in verſione *iuramento*, pro quo

Latini dicunt *iure iurando*. Ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου, non eſt *ex ipſo opere*, ſed *ex illo ipſo proelio*. Thucydid. lib. 3, & Lucianus in hoc ipſo libello c. 29, ἐν τῷ ἔργῳ, *in ipſo proelio*. Saepe ἔργον κατ' ἐξοχὴν *proelium*, *bellum* notat. Τρωϊκὸν ἔργον Arriano eſt *Troianum bellum*. Et ſic accipiendum in illo notiſſimo verſu Homeri: Μύθων ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων, *verborum oratorem eſſe*, *actoremque rerum*. Phoenicem ait Achillem docuiſſe pacis & belli artes, ut diſertus eſſet in concionibus, rebus vero gerendis ſtrenuus, & manu fortis. Apud eundem πολλὰ ἐοργὼς eſt fortis, ſtrenuus: Κάτθαν' ὁμῶς ὅτ' ἀεργὸς ἀνὴρ, ὅτε πολλὰ ἐοργώς. *Occidit tam ignavus, quam fortis.* Iliad. Ψ, cum Patroclum ſepeliiſſent, λαοὶ δ' ἐστὶ ἔργα τράπωνται. Euſtathius, δηλαδὴ τοῦ πολέμου. ὅσπερ φησὶ μέγα ἔργον ἄρηος. Sic Latinis *res gerere*. Horat. *Res gerere & victos oſtendere civibus hoſtes Attingit ſolium Iovis*. GRAEV.

ead. l. 8. Ἐπομοσάμενος) Sic ſupra Hermot. c. 67. Sed ἐξομοσάμενος, Apol. pro Merced. cond. c. 6. SOLAN.

Pag. 188. *l.* 1. Οὐ ξιφίδιον) Honeſtius nempe id mortis genus, praecipue militaribus viris, habebatur. V. Tac. An. XV, 67, & Lipſii notam. Eur. Ἑλ. p. 626 A. σφαγαὶ δ' ἔχουσιν εὐγενές τι καὶ καλόν. SOLAN.

ead. l. 3. Θουκυδίδης) Vid. Thucyd. II, c. 34. SOLAN.

ead. l. 4. Τοῦ πολέμου ἐκείνοις νεκροῖς) Ἐκείνου *v.* MARCIL. Ἐκείνου W. & L. uti acute coniecerat Marcilius. In reliquis ἐκείνοις. SOLAN.

ead. l. 6. Οὐδὲν αἴτιον—Θουκυδίδην) Lectio marginis Aldinae primo intuitu blanditur, quia αἴτιος fere ubique cum genitivo conſtruitur. Verum & accuſativus recte ſe habet: eſt enim ellipſ. praepoſ. διὰ vel κατὰ, & ſignificat, *Thucydidem nihil culpabilem*, i. e. *propter nullam rem*. Sic οὐδέ τι αἴτιος ex Homer. & οὐδὲν αἰτίους ex Herod. dudum protulit Steph. in Theſ. quare plura non addam. REITZ.

ead. l. 7. Θάλλας — Σεβήρ.) Smyrnae ſepulrus eſt; v. Dion. LXXI, p. 802 B. coll. cum Ariſtid. Or. II, 13, p. 295; teſte Wottono, qui Dacerium eade re in partes vocat p. 169 Vitae M. Aurelii, quam Anglice cum notis edidit. Locus autem Thucydidis, quem Noſter hic reſpicit, exſtat lib. II. SOLAN.

Pag. 189. *l.* 6. Λοπάδων) Flor. λοπαδίων. BOURD.

Pag. 190. *l.* 2. Τοῦ Διὸς τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ) De qua ſtatua videndus omnino Pauſan. El. p. 156, & ſeqq. Inter orbis miracula inprimis recenſetur. SOLAN.

ead. l. 3. Τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον) Sic Noſtro cum Atticis per-

petuum esse τοιοῦτον pro τοιοῦτο, non opus ut hic rursum dicatur. Utrumque autem adiectivum & alibi coniungere amat, quod Solanus iam ante monuit. Addo igitur hic tantum Long. Past. L. II, p. 63 ed. Wech. τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα παθόντες, cuius stilus cum Nostri omnium optime convenit. Τοιοῦτον κάλλος pro τοιοῦτο, idem IV, 120 ed. Moll. REITZ.

ead. l. 4. Ἐξηγοῖτο) Sicut ἐπαινοῖ, sic & ἐξηγοῖτο legendum. GRAEV. Graevii emendationem confirmant Codd. W. & L. SOLAN.

ead. l. 5. Καὶ τῆς κρηπῖδος τὸ εὔρυθμον) Benedictus, *& crepidae concinnitatem.* An credimus? Certe, si qua fides nummo, cui insculptus universus ille Iuppiter, plane fuit nudipes sine ullo pedum tegumento. Et quis foret iste narrandi contextus, ut primo totum κάλλος Iovis produxerit, in quo & omnia corpori affixa continentur, tum discedat ad ὑποπόδιον, nunc aberret ad crepidas? Certe Micyllus *crepidinis concinnitatem*, quem praefero. GRON. Recte κρηπῖδα hic *crepidinem* Micyllus, nos *basin*, notiore aliquantum verbo, reddidimus. Salmurienſis tamen, qui *crepidam* hic maluit, nescio an recte ex eo refutetur, quod nudos pedes habet in nummis Iuppiter Olympius. Pausanias certe Eliac. I, p. 306, 12, χρυσοῦ ὑποδήματα illi tribuit. Idem p. 307 eam, quae hic κρηπὶς vocatur, βάθρον τοῦ θρόνου nominat; ὑποπόδιον autem Luciani ὑπόθημα τὸ ὑπὸ τοῦ θεοῦ τοῖς ποσὶν appellat, additque ab Atticis θρανίον vocari. GESN.

ead. l. 7. Διεξιών) Ita M. etiam; sed non a prima manu, videturque prius fuisse διεξίοι, quod magis arridet. SOLAN.

ead. l. 9. Μέτρα — ἀναλωκότος) Non caussidici nempe soli ad clepsydras dicebant: factitabant id etiam Luciani aetate Rhetores, seu Sophistae. Cuius rei insigne testimonium exstat apud Philostratum in Adriano Sophista: τῶν τοῦ Ἡρώδου ἀκροατῶν δέκα οἱ ἄρστης (l. ἄριστοι) ἀξιούμενοι ἐπεσιτίζοντο τῷ εἰς πάντας ἀκροάσει κλεψύδραν ξυμμεμετρημένην εἰς ἑκατὸν ἔπη, ἃ δὴ ἐπι ἀποτάδην ὁ Ἡρώδης &c. ubi ἔπη, ut & hic, *versum* seu *lineam*, quam nunc dicimus, significat. Versum eodem sensu & usurpant Latini: Corn. Nepos in Epam. cap. 4, & Lact. II, 8. Ἀναλωκότος autem ex W. & P. est, pro quo in reliquis ἀνηλ— legitur. SOLAN.

ibid. Ἀνηλωκότος) Flor. ἀναλωκότα. BOURD.

ead. l. 16. Ἐς τὴν Μαύρων) Anglic. ἐς τὸν Μαῦρον. BOURD. Vulgatam, quam *l. H. Ald.* & *P.* servant, & hic servasse par erat, non solum quia sic frequenter solet per ellipsin γῆ vel

χώρας, intelligi, ſed quia ipſum γῆν mox ſequitur. REITZ.

Pag. 191. *l.* 6. Ἐν Εὐρώπῃ) Supra ἐπ' Εὐρώπῃ dixit initio huius cap. 28, & infra iterum verſus eiuſdem capitis finem. SOLAN. Confer omnino mox c. 38, ubi ἐν Ὀλύνθῳ eodem modo. Id eſt *ad* vel *prope*, non plane *in* ipſa urbe *Europo*. Aelian. V. H. I, 25, ἐν Πλαταιαῖς, *ad Plataeas;* ibid. ἐν Μυκάλῃ, *ad Mycalen*. Ad quae verba Periz. duo alia ſimilia adducit, &, Latinos interdum eodem modo loqui, docet. Ita quoque ἐπὶ νηυσὶ, pro *apud, iuxta naves*, Homero uſitatiſſimum, ut Iliad. E, 791, Νῦν δὲ ἕκαθεν πόλιος, κοίλης ἐπὶ νηυσὶ μάχονται, *Nunc vero procul ab urbe cavas apud naves pugnant*. Et B, 4. Rurſum E, 36, — καθεῖσεν ἐπ' ἠϊόνεσι Σκαμάνδρῳ, *ſedere fecit* ad *herboſum Scamandrum*, non, *in* ipſum fluvium. Ibid. 598, Στὴν ἐπ' ὠκυρόῳ ποταμῷ, *ſteterit ad rapidum fluvium*. Iliad. A, 423, Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας Χθιζὸς ἔβη. Immo & εἶσω, quod alias *intro* ſignif. pro *uſque*, *ad*, eidem uſurpatur Il. A, 71. Et εἰς Ἴλιον recte vertitur *ad* Troiam, Il. E, 210. Ut innumera eiuſdem ſimilia omittam. REITZ.

ibid. Ἐπελάσεις) Ex Mſ. ſcribend. καὶ ὁ Ἀμμιανὸς συγγραφεὺς, ἀφεὶς τὰς ἐν Εὐρώπῃ γιγνομένας σφαγὰς τοσαύτας, καὶ ἐπελάσεις, καὶ σπονδὰς ἀναγκαίας. *Et divinus ille ſcriptor praetermiſit tantas ad Europum ſtrages, & impreſſiones, & foedera neceſſaria*. In vulgatis ἐπελεύσεις. Sed ἐπελαύνειν, eſt, *impreſſionem facio*, *incurro*: ut ſtatim cap. 29, καὶ πάρρωθεν ἐπελαυνόντων δίος ἐμποιεῖν, & procul *advenientibus terrorem incutere*; & c. 31 f. ἢ πῶς δέξονται τῶν ἐλεφάντων ἐπέλασιν, *quomodo elephantorum incurſus excipient*. GRAEV. Adde c. 31 C. Εὐχ. c. 36. Extat etiam in W. P. & L. quod autem in vulgatis eſt ἐπελεύσεις, pravum eſt. SOLAN.

ead. l. 9. Σκάρους παμμεγέθεις ἀξίους ὠνούμενον) Σκάρους παμμεγέθεις καὶ πολλοῦ ἀξίους ὠ. MARCIL. Vulgo legitur, ὁρῶν Μελχίωνα τὸν Σύρον ἐν Καισαρείᾳ, σκάρους παμμεγέθεις ἀξίους ὠνούμενον. Non video, quin recte legatur. Marcilius legit, Σκάρους παμμεγέθεις καὶ πολλοῦ ἀξίους ὠνούμενον· nec dat cauſam. Quidni autem ſcari illi, licet παμμεγέθεις, potuerunt aeque vili, ac magno pretio conſtitiſſe? Adde, quod eſt non inepta antitheſis παμμεγέθεις & ἀξίους. Interpres Latinus totam vocem ἀξίους vertere inſuper habuit. Volunt autem verba, *videns Malchionem Syrum in Caeſarea, ſcaros ingentes, bene*, five *vili pretio ementem*. Ariſtophanes in Equitib. v. 642: Οὐ πώποτ' ἀφύας εἶδον ἀξιωτέρας. Ibi Graecus interpres, & ex eo Suidas, Ἀξιωτέρας, εὐωνοτέρας, τῆς ἀξίας τιμῆς. Ἄξιον.

παρ' Ἀττικοῖς τὸ εὔωνον. Quae verba Graeci interpretis non potuerunt tamen docere Latinum interpretem, verſum illum Ariſtophanicum melius reddere, quam, *haud quaquam ego pretioſiores vidi apuas*, cum debuerit *viliores*. Melius tamen ſapit, verſum 669, Ἥδοντο τὰς ἀφύας παρ' ἡμῖν ἀξίας, reddens, *apuas vilis pretii*. IENS. Non modo Benedictus, ſed & Micyllus ἀξίους omiſit: unde fere coniicio, neutrum id verbi intelexiſſe, cuius ſignificationem illud Marcilii ſcholion quoque non recte tradit. Recte Ienſius *viles* vertit: nam praeter Ariſtoph. quem laudat, etiam ſic Theophr. Char. de garrul. p. 11 ed. Caſaub. vel p. 16 ed. Needham. ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ. REITZ.

ead. l. 16. Γελοιότερα) Cum edd. legerent ἀναγκαιότερα, prorſus contra mentem Luciani, nec quidquam variationis notet Solanus, ego, quod in marg. *Ald.* 1. *Weſſ.* inveni, lubens accepi, & res ipſa clamat, ſic legendum: quare nemo huius correctionis ergo me redarguet, quam adeo neceſſariam ipſe videbit. Nimis enim intolerabile erat, *hoc praetermitto, quia magis neceſſarium eſt*: & miror, memini hoc ſuſpectum fuiſſe. REITZ. Vulgatum ἀναγκαιότερα ironice dictum, adeoque male mutatum eſſe a Reitzio, recte annotat cl. B. de Ball.

Pag. 192. *l.* 2. Μαῦρος) Vid. Homer. Il. H, 299. SOLAN.

ead. l. 5. Κεφάλαια) Sic ſupra Ἐπισκ. cap. 2. Et Ἀναβ. cap. 14. SOLAN.

ead. l. 6. Ἀκάνθας) Reſpexiſſe credas verſus a Plat. Συμπ. I, 4, & Athen. III, 97 D. laudatos: Ὡς ἂν ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν Ὄνοννιν Φύωνται μαλακῶν ἄνθεα λευκοίων. Sic enim etiam Athenaeus inducit; τὰς ἀκάνθας συνάγων &c. SOLAN.

ead. l. 9. Κεγχρεῶν) Angl. Κεγχριέων. BOURD. Ad verba, οὐδ' ἄχρι Κεγχρεῶν ἀποδημήσας, Bourdelotius ex MS. Angl. notat Κεγχριέων. Sed ita, ut vulgatus eſt, locum hunc ex Noſtro affert Th. Magiſter, ubi probat, Κεγχρέας & Κεγχρείας fuiſſe dictum utroque modo. IENS. Κεγχρειῶν ſcribitur apud Thucyd. VIII, 20 & 23, & alios. Cum A. facit & P. In W. Κεγχρείων. LXX ſtadiis a Corintho diſtans portus & vicus Strab. VIII, p. m. 263 A. Hinc & Εὐχ. c. 23. Scripturam hanc ſecuti ſumus. In ed. Steph. Xen. p. 307, 43, ſcribitur Κεγχρέαι. SOLAN.

ead. l. 11. Ὥστε ὀφθαλμῶν) Idem de domo & de ſaltatione, & ſaepius alibi, habet a Thurio oratore. Iulian. Imperat. Ep. ὁ Θούριος ὥστε εἶπεν ἀνθρώποις ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα. BOURD. Sic infra Ὀρχ. c. 78, Ἡσθέντα μὲν οὖν τὰ δι' ὀμμάτων φαινόμε-

να πιστότερα εἶναι τῶν ὤτων δοκεῖ. Οἰκ. c. 20, ὥτα γὰρ τυγχάνει ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. Vid. igitur Herodot. I, 8. In nota autem Bourd. poſt verba Iulian. Imperat. Epiſt. adde: ad Leontinum, ὁ λογοποιός. SOLAN. Non ab oratore haec, ſed ab Hiſtoriae parente mutuatus erat ille tenebrio. V. Herod. I, 8, pag. 3, in verbis Candaulis ad Gygen, & Noſtrum Ὀρχ. cap. 78, & Οἰκ. cap. 19. Quid ergo fiet, inquies, *Thurio* Bourdelotii & Iuliani *oratore?* Sic accipe. Herodotum voluit Iulianus, cum Θούριον λογοποιὸν dixit, quippe qui traditur Thuriis in Italia hiſtoriam conſcripſiſſe. (V. Plin. XII, 4, & Plutarch. 1073, 2.) Hoc cum aut neſciret Bourdelotius, aut crucem Grammaticis fixam hanc vellet, *Thurium* nobis *oratorem* pro Herodoto finxit. Ipſe quidem Lucianus λογοποιὸν appellat Herodotum, 411 f. Sed *ſcriptorem* recte verteris, non *oratorem*. An autem Thuriis ſcripta fuerit ab Herodoto hiſtoria, alibi quaeſitum eſt a nobis Nota ad Ἡροδ. c. 1. IDEM. Thurium oratorem vocat Bourd. At quis eſt Thurius ille orator? Neſcivit Bourdelotius, Herodotum ita vocari ab antiquis. Illius ſunt haec verba L. I, c. 8. LA CROZE.

ead. l. 13. Ὥστε τοὺς δράκοντας ἔφη — παμμεγέθεις εἶναι) Inepte interpres priſtinus, (ait L. Bos Obſ. Crit. p. 52) deceptus prava diſtinctione: *ut diceret, Parthorum dracones (ſignum autem hoc multitudinis eſt ipſis, mille enim dracones vivos draco producit) ingentes eſſe, & in Perſide generari.* Tu diſtingue, ὥστε &c. ita ut parentheſis, quae poſt δράκοντας erat, poſt ἄγει conſtituatur. Cetera hic non repetemus, quia Geſn. Boſſii diſtinctionem in ſua verſione iam eſt ſecutus. Adleverat etiam M. V. la Croze, peſſime haec verſa eſſe, ſed non correxerat. REITZ.

ead. l. 15. Ζῶντας δράκ.) Sic diſtinguendum, ut fecimus; niſi inſulſiſſime Luciano, quae tenebrionis illius propria ſunt, quem falſe perſtringit, affingere velis. Quod incaute nimis ab interpretibus Latinis, Gallico ipſo, emunctae tamen naris viro, aliiſque & omnibus libris factum eſt; ut mirari ſubeat, monſtrum hoc a nemine poſt renatas literas fuiſſe animadverſum. Ex verſione noſtra patebit ſenſus huius loci manifeſtiſſimus; & ſimul quanta manus Parthorum fuerit, quam ducebat hoc ſignum; quod alibi forſan fruſtra quaeſieris. De ſigno Draconum, quod Scythis etiam uſitatum fuiſſe teſtatur Suidas. Apud Romanos, qui mos ſub Marco nondum invaluerat, neque hic dicendi locus eſt, & res a viris doctiſſimis ex Vegetio, Ammiano, Claudiano, aliiſque iam illuſtra-

ta. Vide Lipſ. de mil. Rom. 4. De fabuloſis autem draconibus, legas, ſi lubet, Philoſtr. in Vita Apollonii lib. III, p. 98, qui, eos 30 cubitorum longitudine & amplius fuiſſe, tradit; & adeo celeres & infeſtos, ut eorum dentes ungueſve ne perniciſſimus quidem effugere valuerit, qui ſemel in conſpectum venerit. Addas etiam Curt. licet, qui (l. VI, c. 4) mare Caſpium ingentis magnitudinis ſerpentes alere ait. Vid. Bochartum Hieroz. P. II, lib. III, c. 13. Perſarum autem antiquiorum, ut id obiter moneam, aquila ſignum erat. V. Xen. Cyrop. VII, p. 102, 16. Alludit autem ineptus ille hiſtoricus ad hiſtoriam, quam narrat Polyaenus, & tangit Galenus de Theriaca p. 460 ed. Gr. Baſ. Spanhemio laudatus p. 224. SOLAN.

Pag. 193. *l.* 5. Περιπειραθέντων) Γρ. περισπειράθέντων. Sic Plut. GUYET. Legendum περισπειραθέντων. Sic Plutarchus. MENAG. De alio inepto hiſtoriarum ſcriptore, qui dracones, ſigna militaria Parthorum, tradiderat fuiſſe ingentes ſerpentes vivos perticis alligatos, qui in proelio in hoſtes immiſſi magnam ſtragem ediderint: Ἀμέλει πολλοὺς τῶν ἡμετέρων οὕτω καταποθῆναι, καὶ ἄλλους περιπειραθέντων αὐτοῖς ἀποπνιγῆναι, καὶ συγκλασθῆναι. Interpres: *Nimirum multos noſtrorum ita devoratos eſſe, alios vero ipſis transfixos fuiſſe, necatos, & confractos.* Quid eſt *alios ipſis transfixos?* ſcribe: καὶ ἄλλους περισπειρασθέντων αὐτῶν, *alios fuiſſe ſpiris involutos, & ſic ab ipſis eliſos, & contritos.* Περισπειρασθῆναι Virgilio eſt *ſpiris ligari: Tela ferentem Corripiunt, ſpirisque ligant ingentibus.* GRAEV. Περισπειραθέντων) Ad confirmandam hanc Menagii emendationem, praeter auctoritatem W. & L. & Codicum, adde loca Luciani ipſius ſequentia: in Φιλοψ. cap. 23. In Διψ. c. 6, & Ὀρχ. c. 2. Περιπείρω vero aliud eſt; uſurpatur enim de rebus, quas transfigendo appendimus aut affigimus, ut carnes verubus. Apud Noſtrum in Gallo; & capita hoſtis, in Xiph. Pertin. ſub finem. Vid. not. ad Ἀναβ. c. 51. SOLAN. Περισπειραθέντων) Cur hanc lect. vulgatae praetulerimus, vide ex Philopſ. c. 22 f. ubi εἱλομένους περὶ τὸν αὐχένα, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων ἰνίους ἐσπειραμένους. De Dipſad. cap. 6, περισπειρᾶσθαι τῷ ποδί. Et Vot. cap. 2 f. Recte igitur emendat Menag. Probat etiam Weſſeling. ad Diodor. Sic. IV, c. 48, n. 79, ubi περισπειράμενον τὸ δέρμα. Et ex Pauſ. X, 33. REITZ.

ead. l. 12. Σοῦσαν) (Σοῦσαν, quae metropolis Perſidis. *Vorſt.*) Quid hic in mentem Bourdelotio venerit, miror, cur hanc editionum veterum ſcripturam mutaret in σοῦραν; niſi forte impoſuerit ei Latina vox *fura.* Sed σοῦρα Graecis ignota vox,

qui pro ea γαστροκνημίαν dicunt. Nomen eſt itaque loci proprium. Sed ubinam gentium ſitus ſit ille locus, haud ita promtum eſt definire. Meminit Plut. oppidi Lyciae huius nominis 1796...Vide, an locum hic habere poſſit. Putaram, villam eſſe aut pagum prope Corinthum, aut in ipſa a Cranio ad Lernam via: ſed nunc venuſtius videtur, locum eſſe, in quo perfrictae frontis nebulo ſcripſerit ſe in Aſia vulneratum. Quaerant, ſi lubet, viri docti: ſed interim afferenda fuit ſcriptura, donec aut ex hiſtoria pateat, pugnatum eſſe eo bello aut in Lycia, aut in aliquo alio loco, ex cuius nomine hoc corruptum ſit, *Suſa* nempe (de qua Εὐχ. c. 33, & Φιλοπ. c. 28.) Sed tum ſcribendum erit Σοῦσα, non Σουσαν, neutrum eſt enim plurale; aut ſimile quid: aut apud Corinthum, ut *Cyllarabis* a Graevio, ita *Sura* aliqua a viro aliquo docto detegatur. Conſule Kuhnii not. ad Pauſaniae Corinth. p. 115. SOLAN.

ibid. Κρανείου) Conf. nos ſupra hoc Dial. c. 3. Et Dial. Mort. I, 1, ubi edd. etiam Κράνειον habebant. REITZ.

ead. l. 13. Λέρναν) Fons eſt prope Corinthum. Vid. Pauſan. Corinth. p. 48, 10. Alia *Lerna* eſt, cuius meminit *ἐν δ'*. VI; palus ſcilicet non procul a mari in ora Argolica. SOLAN.

ead. l. 14. Κατὰ τοίχου) Cic. de Fin. ult. Qui nunquam philoſophum, ut dicitur, pictum viderunt. Plaut. Aſin. Nam neque unquam fictum, aut pictum, neque ſcriptum in poëmatis, ubi lena bene agat. SOLAN.

ead. l. 16. Τάξεων ἢ καταλοχισμῶν) Τάξεων ἢ καταλογισμῶν. MARCIL.

Pag. 194. *l.* 1. Ἔμελεν αὐτῷ) Sic omnes impreſſi & M. Codex. Niſi quod ed. *l.* ἔμελλεν praefert; unde coniicio, Lucianum ſcripſiſſe ἔμελλεν οὗτος, ut ſupra in hoc ipſo libello c. 12, καὶ ἔμελλέ γε οὕτως ἀγανακτήσειν ὁ Ἀλέξανδρος, & alibi ſaepius. SOLAN.

ibid. Πλαγίαν — φάλαγγα) Sic interpretandum fuiſſe, ut a nobis factum eſt, patet ex Arriano p. 18 Blanc. Τὸ μὲν δὴ καταλοχίσαι ἐστὶν, εἰς λόχους συντάξαι, ὁ δὲ λόχος ὀνομάζεται ἀριθμὸς ἀνδρῶν ἀπὸ τοῦ ἠγουμένου καὶ τῶν μετὰ τοῦτον κατόπιν τεταγμένων — ἀριθμὸν δὲ τοῦ λόχου οἱ μὲν ὀκτὼ ἀνδρῶν ἐποίησαν — οἱ δὲ καὶ ἑκκαίδεκα. Eodem etiam tactico interprete faciliora erunt, quae ſequuntur. Nempe ita Arrianus pag. 63: Πλαγία μὲν φάλαγξ ἐστὶν ἡ τὸ μῆκος τοῦ βάθους πολλαπλάσιον ἔχουσα· ὀρθία δὲ ὅταν ἐπὶ κέρας πορεύηται, οὕτω δ' αὖ τὸ βάθος τοῦ μήκους πολλοπλάσιον παρέχεται. *Obliqua* ſive *tranſverſa* porro *acies* ſive *agmen* eſt, cum *in frontem* ducuntur mili-

tes: *recta* cum *in cornu*. Igitur in *transverso agmine* plures longe adversis frontibus simul concurrere possunt, sed parciores a tergo habent, qui in prima acie pugnant: in *recto agmine* contraria omnia: pauciores simul concurrunt, plures sibi a tergo possunt succedere. Hic scriptor, quem reprehendit Lucianus, miscuit omnia, & *transversum agmen* dixit *in cornu duci*, (unde *rectum* potius *agmen* oritur) pro eo, quod debebat dicere, *in frontem*. Si cui haec abrupta nimis videantur aut obscura: at ille in manus sumat Arrianum, neque dubium quidquam ei relinquetur. GESN.

ead. l. 2. Ὀρθίαν) Deerat haec vox in omnibus vulgatis, & in ipso M. non sine summo sententiae dispendio. Reposuimus itaque ex ed. *I.* Quid sit autem ὀρθία φάλαγξ, quid πλαγία, ex Tacticis petendum. V. Pott. De ἐπὶ κέρως vide Thucyd. II, 90. SOLAN. Cum illud ὀρθίαν ex *Iunt.* admiserim, quod sensus postulabat, necessario etiam versionem Gesneri, quae ad vulgatam facta erat, mutavi. Id si peccatum est, mihi adscribatur. REITZ. Etiam sine illo ὀρθίαν (quod forte correctori Iuntinae debetur) sensus absolvitur, & quidem aliquantum argutius, quod brevius. *Obliquum agmen*, & tamen idem in *cornu ducere* dixit ineptus scriptor, quae repugnant, cum *in frontem* dicendum esset. GESN.

ibid. Ἐπὶ κέρως) Conf. iterum c. 37 huius Dial. SOLAN.

ead. l. 3. Ἅπαντα ἐξ ἀρχῆς) Habemus hic capita summa rerum in eo bello gestarum. Deleto enim in Armenia Severiano, Parthi Syriam invaserunt; unde a Cassio summoti, propriis urbibus consulere coacti sunt, quarum tamen magna pars captae & combustae. In titulo, quem statim leges, omissa est Syria. SOLAN.

ead. l. 5. Τίγρητι) Sic scribitur in M. L. & recentioribus edd. *B. 2. P. S.* & A. At in antt. Τίγριτι, contra quam observant Hesychius & Suidas. Vide tamen c. 19, ubi recte in omnibus scribitur. SOLAN.

ead. l. 7. Συγγεγραφέναι φησὶ) Ita Photius. Forte Antiochus Sophista Cilix, de quo Philostratus L. II de vitis Sophistarum, ubi eam historiam scripsisse ait. LA CROZE.

ead. l. 10. Δόλιχον) Mire hanc vocem Suidas, &, quem illic exscribit, Aristophanis Scholiastes interpretantur; ut ex eis certi nihil elici possit. Xen. sub finem IV Ἀναβ. *pueris* stadium, uti & Paus. 179, 3, tribuit, *viris* Δόλιχον. Erant etiam Athenis puerorum certamina: Athen. 495 F. Erant & Olympiae: Paus. Eliac. II. Sed nusquam eis δόλιχον tribui video. Ni-

ſi forſan, ut viris etiam erat ſtadium, (V. Pauſ. 180, 3.) ita & pueris δόλιχος fuerit. Vorſtius ἀγώνισμα *curule* facit, teſtemque adducit Ariſtoph. Schol. p. 559. SOLAN.

ead. l. 13. Τὰ μέλλοντα) Vide, an de Iamblicho intelligenda haec ſint, qui ap. Photium (Cod. XCIV, p. m. 133.) iactat, ſe omnia futura praedixiſſe, quae in eo bello evenerunt. SOLAN.

ead. l. 15. Τριπόθητον) Conf. infra Ἀλεκτρ. c. 6. SOLAN.

in Schol. Μεσοποταμίᾳ.) Prave: nam, ne longius abeam, Lucianus ipſe iam diſtinxerat. SOLAN.

Pag. 195. *l.* 4. Νίκαιαν) Qua ratione Nicopolis ab Auguſto poſt Actiacam pugnam condita. SOLAN.

ead. l. 5. Ὁμόνοιαν) Propter duos fratres ſimul imperantes: ut in nummis eorum frequens inſcriptio *Concordia*. V. Mediob. SOLAN.

ead. l. 6. Λήρου — γέμουσα) Cf. infr. Διεβ. c. 23 f. SOLAN.

ead. l. 7. Κορύζης συγγρ.) Sic fere ſupra Νεκρ. Διαλ. XX, § 3. (ex diviſione Solani.) SOLAN.

ead. l. 10. Τὸ προοίμιον τῆς Ἰνδικῆς ἤδη συντέτακται, καὶ τὸ τρίτον τάγμα) Benedictus, *ſed Indicae hiſtoriae prooemium iam eſt compoſitum, & ordo tertius.* Obſcurior certe, quam Micyllus, *tertium tagma ſeu tertius liber;* qui intellexit id, quod alias Graeci vocant σύνταγμα. Sed quam infeliciter uterque? & cur ſic diſtinguunt? Debuerant poſtrema cum ſequentibus iungere in hunc modum: ἤδη συντέτακται· καὶ τὸ τρίτον τάγμα καὶ οἱ Κελτοὶ καὶ Μαύρων μοῖρα ὀλίγη σὺν Κασσίῳ πάντες &c. *& tertia legio, ac Galli, parſque exigua Maurorum.* GRON.

ead. l. 11. Καὶ τὸ τρίτον) Alium fatuum & inſulſum ſcriptorem irridet, qui promiſerat, ſe res in India geſtas & expeditionem per Oceanum deſcripturum. Subiicit: καὶ οὐχ ὑπόσχεσις ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ προοίμιον τῆς Ἰνδικῆς ἤδη συντέτακται, καὶ τὸ τρίτον τάγμα. Καὶ οἱ Κελτοὶ, καὶ Μαύρων μοῖρα, & quae ſequuntur. Vertunt: *Neque tantum hae ſunt promiſſiones, ſed Indicae hiſtoriae prooemium iam eſt compoſitum, & ordo tertius. Et Galli, parſque exigua Maurorum* &c. Quis eſt ille *tertius ordo?* Nemo dixerit. Prava diſtinctio hunc quoque locum foedavit, & interpretibus fraudi fuit. Si ſic interpunxeris, facilis erit explicatu: καὶ οὐχ ὑπόσχεσις ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ προοίμιον τῆς Ἰνδικῆς ἤδη συντέτακται. Καὶ τὸ τρίτον τάγμα, καὶ οἱ Κελτοὶ, καὶ Μαύρων μοῖρα. *Neque tantum haec ſunt promiſſa, ſed Indicae hiſtoriae prooemium iam eſt ſcriptum. Et tertia legio, & Galli, & Maurorum exigua manus, Indum fluvium traiecerunt.* Τάγμα Graecis ſaepe eſt *legio.* GRAEV.

ibid. Τάγμα) Diſertis verbis legionem eſſe docet Xiph. in M. Aurel. Antonino, καλοῦσι δὲ τὸ τάγμα οἱ Ῥωμαῖοι λεγεῶνα. SOLAN.

ead. l. 12. Κασσίῳ) De eo iam ſaepius ſupra dictum eſt. Hic autem Caſſius eſt, qui poſtea, perlato de morte Aurelii falſo nuntio, defecit, & imperium affectavit; neque ab incepto, cum vivere reſciſſet, oblata etiam venia, deſtitit. SOLAN.

ead. l. 15. Μουζούριδος) W. Μουζίριδος. Quocunque tandem modo ſcribas, urbs eſt mihi prorſus ignota: in India, ni fallor, quaerenda eſt, ut quam remotiſſime a Luciano ponatur. SOLAN. Solanus Muzurin urbem ignotam ait. At Baudrand ex Ptolem. urbem & emporium Indiae intra Gangem eſſe docet. REITZ.

Pag. 196. *l.* 3. Ὅττι κεν) Longe aliter proverbium hoc apud hunc alibi legitur in Ῥητ. cap. 18: Ὅττι κεν ἐπί κε ῥῆμα γλ. ὅ, Quin & hoc ipſo in loco Bourd. audis monentem legi in Flor. ἐπὶ καὶ ῥῆμα. Certe ſic in P. legi teſtantur excerpta Perizonii, & ita in impreſſo *Fl.* In M. etiam, ſed in litura pro ἐπακειρίμα, quod ibi prius erat. Haec autem verba ſunt qui ex Aeſchylo deſumta afferant, Platonemque ſententiae auctorem aſſignent de Rep. VIII, p. 499 D. Sed fruſtra: ibi enim longe aliter effertur. En verba Platonis: οὐκοῦν κατ' Αἰσχύλον, ἔφη, ἑψόμεν, ὅτι νῦν ἦλθ' ἐπὶ στόμα; laudat etiam Plut. eodem modo, quo Plato, & ad eundem Aeſchylum auctorem refert ἐμαυτ. 1358, 2, ἐπεὶ νῦν ἦλθεν ἐπὶ στόμα κατ' Αἰσχύλον &c. At Dionyſ. Halic. de ſtruct. or. I, 8 ed. Lond. aliter & iiſdem fere verbis, quibus in vulgatis hic Lucianus, ad hunc nempe modum: εἰ μέλλουσι μὴ πᾶν ὅτι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσσαν ἔπος ἔκθη λέγειν, μηδὲ εἰκῇ συνθήσειν τὰ προστυχόντα ἀλλήλοις. Eodemque prorſus modo Athenaeus lib. V, p. 217 C. ubi poëtae, quem non nominat, tribuit. Confer Grotii excerpt. V, 3. SOLAN.

ibid. Ἐπὶ ἀκαιρίμαν) Ἐπὶ καὶ ῥῆμα in Cod. Flor. BOURD. E ſcriptore Dorico ſumtum, ut videtur, proverbium, quod damnare ob id non auſim, quod nondum aliunde prolatum eſt. Forma certe non mala, ut γόνιμος, ἄλκιμος, φρόνιμος, &, quod plane ſimile eſt, a καιρὸς κάρτιμος. GESN.

ead. l. 7. Ἀτθίδος) Scripſerat Philochorus hiſtoriam, cui hoc nomen fecerat. Vide Schol. ad Συγγρ. no. 32, & Marm. Ox. 13 f. & quos laudat Pauſ. in Phoc. & Athen. VI. SOLAN. Ἀτθίδα ſcripſere Philochorus apud Harpocrationem in Στεφανίτην & apud Athenaeum: itemque Clidemus, de quo Caſau-

bon. ad Athenaei 14, 23, p. 594, & Hegeſinous apud Pauſaniam Boeot. p. 583 extr. GESN.

ead. l. 8. Ἀνέγνων γὰρ) Haec duo verba Solanus noſter in *Iunt.* parentheſi incluſerat, ſic ſcilicet edi volens: quia vero ed. nulla praeit, nec mutatio adeo neceſſaria, ego nihil mutavi. Poteſt enim quiſque eam parentheſin addere, qui probat. REITZ.

ibid. Ἀνέγνων γὰρ Δημητρίου Σαγαλασσέως) Ex. Spanhemius Differt. IX de Praeſt. & uſu numiſm. docet tam ex probatis & antiquis ſcriptoribus, quam ex Numiſm. legendum eſſe Σαγαλάσσεως. Quin immo apud Stephanum Σαγάλασσος, qui addit etiam ſcribi Σάλγασσος. Vid. Thomam Pinedo, & eruditiſſimas Lucae Holſtenii notas, p. 267. ALM.

ead. l. 9. Σαγαλασσέως) Emendationem Spanhemii confirmat W. *Quadratus* autem, qui paulo poſt huius belli & ipſe hiſtoriam ſcripſit, titulum ſuae eundem ferme fecit, nempe Παρθυνικα. Conſule Salmaſ. not. in Capitol. Ver. c. 8. Traiectio inſignis, nam Δ. Σ. Π. interiacent incommode: niſi forſan hoc a librariis profectum ſit. SOLAN.

ead. l. 14. Εἴγε ἀληθὲς ἐκεῖνό φησιν ἡ διαλεκτικὴ, ὡς τῶν ἀμέσων ἡ θατέρου ἄρσις, τὸ ἕτερον πάντως ἀνταναιρεῖ) Obſcure vertunt interpretes: *ſi modo verum eſt, quod Dialectica tradit, nimirum eorum, inter quae nullum eſt medium, altero elevato, alterum deprimi: ἀνταναιρεῖν*, non eſt *deprimere.* Vertendum eſt: *contrariorum, inter quae nihil medii intercedit, ſive*, ut nunc loquuntur in ſcholis dialecticorum, *immediatorum ſublato uno neceſſario ponitur alterum.* GRAEV. Non poſſunt ea notare, quod volunt interpretes, *eorum, inter quae nullum eſt medium, altero elevato, alterum contra deprimi*, ſed *altero ſublato* vel negato, *proprius reponitur* vel confirmatur *alterum.* GRON.

ead. l. 15. Ἄρσις) Vertitur *elevato.* Sed vertendum *ſublato.* GUYET.

Pag. 197. *l.* 4. Ὥστε) In M. olim fuerat ὥστε οἰκοδομεῖ ἤδη καὶ αὐτός. Quod longe praeſtat vulgatae. SOLAN.

ibid. Αὑτὸν) Non improbem, ſi αὐτὸν, pro ἑαυτὸν, idque pro σεαυτὸν, hic legamus; aliter certe interpungamus, nimirum ſic: ὥστε οἰκοδομεῖν τι δεῖν ἤδη καὶ αὐτόν· ὡς δείξῃς &c. Sic planior erit ſenſus; ſic Solanus Iuntinam diſpunxerat. Sed quia mox ſequitur αὐτὸς ἐπινοῆσαι δεξιὸν, poteſt & priore loco αὑτὸν per *ipſum* reddi; nec adeo neceſſario reciprocum requiritur, neque ſine neceſſitate talia ſemper mutanda duxi. Bengelius in praefat. edit. minoris N. T. ſe αὐτὸς & αὐτοῦ ſae-

pe pro αὐτοῦ ſtudio reliquiſſe, ait, & αὐτοῦ reciprocum ſaepe eſſe: quod ut non ubique concedo, (non credens αὐτῷ & αὐτοῦ ſemper promiſcue uſurpare licere) ita propter permulta exempla non audeo ubique negare, nec dicere, omnia mutanda eſſe, quae is in membranis, & quae nos in priſcis edd. invenimus; cum & Latini nonnulli auctores diſcrimen inter *ſuus* & *eius* negligant, ut in Ambigg. notavi, & *ipſum* pro *ſe* quoque dicant. Diligentiſſ. in inveſtigandis Codd. Grabius, etiam in edit. Vet. Teſt. ſtudio ſaepe αὐτοῦ pro αὐτοῦ dedit, ut Exod. IX, 33, Μωϋσῆς — ἐξεπέτασε τὰς χεῖρας αὐτοῦ. Iterum ſic X, 22. Item Amos c. II, 7, ὅπως βεβηλώσωσι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ αὐτῶν, & v. 8, ἔπινον ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ αὐτῶν. Sed Exod. XI, 3, idem edidit Κύριος δὲ ἔδωκε τὴν χάριν τῷ λαῷ αὐτοῦ. Ut ſexcenta alia omittam, ex quibus pateret, illum ſaepius primam laevigare, ubi adſpirata ex praeceptis Grammaticis poſtulatur, & rarius adſpiratione uti. Ubi vero ad perſpicuitatem ſenſus intereſt, ibi ego mutare non vererer, memor quam facile in ſpiritibus aberretur ubique. In dubiis ſaltem id eligendum, quod melius eſt: ac potius ſic ſtatuendum, quia edd. & Codd. in pronominum ſpiritibus miſere fluctuant, omnia, ut res poſtulat, corrigenda. Sic cum Long. Paſt. III, 97, ait, καὶ ἐζήτει πρὸς αὑτὸν, ὅ, τι λεχθῆναι πιθανώτερον, *deliberat ſecum, quid potius dicendum eſſet;* ſecundum id corrigendum, quoties ſimili in loco male αὑτὸν expreſſum offendas, i. e. ubi periculum ſit, ne ad aliam, quam decet, perſonam, referatur. Alibi enim & apud eund. Long. αὑτὸν ſic poſitum invenio, ut L. III, p. 105 ed. Iungerm. ἄρνες ταῖς μητράσιν ὑποκλάσαντες αὑτοὺς, *agni matribus ſe ſubſternentes, ſubnixi, ad ſugendum;* quod etiam in αὑτοὺς mutandum dixeris, quia deinde p. 109 ἐγκύψασα ἑαυτὴν diſerte ſcribitur. Conf. c. 6 & 15 Dial. ſeq. ubi rurſum haec differentia occurrit. REITZ.

ead. l. 7. Οὐδ') (Deeſt ex Gr. ταῦτα δὲ λελέχθω ἡμῖν οὐκ ἐπὶ λοιδορίας μέρει.) VORST.

ibid. Μῶμος μωμήσασθαι) Hunc locum imitatus eſt Ariſtaen. Ep. 1, l. 1, ex emendatione Ioſ. Merceri. BOURD.

ead. l. 8. Κορυφαιότατα) Conf. infra Soloec. c. 5, τῶν φίλων ὁ κορυφαιότατος. Prave iudicat Thomas Magiſter, hanc vocem hic ridiculi cauſa adhibitam eſſe a Luciano. Vide notam ad Σολ. c. 5. SOLAN.

Pag. 198. *l.* 2. Ἀπὸ καστιτέρου) Flor. ἐκ. BOURD. Ex M. L. & ed. *Fl.* pro ἀπὸ, quod in reliquis eſt. SOLAN.

ead. l. 3. Ἢ ἀπὸ Κύπρου Τίτυρμον, ἢ ἀπὸ Λεωτροφίδου Μίλω-

να) Ex hoc loco licet coniicere, Cononem illum ducem famigeratum fuiſſe corpore parvum & exilem: nam & ille Leotrophides, qui Miloni opponitur, a Comico Ariſtophane in avibus ut parvus & exilis traducitur, & ab eius Scholiaſte ut talis notatur: de Titormo vero, & eius mirandis viribus, vide Aelian. L. XII, c. 22. PALM. *Cononem* aliquem imbecilli corporis hominem nondum obſervavi praeterea. In mentem veniebat *minimus* ille apud Plin. 7, 16, ſ. 16, *homo duos pedes & palmum* longus *Conopas, qui in deliciis Iuliae neptis Auguſti fuit. Leotrophides* nobilis ex Schol. Ariſtophan. Avium 1406. Add. Caſaubon. ad Athen. 12, 13. Neque de *Titormo* opus eſt aliquid adiicere. Neque apologia, credo, longa opus habet illa circa apices immutatio, cum pro vulgato ἀλλά που legimus ἀλλὰ ποῦ cum interrogatione. GESN.

ibid. Τίτορμον) Eleganter vidit Clericus, totum hoc de Titormo eſſe ex Aeliani Ποικιλ. lib. XII, cap. 22, deſumtum, iiſdemque, ſi pauca excipias, verbis enarratum. Opportuna admodum ſunt haec Scholiaſtae, ut ex eo Aelianus, & ex Aeliano viciſſim ipſe emendetur. Nimirum in Scholiaſte pro ὡς ἔπος, ſine dubio ex Aeliano ſcribendum ὅσον ἐπ'. Atque ex eodem apud Scholiaſten pro καὶ ὁ μὲν ἀποδρᾶναι μὲν ἔσπευδεν, extrito poſteriori μὲν, emendatius legas, καὶ ὁ μὲν ἀποδρᾶναι ἔσπευδεν. Tum ex Scholiaſte emendandus Aelianus, vel potius confirmanda emendatio Tan. Fabri, apud Aelianum pro ἐνταῦθα ῥηθῆναι λέγουσι παροιμίαν, legentis ἐντεῦθεν ῥηθῆναι λέγουσι τὴν παροιμίαν. Plane enim ita, & recte, Scholiaſtes; niſi quod illud τοι, quod Faber inſerit, non habet; nec id requiritur. IENS. (Titormus Aetolus in albo voracium fuit, diciturque a Graecis cum Milone de robore certaſſe. Ath. & Ael. l. c. *Vorſt.*) V. Herod. VI, p. 238, 1, Athen. X, & Ael. V. H. XII. Locus Ariſtoph. de Leotrophida reperitur in Avib. p. 606. V. etiam 412 med. SOLAN.

ead. l. 4. Ἀλλά που τὸ τῆς τέχνης καὶ τὸ τῆς συμβουλῆς χρήσιμον οὐκ ἐς ποίησιν) Χρήσιμον οὐκ ἐ. π. MARCIL. Ἀλλὰ που recte ſcribitur in Cod. P. In reliquis ἀλλά που. SOLAN.

ead. l. 6. Τῶν προσόντων) Rectene hac voce utatur hic Lucianus, addubito. Vix eo ſenſu adhibiturum fuiſſe Demoſthenem puto, qui Ol. III, pag. m. 25 f. ſic ſcribit: τοῦτ' οὖν δεῖ προσεῖναι τὰ δ' ἄλλα ὑπάρχει. Uſurpat tamen Noſter iterum 55 B. C. Vide tamen ὑ. Eix. cap. 6 & 20 B. ubi eodem modo uſurpat Noſter. SOLAN. Nihil hic mutare Florentinam ab *Iunt. Hag.* & reliquis, notaverat Solanus. Quare? an igitur ſuſpi-

catus eſt legendum προσιόντων; non credo. Vid. Noſtrum infra de Imag. c. 6 f. & c. 20 med. REITZ.

ead. l. 7. Ἴκκος) V. Plut. 299, 1. Tarentinus, & hinc emenda Aelianum XI, 7, apud quem male ſcribitur Ἴκχος. Vide etiam Plat. 647 C. qui eum toto exercitationis tempore, venere abſtinuiſſe tradit. Fuit & Iccus Tarentinus Pythagoreus, Iambl. p. 216 B. SOLAN.

ibid. Ἡροδίζης) Angl. Ἡρόδικος. BOURD. Ἡρόδικος ex A. P. & Schol. reſtituimus, loco vulg. Ἡροδίζης. Herodicum enim invenio celebrem gymnaſtam, (apud Plat. Πολ. III, 440 C. D. ed. Baſ. & 337 B. & apud Plut. 983, 2.) Herodizem nullibi. In Platonis Protagora pag. 196 B. ed. Baſ. coniungi etiam *Iccum* & *Herodicum* commodum monet I. la Faye vir doctiſſimus. Cf. Suidam. SOLAN. Vix dubitari poteſt, quin Lucianus in animo habuerit Herodicum illum, de quo Plato de Rep. 3, p. 440 C. Ἡρόδικος παιδοτρίβης ὤν, καὶ νοσώδης γενόμενος, μίξας γυμναστικὴν ἰατρικῇ, ἀπέκναισε πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα ἑαυτὸν, ἔπειτ' ἄλλους ὕστερον πολλούς. Hic igitur accuratae illius athletarum diaetae auctor videtur. Hinc iungit etiam Themiſtius Or. 23, p. 290 *. Harduin. Ἴκκον τὸν γυμναστὴν τὸν Ταραντῖνον & Ἡρόδικον τὸν Συλημβριανὸν (leg. vid. Συλυμβρ.) παιδοτρίβην. Nempe Ταραντῖνον Ἴκκον abſtinentiae athleticae nomine vehementer laudat idem Plato de Leg. 8, p. 647 C. Τὸ μετὰ τοῦ σωφρονεῖν ἀνδρεῖον ἐν τῇ ψυχῇ κεκτημένος, ὡς λόγος, οὔτε τινὰς πώποτε γυναικὸς ἥψατο, οὐδ' ἂν παιδὸς ἐν ὅλῃ τῇ τῆς ἀσκήσεως ἀκμῇ. Et Euſtath. ad Diog. Perieg. 376 de illo, ἐπὶ βίου εὐτελείᾳ, inquit, εἰς παροιμίαν κεῖται, τὴν λέγουσαν Ἴκκου δεῖπνον, ἐπὶ τῶν ἀπεριττως δειπνούντων. De his igitur cum conſtet, illud mirari ſubit, cur ab Aldina editione diſceſſerint ſequentes, quod norim, omnes, omittenda negatione inter γυμναστὴς & ὑπόσχοιντο, quo facto tenebris omnia ſunt obſita, quas reducta nunc antiqua lectio, & interpretatio illi accommodata, diſpellit: niſi quod circa *Perdiccam* celebratae imbecillitatis hominem difficultas ſupereſt, quam ita minuebat ὁ πάνυ Graevius, ut verba, quae parentheſi includenda putamus, non Luciano, ſed Scholiaſtae alicui tribueret. Ceterum de Perdicca nihil monuit praeterea. Verum non abſurde hic mentionem fieri hominis, prae amoris impatientia κατεσκληκότος, ut hic dicitur, aut, ut Plutarchus deſcribit in Demetrio p. 1661 H. Steph. τρόπον ἀπαλλαγῆς τοῦ βίου ζητοῦντος, καὶ παραλύειν ἀτρέμα καὶ θεραπείας ἀμελείᾳ, καὶ τροφῆς ἀποχῇ· talis, inquam, hominis haud abſur-

de hic mentionem fieri, vel ille Platonis locus ſatis declarat, quem de Tarentino Icco modo laudabamus. Utrum autem ſit alius quoque, qui pro Antiocho Seleuci filio Perdiccam nominaverit, non habeo dicere. Appianus quidem Syriac. p. 126 ſeq. & Valer. Max. 5, 7, ext. 1, cum Plutarcho faciunt. GESN.

ead. l. 8. Ὑπόσχοιντο ἂν σοι τοῦτον Περδίκκαν) Οὐ τοῦτον Περδίκκαν, MARCIL. Οὐχ ὑποσχ.) Sic ed. *I.* optime. Reliquae & ipſe M. omiſerunt illud οὐχ, atque adeo ſenſum depravarunt, quem ex ingenio reſtituere conatus eſt Marcilius, & poſt eum Vorſtius. SOLAN.

ead. l. 9. Περδίκκαν) Quem Perdiccam velit, aut cur huc adducatur, mihi non liquet. At quae de Antiocho & Stratonice, nota cum ex ipſo Luciano, qui in de Dea Syria cap. 17 & 18 fuſe enarrat, & iterum tangit Ὀρχ. c. 58, & Ἰκαρ. cap. 15; tum ex Plut. (in Demetr. 1660. — & 607 B.) Appiano, (Συρ. p. 87 ed. St.) Galeno (π. προγ.) aliiſque permultis. Si quaeras autem, cur de Perdicca haec praedicet, quae Antiochi propria ſunt; ſic habeto: videri nempe fuiſſe Luciani aetate, qui ita ſcriberent; adeo ut neceſſe fuerit, earenus receptam ſequi opinionem. Sed ut verum fatear, in hoc non acquieſco, & locum corruptum eſſe pronuntio; intruſumque in textum Luciani Scholium, ab aliquo ſcriptum, qui Perdiccae nomen pro Antigoni in ſuo Codice hic invenerat. Fuit & alia Stratonice Macetа, regis Perdiccae ſoror. V. Thucyd. II, 101 ſub fin. Sed ſoror haec, neque eius amore captum fuiſſe Perdiccam ibi legitur. SOLAN.

ibid. Εἰ δὴ οὗτος) Εἰ δὴ οὗτός ἐστιν ὁ τῆς μητρυιᾶς ἐραστὴς, & quae ſequuntur uſque ad Στρατονίκης ἐκείνης, nullus dubito, quin ſint ὑποβολιμαῖα, & margini a magiſtro adſcripta, ad Perdiccae nomen, quibus inquirebat, num hic eſſet ille Perdiccas, ſic enim vertendum εἰ δὴ οὗτος, ut apud Latinos quoque, *viſam ſi domi ſit*, pro num domi ſit, qui amore novercae correptus fuerit. Haec poſtea in ipſum contextum irrepſerunt. Nihil enim faciunt ad rem, de qua hic loquitur. Agit enim de Perdicca illo tempore noto, qui propter imbecillitatem, aut aliud corporis vitium, parum erat aptus ad artes athleticas. Verba, quae in eadem pagina praecedunt, obſcurius verſa ſunt: ἀλλά που τὸ τῆς τέχνης, καὶ τὸ τῆς συμβουλῆς χρήσιμον, οὐκ ἐς ποίησιν τῶν προσόντων, ἀλλ' ἐς χρῆσιν αὐτῶν τὴν προσήκουσαν, *verum artis & conſilii haec eſt utilitas, ut non ſuppeditent ea, quae adſunt, ſed ut illis convenienter uti doceant.* Nemo intelligit, quid haec ſibi velint, *ut non ſuppeditent ea*,

quae adſunt. Melius vertas: *verum artis & conſilii haec eſt utilitas, non ut efficiat illa, quae inſunt, ſed ut iis recte quis utatur*, hoc eſt, quae ab arte proficiſci poſſunt & conſilio, utilia ſunt non ad illa efficienda, quae in homine ſita eſſe debent, nimirum ingenium & prudentiam: nullius enim ars & diſciplina poteſt hominem ſtupidum & hebetem ingenioſum reddere; ſed ut quis facultatibus, quas natura in illum contulit, recte utatur. Inde ſequitur illa ſimilitudo de palaeſtritis, qui Perdiccam imbellem promittant ſe arte Olympionicam reddituros parem praeſtantiſſimis & robuſtiſſimis athletis. GRAEV.

ead. l. 11. Ἀντίοχος ὁ τοῦ Σελεύκου Στρ. ἐκ.) Iterum infra Ἰναρ. c. 15, & Συρ. c. 17, atque alibi. SOLAN.

ead. l. 12. Θεαγ. — Πολυδ.) Prior horum in Olympionicarum ab erudito Gul. Loyd (eruditiſſimi Wigornienſis Epiſcopi filio) edito nuper, cum haec ſcriberem, catalogo, comparet ad Ol. LXXVI, ubi ex Pauſ. Eliac. II, 188, 18 &c. παγκρατίῳ viciſſe traditur. Ter Olympicam coronam reportaſſe narrat Dion Chryſ. 230 A. Suidas tacet; ſed de poſteriore idem plurima habet iis fere ſimilia, quae de *Titormo* a Scholiaſta memorata legiſti (παγκρατίῳ victor Ol. XCIII. Afr. & Pauſ. Eliac. II, pag. 112, 17, quem locum omnino vide. *Loyd.*) De Theagene adi Plut. 1452. Platonem etiam, cuius aetate vixit, de Rep. I, & Pauſ. l. c. Vide Noſtrum Herod. fin. Εἰκ. c. 19, & Ἐκκλ. c. 12. SOLAN. Monuerat Hemſterh. in marg. adeundum Waſſe ad Thucyd. p. 255, no. 30, (i. e. ad L. IV, § 27.) ubi Thucyd. Θεογένους mentionem fecit, qui explorator ab Athenienſibus electus ſit, pro quo in quibuſdam libris tamen legatur Θεαγένους, pergitque Waſſe, Θεαγένης Tyrannus Megarenſium, ſocer Cylonis, Thucyd. I, 126, & Pauſan. Atticis XXXVIII. Alius Θεαγένης Athenienſis apud Thucydid. V, 24, qui tamen ibidem cap. 19 Θεογένης. Θεαγένης athleta apud Pauſ. VI, 6, 11 & 15. Plutarch. Πολιτικοῖς παραγγέλμ. Lucian. de Conſcrib. Hiſt. p. 626, (ed. Graev. i. e. hoc c. 35.) & Deor. Concil. pag. 714. Et Catapl. p. 427; aliaque ex Xenophon. &c. de Scriptore Hiſtor. pluſoſ. quae ibi vide, unde haec feſtinans excerpſi. REITZ.

in Schol. col. 1. *l.* 12. Ἀπωθεῖ) Suſpicatur L. Kuſterus de verb. med. p. m. 43 f. (al. 74.) potius ἀπωθεῖται ſcripſiſſe Aelianum, (ex quo haec hiſtoria verbatim petita, V. H. XII, 22; ſi pauca excipias) ſed falli Kuſterum, & ἀπωθεῖ recte ſe habere, ac promiſcue ἀπωθεῖν & ἀπωθεῖσθαι uſurpari, ex Plat. L. IV de Rep. p. 453 B. aliiſque probat F. L. Abreſch.

in Animadverſ. ad Heſychii quaedam loca. Vide Miſcell. Obſerv. menſ. Aug. 1736, pag. 299. REITZ.

Pag. 199. *l.* 4. Ἄπεστω) Ariſten. loc. cit. BOURD.

ead. l. 10. Τελέσειεν) Si quis me docuerit, quomodo hic legitur, ita & alios eſſe locutos, & bene ea cum reliquis cohaerere, illi gratias agam merenti lubens. Interea interpretatus ſum, ac ſi legatur, quomodo Lucianum dediſſe ſuſpicor, τελέσειεν ἃ χρὴ, καὶ πρὸς τὸν σκοπὸν ἵκοιτο. Οὐ γὰρ ἂν φαίης κ. τ. λ. GESN.

ead. l. 11. Καί τοι οὐ γὰρ) Ἀνακολουθία eſt in his verbis, ſi interpretere, ut editores interpretati ſunt: Καί τοι οὐ γὰρ ἂν φαίης ἀπροσδεῆ τὸν συνετὸν εἶναι τῆς τέχνης, κα. διδασκαλίας, ὃν ἀγνοεῖ. ἐπεὶ κἂν ἐκιθάριζε μὴ μαθὼν καὶ ἤυλει, καὶ πάντα ἠπίστατο. νῦν δὲ μὴ μαθὼν οὐκ ἂν τι αὐτῶν χειρουργήσειεν. ὑποδείξαντος δέ τινος, ῥᾷστά τε ἂν μάθοι, καὶ εὖ μεταχειρίσαιτο ἐφ' αὑτοῦ. *Neque enim dixeris, eum, qui fuerit intelligentia praeditus, arte & doctrina earum rerum, quas ignorat, opus non habere: quoniam ſi abſque doctrina citharam pulſare & tibia canere poſſet, etiam omnia ſciret. Nunc autem non edoctus nihil eorum manu pulſare poſſet: ſed docente aliquo facillime diſceret, & recte per ſe ipſum adminiſtraret.* Sed quae haec eſt ratio, qui abſque doctrina citharam pulſare poſſet, & tibia canere poſſet, etiam omnia ſciret? ἐπεὶ hic eſt *alioquin*, ut frequenter apud Platonem, id quod dudum a doctis eſt obſervatum. Sic autem vertendus hic locus: *Neque enim dixeris, eum, qui ingenio praeditus eſt, arte & doctrina rerum, quas ignorat, non opus habere. Alioquin qui non didiciſſet, citharam pulſaret, & tibia caneret & omnia ſciret. Nunc vero, qui non didicit, haudquaquam aliquid ex iis tractet: monſtrante vero aliquo facile & addiſcat, & per ſe ipſe exerceat.* Alioqui, inquit, homo ingenioſus & ſollers facile, quamvis illa non didiciſſet, cithara & tibia caneret. Non longe poſt tradit, hiſtoricum debere eſſe ingenio militari, ſed una etiam civili prudentia, & peritia imperatoria. Hoc enim volunt illa verba, καὶ γνώμην στρατιωτικὴν, ἀλλὰ μετὰ τῆς πολιτικῆς καὶ ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχων. Male interpretes, ſicut & mox pag. ſeq. καὶ τι ἐξελαύνειν, ἢ περιελαύνειν, male vertunt, *quomodo equum emittere, quid obequitare:* cum ſit, *quomodo equitatu erumpere*, aut *illo circumire*, ſeu *circumvenire*, ſcil. hoſtilem exercitum. GRAEV.

Pag. 200. *l.* 1. Καὶ τοίνυν καὶ ἡμῖν τοιοῦτός τις ὁ μαθητὴς νῦν παραδέδοσθω, συνεῖναί τε, καὶ εἰπεῖν οὐκ ἀγεννὴς ἀλλ' &c.) Παραδέδοσθω οὖ συνεῖναί τε καὶ εἰπεῖν ἀγεννὴς ἀλλ' &c. MARC.

ead. l. 2. Συνιέναι) Antea legebatur *συνεῖναι*, minus apte, cum ita facultas una eademque intelligatur; nunc utraque. In ea autem voce facile peccari, & res ipsa & exemplum c. 44 abunde ostendunt. SOLAN. Obsecundavi Solano, *συνιέναι* edens, pro vulgato *συνεῖναι*, quia Nostro ita usitatum novi. Etsi enim *συνεῖναι* quoque a *συνίημι* formari tradunt Grammatici; tamen hic nimis ambiguum foret, & nondum satis probatum est uno alterove testimonio, *συνεῖναι* idem esse, quod *συνιέναι*, quia error a compendio scribendi in infinitivis hisce usitato, facile potuit oboriri. Herodian. tamen L. II, 9, 15, *οὕτω καὶ τὰς διανοίας παχεῖς, καὶ μὴ ῥᾳδίως συνεῖναι δυναμένους, ita crasso sunt ingenio, & non facile sentiunt, si quid agatur dolose.* Et licet *Fl. Ald. H. l.* & recentiores habeant *συνεῖναι*, nec Codex memoretur, qui aliter legat, tamen typographicum tantum vitium credo, cum versiones Latinae iam expresserint *intelligendi* verbum; quare monenti Solano tanto facilius obsecutus sum. REITZ.

ead. l. 4. Καὶ γνώμην στρατιωτικὴν, ἀλλὰ μετὰ τῆς πολιτικῆς, καὶ ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχειν) Καὶ γνώμην στρατιωτικὴν, ἀλλὰ μετὰ πολιτικῆς, καὶ ἐμπειρίας στρατηγικῆς ἔχων. Requirit in historiarum scriba mentem praeditam & rei militaris aliqua notitia, & scientia politica, & usu imperatorio. Eant, videant nostri seculi historiarum scribillones, ecquid eiusmodi trogalia in suo sinu aut penu inventuri. MARCIL.

ead. l. 6. Ἔχειν) Emendationem Marcilii recepit in textum Salmuriensis editor Benedictus, & sane ad venustatem loci facere videtur; sed quia commoda satis est vulgata, & nonnulla sunt in eo loco salebrosa, quae ego penetrare non possum, aliis intacta relinquo, & scripturam veterum librorum reddo. Confer Livium XXV, 19, & Plut. in V. 1841. Quorum ille, *tanquam eadem militares & imperatoriae antes essent.* SOLAN. Nolo quidem nimium mihi indulgere in mutanda lectione recepta; sed non tamen accedo Solano, satis commodum sensum vulgatae pronuntianti, quem quidem satis apparere fateor, quid velit, sed non commodae tamen est structurae. Cum enim ἀλλ' ὀξὺ δεδορκὼς in participio ponatur, & reliqua post alterum ἀλλὰ quoque per participia enuntientur, non video, quo cum verbo infinitivus ἔχειν apte cohaereat; nam ut χρήσασθαι pendet ab οἷος, ita absurda oratio foret, si similiter, οἷος ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχειν dicas: quid enim est, *aptus est habere peritiam militarem?* Sed si cum Marcilio ἐμπειρίας στρα-

τηγικῆς legeris, quod mihi non displicet, tum ἀδιάφορον erit, legasne ἔχων an ἔχειν. REITZ.

ibid. Καὶ — καὶ) Vid. de hoc pleonasmo huius Dialogi § 60. REITZ.

ead. l. 9. Κέρως — μετώπου) Conf. supra huius Dial. cap. 29 f. SOLAN.

ead. l. 12. Ἀπαγγέλλουσι) Ed. *I.* ἀπαγγέλουσι. SOLAN.

ead. l. 16. Μήτε Φίλιππος ἐκκεκομμένος τὸν ὀφθαλμὸν ὑπὸ Ἀστέρος τοῦ Ἀμφιπολίτου τοῦ τοξότου ἐν Ὀλύνθῳ) Non concordat Lucianus cum Historicis, qui id negotium attigerunt. Omnes fere uno consensu scriptum reliquerunt, id evenisse Philippo in Methones obsidione. Diodorus lib. 7: ὁ δὲ Φίλιππος τὴν μὲν πόλιν κατέσκαψε, τὴν δὲ χώραν διένειμε τοῖς Μακεδόσι, ἐν δὲ πολιορκίᾳ ταύτῃ συνέβη τὸν Φίλιππον εἰς τὸν ὀφθαλμὸν πληγέντα τοξεύματι διαφθαρῆναι τὴν ὄρασιν. De Methona vero loquitur. Sic & Strabo lib. 8: παρὰ Θουκυδίδῃ δὲ ἐν τισὶν ἀντιγράφοις Μεθώνη φέρηται ὁμώνυμος τῇ Μακεδονικῇ, ἐν ᾗ Φίλιππος ἐξεκόπη ὀφθαλμὸν πολιορκῶν. Solinus c. 14: *in regione Magnesiae Methone oppidum situm est, quod cum obsideret Philippus Alexandri Magni pater, damnatus est oculo ictu sagittae, quam iecerat Aster oppidanus.* Quo in loco notandus est error Solini, qui Methonem Magnesiae cum Macedonica confundit. Nam ea Methone, quam obsidebat Philippus, alia erat a Magnesiaca, ex verbis expressis Strabonis lib. 9, ἔξης δὲ αἱ ὑπὸ Φιλοκτήτου πόλεις καταλέγονται, ἡ μὲν οὖν Μεθώνη ἑτέρα ἐστὶ τῆς Θρᾳκικῆς Μεθώνης, ἣν κατέσκαψε Φίλιππος· quod dictum sit obiter. Idem ait Harpocration Μεθώνη· Δημοσθένης Φιλιππικοῖς λέγει ἀν τὴν ἐν Θράκῃ, ἣν πολιορκῶν Φίλιππος ἐξεκόπη τὸν δεξιὸν ὀφθαλμόν. Suidas etiam in voce Κάρανος de Philippo: Μεθωναίοις δὲ τοῖς ἐπὶ Θράκης πολεμῶν τὸν ὀφθαλμὸν ἐπηρώθη Ἀστέρος τινὸς ὄνομα βαλόντος αὐτὸν βέλει. Plutarchus in Parallelis causam forte erroris praebuit Luciano; nam ille sic de hoc negotio: Φίλιππος Ὀλυνθον καὶ Μεθώνην βουλόμενος πορθῆσαι, καὶ διαζόμενος ἐπὶ τῷ Σανδάνῳ ποταμῷ διαβῆναι πέραν, ὑπὸ τινος τῶν Ὀλυνθίων Ἀστέρος ὀνόματι ἐτοξεύθη τὸν ὀφθαλμόν. Et haec habet, ut ait, ex Callisthene in 3 Macedonic. & ex eo, quod sive ille, sive Callisthenes dixit, ὑπὸ τινος τῶν Ὀλυνθίων, puravit Lucianus, id evenisse in Olyntho. At nihil obstat, quin Aster ille, sive Amphipolitanus fuerit, ut ait hoc loco Lucianus, sive Olynthius, ut ait Plutarchus, fuerit in copiis Olynthiorum auxiliaris in Methones obsidione, &, ut omnia quadrent, potuit esse Amphipolitanus patria, Olynthiis militans inter auxilia

Methonenſium. Trogus apud Iuſtinum lib. 7 ait, in Philippum praetereuntem de muris ſagittam iactam oculum effodiſſe, & in eo cum Plutarcho pugnat, qui, dum traiicere conaretur Sandanum fluvium, oculum amiſiſſe ait. Sed de Sandano illo fluvio nullus alius meminit praeter Stobaeum, qui ex Plutarcho habet, & eum Sardonem vocat in textu, in margine vero Sandanum. Ergo nihil in eo certi. PALM. *Plutarch. in Parall.*) Parallela illa Plutarcho falſo tribuuntur. LA CROZE.

ead. l. 17. Ὑπὸ Ἀστέρος) Ecce rurſus ὑπὸ pro ὑπ'. Sic Long. Paſt. III, p. m. 105, ἀπὸ αἰγῶν, καὶ ἀπὸ οἰῶν· & IV, 112, ἐπὶ ἰκεσίαν. Sed hoc iam nimis egimus alibi, & ſaepe poſtea occurret. REITZ.

Pag. 201. *l.* 1. Ἐν Ὀλύνθῳ) Conf. ſupra c. 28. Et videbis, cur Solanus notatu dignum exiſtimarit inquirere, num conſtans haec ſit lectio. REITZ.

ead. l. 2. Μήτε Ἀλεξ.) Videtur ad picturae rationem reſpicere Lucianus, & hoc indicare, Philippo, poſt oculi cladem, contigiſſe, quod de Antigono narrat Plinius 35, 10, f. 36, 14: *Pinxit Apelles & Antigoni regis imaginem altero lumine orbam, primus excogitata ratione vitia condendi: obliquam namque fecit, ut, quod corpori deerat, picturae potius deeſſe videretur: tantumque eam partem e facie oſtendit, quam totam poterat oſtendere.* Meminit etiam Quintilianus II, 13, 12. GESN.

ibid. Ἀνιάσεται) Τὸ ἀνιάσ. gloſſ. videtur. τὸ μελέτω ἀπὸ κοινοῦ repetendum, i. e. μήτε μελέτω αὐτῷ Ἀλέξανδρος. GUYET.

ead. l. 3. Εἰ σαφῶς ἀναγράφοιτο) Ἡ σφαγὴ ſcil. GUYET.

ead. l. 5. Καὶ κατέχων τὸ βῆμα) Benedictus, *& tribunal contineat;* Micyllus, *& ſuggeſtum ſive tribunal quaſi poſſeſſionem ſuam detineat.* Quanta apud hos vilitas Latini ſermonis, tantopere ab elegantibus exagitata? Dicebant Romani *tenere forum, tenere curiam*, de eo, qui maxima auctoritate illic polleret. Plane ſic iterum locutus eſt auctor in Sympoſio, φθανῶν αὐτῷ εὐδοκιμοῦντι καὶ κατέχοντι τὸ συμπόσιον. Eae locutiones ſibi prorſus reſpondent. GRON.

ead. l. 6. Οὐδὲ ἡ σύμπασα πόλις τῶν Ἀθηναίων, ἣν τὰ ἐν Σικελίᾳ κακὰ ἱστορῇ, καὶ τὴν τοῦ Δημοσθένους λῆψιν, καὶ τὴν Νικίου τελευτήν.) Diſcrepant haec ab aliorum ſcriptorum ſententia. Thucydides & Plutarchus narrant, utrumque a Syracuſanis interfectum. Iuſtinus vero lib. IV ait, Demoſthenem ſibi ipſum intuliſſe manus, Niciam vero captum. Sed vide Plutarchum in Nicia. GRAEV.

ead. l. 8. Καὶ τὸν Δημοσθένους λῆψιν) De his, & quae mox

ſequuntur, vid. Thucyd. VII, 82, 84, 85, 86. SOLAN.

ibid. Νικίου τελευτὴν) Ad loc. Thucyd. c. 86, quem Solanus laudat, meretur videri Waſſius, ubi ait: Lucianus de Conſcr. Hiſt. Niciam ait interfectum eſſe, captum vero Demoſthenem. Iuſtinus IV, 5, Demoſthenem ſibi ipſi intuliſſe manus: recte quidem hic; nam percuſſit ſe in proelio, haud tamen letaliter, teſte Plutarcho p. 541. Die menſis Carnei XVII Athenienſes ſubhaſtati. Ceterum a Noſtro diſſidet Diodorus, & Niciam Gylippo impulſore interemtum aſſeverat XIII, 347. Sed a Noſtro ſtat Plutarch. ſcriptor eruditiſſimus, & illi hac in parte anteponendus. Conſer Euripid. fragm. 516. Haec Waſſius l. c. REITZ.

ead. l. 15. Ἐκεῖνος ὁ Διώκων) Vid. Demoſth. Ol. III. SOLAN.

ibid. Ἐντὸς εἰ μὴ εὔξασθαι δέον μήτι παρέλιπεν) Extra quam quod ei orandum, nihil praetermiſiſſe, ſive ne quid praetermiſerit. MARCIL.

ead. l. 16. Εὔξασθαι δέον) Alludit ad Demoſth. locum, in quo haec totidem fere verbis leguntur, Ol. III, p. m. 26 B. ἀλλ' οὐχ ἥδέα ταῦτα οὐκέτι τοῦθ' ὁ λέγων ἀδικεῖ. πλὴν εἰ δέον εὔξασθαι παρελείπετο, ubi interpres videatur. Ego vero neutrum ſatis aſſequor. Id agit illic Demoſth. ut ingrata ſeſe dicentem purget. Neque enim ſibi vitio verti merito poſſe ait, quod Reip. morbos ob oculos populi ponat. Niſi forte male invidere Reip. putent, ſi quis non perpetuo, ei ut bene ſit, in oratione optet, cum non bene ominando ſed fortiter conſulendo res gerenda ſit. Hunc Demoſth. locum aut aliter intellexit Lucianus, aut alio detorſit, quod hic ab eo factum minime oportuit; aut denique aliter ipſe, quam in hodiernis Codd. legitur, quod ſuſpicor, ſcripſerat. Confer & Phil. I. (124 B.) Chryſ. Ἀντ. 343 f. Ὅταν εὔξασθαι δέῃ, νηφούσῃ καὶ ἀγρυπνούσῃ διανοίᾳ τοῦτο ποίησον. In M. μήτι ſupra ſcriptum eſt: unde liquet, inſertum fuiſſe ab iis, qui huic loco medicinam facere volebant. SOLAN.

ibid. Μήτι παρέλ.) Obſcuriuſculum reddit hunc locum illa Atticiſmi affectatio, circa negationem μήτι, quae, ceterorum rationi collata, abundat. Itaque idem hic valet μήτι, quod alias in eadem conſtructione valeret τοῦτο. Sententia igitur haec erit, ſcriptori rerum patriae ſuae adverſarum imputari nihil poteſt, niſi forte illud, ſi eo ipſo tempore, cum eae gererentur, vota facere pro felicitate ſuorum intermiſerit. GESN.

Pag. 202. *l.* 2. Τὸν Θουκυδίδην) Thucyd. VI, 96, & VII, 43; & de Γυλίππῳ VII, 73. SOLAN.

ead. l. 3. Ἐπιστολαῖς) V. Thucyd. l. c. SOLAN.

ead. l. 8. Πρώτων) Cur Solanus nil variationis in hac voce inveniens, tamen operae duxerit eam notare, non reperio. An dubitavit de plurali numero, quia ἐλπὶς in aliis linguis vix habet pluralem? Non credo hanc esse causam: neque enim ignorare potuit, id Graecis multo esse familiarius, quam vel Ciceroni, qui *meas spes*, plurali num. quoque dicere amat. Et sic Lucianus tam saepe, ut fere annotasse pudeat. Vid. tamen mox cap. 61. Ita quoque Diod. Sic. *ib.* p. 297 ed. Bas. πρασσόντων ἐλπίδων ἀγαθῶν, & ead. pag. iterum. Ita & Long. Past. III, p. 99, παρ' ἐλπίδας· ac non semel alibi. REITZ.

ibid. Ἀλκιβιάδου ἔλπ.) De spe Alcibiadis Thucydides, (e cuius libro septimo reliqua huius loci explicare facile fuerit) VI, 15, ἐλπίζων Σικελίαν τε καὶ Καρχηδόνα λήψεσθαι. Deinde sub persona Alcibiadis, quomodo fieri hoc possit, explicat c. 17 & 18, & concludit, ἢ τῆς Ἑλλάδος, τῶν ἐκεῖ προσγενομένων πάσης τῷ εἰκότι ἄρξομεν, ἢ κακώσομέν γε Συρακουσίους. In ipso autem libri initio vanitatis illam spem accusat. GESN.

ead. l. 12. Ἀρταξέρξην) Testantur Hebraei scriptores, nomen hoc Persarum regibus commune fuisse, perinde ac Caesaris Romanorum imperatoribus. COGN.

ibid. Ἰατρὸς) *Ctesiam* tangit, Artaxerxis Mnemonis medicum, qui fabulosa multa & adulatoria historiae admiscuerat, quo sibi regem suum conciliaret. Videndus ea de re Plut. in Artax. in initio. Libros autem Ctesiae periisse notum est. Supersunt tantum collectanea Photii in Bibliotheca. SOLAN.

ead. l. 13. Ἐλπίζῃ) Ἐλπίζῃς ex W. est. In aliis enim ἐλπίζεις, mendose. SOLAN.

ibid. Κάνδυν πορφυρ.) V. Spanh. 455. SOLAN. Ctesiam hic tangi credibile est. De *candye* non diademate, sed toga, Spanh. de usu & praest. num. Diss. 8, p. 457. *Torque* non usos Persas, nisi quibus rex daret, constat ex Xenoph. Cyrop. 8, 4. *Nisaeos equos* inter res pretiosas numerant passim scriptores. Strabonis duo loca laudat Casaubon. ad Athen. 5, 5; itemque illud magnificum Oppiani elogium Cyn. 1, 310 seq. Κάλλει δ' ἐν πάντεσσι πέλει παντυπέροχος ἵππος, κ. τ. λ. Sic utitur Iulianus Orat. 2. p. 50 extr. Lipsius Themistius Or. 22, p. 266 A. Fons autem Herodotus 3, 106; itemque 7, 40, qui posterior locus est clasicus. GESN.

ead. l. 14. Ἵππον τῶν Νισαίων) Nisaea regio est Partyenes haud procul Caspiis montibus: ea equos praestantissimos maximosque aluit, quibus reges ipsi uterentur. Strab. lib. 11.

Plin. lib. 6, c. 25. Plut. in Pyrrho Niſaei equi meminit. COGN. De quibus dico alibi. BOURD. V. Xen. Cyrop. L. VIII, pag. 124, 14. Unde diſcimus, nulli apud Perſas his uti ornamentis equiſve licuiſſe, niſi a rege honoris cauſa donatis. Quem autem haec ultima reſpiciant, neſcio; certe non Xenoph. quem mox iuſtitiae ſumma laude ornat. vid. Cogn. SOLAN.

ead. l. 16. Οὐδὲ Θουκυδίδης) Aemilius Probus in Themiſtocle & Cic. in Bruto Thucydidem plurima fide dignum putaverunt. COGN.

Pag. 203. *l.* 1. Μισῇ &c.) Xenoph. haec iuxta ac Thucydidem innuunt, quorum uterque factione civili in exſilium acti, nihil tamen odii in inimicos in hiſtoria, teſte omni antiquitate, admiſcuerunt &c. SOLAN.

ead. l. 4. Θυτέον τῇ ἀληθείᾳ.) Sic infra Λεξ. c. 23 f. χάρισι καὶ σαφηνείᾳ δύς. SOLAN.

ead. l. 5. Εἴ τις) Ait Noſter, ἓν γάρ, ὡς ἔφην, τοῦτο ἴδιον τῆς ἱστορίας, καὶ μόνη δυτέον τῇ ἀληθείᾳ, εἴ τι ἱστορίαν γράφων ἴοι. Et hic degeneratum ab antiquis editt. ubi recte εἴ τις ἱστορίαν γράφων ἴοι legitur. *Unum enim hoc, ut dixi, hiſtoriae eſt proprium; ac ſoli veritati litandum,* (ridicule Benedictus, *immolandum*) *ſi quis ad hiſtoriam ſcribendam ſe convertat.* IENS.

ead. l. 6. Πῆχυς) Rectius vertas πῆχυς εἷς, καὶ μέτρον ἀκριβὲς, *una norma, & menſura certa:* non, ut interpretes, *una ulna.* GRAEV.

ead. l. 9. Κολακευόντων) Reſpicit ad Socraticam illam ſive Platonicam artium diſtinctionem, qua illas omnes in πολιτικὰς & κολακευτικὰς dividebat, cuius cum etiam Fabius meminerit Inſtit. Orat. 2, 15, 25, ad eum locum e Platonis Gorgia, quae etiam hic ſufficere poſſunt, protulimus. Ceterum ex Fabii l. c. verba quaedam nos ſumſiſſe interpretationis noſtrae, conferenti apparebit. GESN.

ead. l. 10. Εἰκότως) Adlevérat Solanus margini *lunt.* conferend. Ὀρχ. c. 83, quod feci. Legitur autem ibi, μαίνεσθαι αὐτὸς εἰκότως ἂν τινι ἔδοξεν. Sed ſi hoc teſtimonio opus eſt ad probandam ſignificationem adverbii εἰκότως, potius remitterem ad Somn. § 2, ubi id paulo preſſius ad etymon exponit Bourd. Sed quid opus tam notis & ubique obviis inhaerere? REITZ.

ibid. Νομισθείη) Sic υ. εἰκ. c. 22. SOLAN.

ead. l. 11. Κομμωτικὴν) Genuina haec eſt ſcriptura, quam praeferunt M. & ed. *I.* Reliquae, praeter *S.* & *A.* κωμωτικήν. Audi Plat. in Gorg. 288 *C.* τῇ μὲν οὖν ἰατρικῇ — ἡ ὀψοποιτι-

καὶ κολακεία ὑποκεῖται. τῇ δὲ γυμναστικῇ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον, ἡ κομμωτικὴ, κακοῦργός τε καὶ ἀπατηλὴ, καὶ ἀγεννὴς, καὶ ἀνελεύθερος, σχήμασί τε καὶ χρώμασι καὶ λειότητι καὶ εἰσδήσει ἀπατῶσα· ὥστε ποιεῖν, ἀλλότριον κάλλος ἐφελκομένους τοῦ οἰκείου τοῦ διὰ τῆς γυμναστικῆς ἀμελεῖν &c. SOLAN.

ead. l. 12. Ἀλεξάνδρου γοῦν) *Alexandri dictum.* GUYET.

ead. l. 13. Ὡς) Sic emendavimus pro vulgato ὃς, quod corrupte in omnibus legitur, excepta *B.* 2. In M. prima manus nihil ſcripſerat; additum eſt ὃς poſtea. SOLAN.

ead. l. 14. Ὀνησίκριτε) In omnibus libris hic perperam legebatur Ὀνησίκρατες, quod neceſſario mutandum fuit. Nam eiuſdem meminit in Μακρ. c. 14, & in Περ. c. 25, ubi recte in omnibus ſcribitur Ὀνησίκριτος, quod verum eſſe viri illius nomen & alii ſcriptores abunde teſtantur, quamvis in eo nomine cum apud Graecos, tum Latinos ſcriptores frequenter ſit peccatum. (V. Lampr. in Commod. c. 1, & Salm. nott.) Suidas Platonis imitatorem fuiſſe tradit. Diog. etiam Laërt. philoſophis accenſet, p. 158. Curtius etiam meminit IX, 10, & XI, 1. Scripſerat Oneſicritus Alexandri res geſtas, eodem conſilio, quo Xenophon Cyropaediam ſuam, ad quam tanquam exemplar compoſuiſſe Alexandri laudes dicitur a Suida & Laërtio. Qua occaſione ſunt prolata Alexandri verba, quae hic leguntur. Mutavit autem ed. *P.* nomen illius viri in Θυησίκρατες, quod non monerem, & incuriae typographorum imputarem, niſi ita vertiſſe etiam viderem. Strabo permulta ex eius hiſtoria habet XV & XVI. Plut. etiam in Alex. Sed apud hunc etiam variant quandoque libri; plerumque tamen *Oneſicritus* audit, ut 1282 f. V. etiam 583 f. & 591, 2. Gellius etiam *Oneſicritum* recte vocat IX, 4. SOLAN. Oneſicritum hunc, hyperbolarum & mendaciorum non minus, quam Alexandri ipſius, ἀρχιυβριστήν noſcere facile iam eſt ex Fabricii Bibl. Gr. 3, 8, p. 223. Videbat Alexander, illas παραδοξολογίας ſuſtineri aliquantum, dum ipſe viveret, ridiculo futuras, ſe mortuo. GESN.

ead. l. 15. Ἀναγιγώσκουσιν) Poſtulat ſententia futurum. Invitis tamen omnibus libris noluimus mutatum: praeſertim cum adeo diſcrepet ab hac ſcriptura. SOLAN.

Pag. 204. *l.* 7. Τοιοῦτος) Notae ſunt five characteres hiſtorici, de quibus Cic. I de leg. & de Orat. Strab. lib. 1, Polyb. lib. 12, Niceph. Greg. princip. hiſtor. BOURD.

ibid. Συγγραφεὺς) Hiſtoricus omni metu carere debet, dicendi libertatem ac veritatem amare, ut ſit vere παῤῥησιαστής. Cicer. 2 de Orat. COGN.

ibid. Ἀδέκαστος) Philoſtratus in Polluce p. 593, cum uſurpaſſet hanc vocem, ſic exponit: ἀδεκάστους δὲ ἀκροατὰς καλῶ τοὺς μήτε σύνους μήτε δύσνους, qui veriſſimus etiam hic eſt huius vocis ſenſus; uti & in Ἑρμ. c. 64, διανοίας ἀκριβοῦς καὶ ἀδεκάστου Angli aptiſſime per *unbiaſſed* exprimunt. SOLAN.

cad. l. 9. Κωμικὸς) (Ariſtophanes. *Vorſt.*) Vide etiam Z. Tp. c. 32. SOLAN.

ibid. Τὰ σῦκα) Sic paſſim. BOURD. Omnes hoc proverbium Ariſtophani tribuunt, nemo vero commonſtrat, ubi eo utatur. In marg. *Ald.* 1. adſcriptum lego *Ariſtoph.* in 2 Com. Sed non reperio, quidquid quaeſierim. Legiſſe me tamen apud eundem credo, non vero annotavi, quod nimis obvium crederem. REITZ.

ibid. Σκάφην) Male interpres *σκάφην ligonem* interpretatur. Id eſt, *ſinum*, *ſitulam*. Heſychius: σκάφαι ὑφοστρύνια, id eſt, πρόβλια. MENAG. Idem prorſus invenio in notis Guyeti: quare talia non ſemper repetam, niſi, ut ſupra dixi, quo videas, anne alter alterum exſcripſerit, quia toties idem dicunt. REITZ.

cad. l. 10. Ὀνομάζωι) Legendum meo iudicio, τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην δὲ, σκάφην ὀνομάζων, οὐ μίσει, οὐδὲ φιλίᾳ νέμων, οὐδὲ φειδόμενος &c. *Ut Comicus ait, ficus ficus, ſcapham ſcapham appellans; nihil neque odio neque amicitiae dans; neque parcens* &c. Vulgo ὀνομάσων. IENS. Ὀνομάσων) Fruſtra ſollicitat Ienſius hanc ſcripturam. Proba eſt, & longe venuſtior ea, quam ſubſtituere tentat. SOLAN.

Pag. 205. *l.* 2. Μούσας κληθῆναι) Vid. idem huius πρεσβείας c. 1 ſub fin. REITZ.

cad. l. 3. Κτῆμά τε) Verba Thucydid. ſic habent: κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται. *Habes, quod in uſus perpetuos recondas, potius quam ſpectaculum, quo ſemel oculos aureſve paſcas.* Unde maculam in Luciani libris eluimus, reponendo κτῆμά τε pro κτήματα, quod tamen omnes inſidebat. Vid. Thucydid. I, 22. SOLAN. Locum Thucydidis iam attulerat L. Bos in animadv. crit. pag. 12, & cum Luciano comparaverat dicens: Thucyd. I, 22, Κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν σύγκειται. Elegans eſt antitheſis vocabulorum, ut ἐς ἀεὶ, & ἐς τὸ παραχρῆμα, *in perpetuum & in praeſens*; ſic κτῆμα & ἀγώνισμα. Κτῆμα eſt res ipſa, quae ſervatur & poſſidetur, veritas, hiſtoria vera. Recte Schol. ἀλήθειαν interpretatur. Ἀγώνισμα vero certamen iudicrum, fabula, hiſtoria fabuloſa, fabulis adornata, quae auditoribus iucunda. Schol. τὸν γλυκὺν λόγον,

Θέαμα, παιδιὰν, ποιητικὸν ἀγώνισμα καμῳδοποιῶν ἢ τραγῳδοποιῶν. Sic ἀγώνισμα ποιεῖν *fabulam agere*, dicunt Graeci. Citavit haec verba Lucianus h. l. ubi eleganter exponit τὸ ἀγώνισμα per τὸ μυθῶδες, & κτήματα per τὴν ἀλήθειαν. Inferius eod. lib. verſus finem idem explanat dicens, — καὶ μὴ πρὸς τὸ παρὸν μόνον ὁρῶν γράφε, ὡς οἱ νῦν ἐπαινέσονταί σε — οὐδὲν κολακευτικὸν, οὐδὲν ἀυλοτρεπὲς, ἀλλ' ἀλήθεια ἐπὶ πᾶσι. Appoſite etiam Polyb. L. 2, p. 197, & L. 3, p. 257. Adde quoque Ioſeph. L. I contra Apion. p. 1035. Quorum verba Bos adducit, quae, quia nimia, non repeto. Sed addo ex marg. *Ald. Hiſtoria ſit* κτῆμα, *non* ἀγώνισμα. Citat idem Plinius L. V, Ep. ad Capitonem. REITZ.

ead. l. 4. Ἐς τὸ παρὸν ἀγ.) Nobilis locus ex I, 23, quem ſupra iam ex parte tetigit, ubi vetus etiam Scholiaſtes *Herodoti Medica* notat innui. Ea nimirum ἀγώνισμα ἐς τὸ παρὸν, vel, ut eſt apud Thucydidem, ἐς τὸ παραχρῆμα, ſcriptum ad hoc compoſitum, ut in Olympiorum celebritate recitatum plauſus & victoriam auctori ſuo pararet, quod genus *commiſſiones* vocari conſtat e Sueton. Calig. c. 53, ubi hoc ipſum Thucydidis ἀγώνισμα hac voce reddendum Caſaubonus oſtendit. Thucydides ſua ſibi ſcripta eſſe vult κτῆμα ἐς ἀεὶ, *poſſeſſionem*, h. e. monumentum, quod perpetuo ipſius proprium ſit. Laudat etiam hunc locum Plinius V, 8, 11. GESN.

ead. l. 5. Τὸ μυθῶδες) Vide eundem Thucyd. & Tacit. An. IV, 33. Ceterum ut profutura, ita nimium oblectationis afferunt. SOLAN.

ead. l. 7. Ἱστορίας, ὡς) Thucyd. I, 2, & II, 48. SOLAN.

ead. l. 8. Ὡς εἰ πονε) Haec verba apud Thucyd. non reperio, ſed his ſimilia. Vid. I, 22 f. II, 48, & VII, 56. Sic Liv. in operis praef. *Inde tibi tuaeque Reip. quod imitere, capias.* SOLAN.

ead. l. 9. Πρὸς τὰ π. ἀποβλέποντες) Ne quis imperitior credat ἐπιβλέποντες legendum, rurſus monebo eleganter oppoſitam praepoſit. ſolere addi eiuſmodi verbis, ut Diod. Sic. L. XIX, pag. 297 ed. Baſ. ἀπέβλεπον πρὸς τὰς εὐμενοῦς ἐλπίδας. Long. Paſt. III, p. 118 ed. Iungerm. εἰς τὴν θάλασσαν ἀπέβλεπε. Noſter, Gall. cap. 18, εἰς Ἰταλίαν ἐκπλεύσας. Idem ſupra Hermot. c. 79 f. ἐς ὅλμον ὕδωρ ἐκχέας ad quem l. alia ſimilia iam dedi. REITZ.

ibid. Εὐχρῆσθαι τοῖς ἐν πόλεσι) Vertunt: *rebus civitatis recte uti poſſent*, cum ſit, *bene rempublicam gerere*. Improbat in hiſtorico inter alia τὴν ἀγκύλην ταῖς ἐπιχειρήσεσι, ſcilicet ἑρμηνείαν. Interpres, *argumentationibus rotundam*. At hoc laudem

meretur. Verte, *tortuosam argumentationibus.* In eadem periodo κομιδῇ τεθηγμένος, non est *admodum acuminatus*, ut ineptissime interpres, sed *valde concitatus*, ut solent oratores esse. Ex Alcidamante refert Aristot. III Rhet. c. 3, inter frigida dicta ἀκράτῳ τῆς διανοίας ὀργῇ τεθηγμένον, *mera animi ira incitatum.* Frigus est in ἀκράτῳ ὀργῇ. Nec sequentia verba coeperunt interpretes, καὶ ὁ μὲν νοῦς σύστοιχος ἔστω, καὶ πυκνὸς, cum illa vertunt, *sententiae autem inter se cohaereant, ac solidae sint*, perquam absurde. Cum sit, *sensus sit sibi consonus*, (hoc est, qui sibi ipsi non repugnet) *& sapiens*, hoc est, varia rerum cognitione & scientia velut densus. GRAEV.

ead. l. 10. Τοῖς ἐν πόλεσι) Sic legit interpres: aliter longe in Cod. Petri Golmani ἐν ποσί. BOURD. Ποσὶ Mss. Golm. & L. ut Νηρ. c. 4, & Z. τρ. cap. 31 & 43. In reliquis πόλεσι. SOLAN. Non sunt haec ipsa Thucydidis verba: sed hanc sententiam ex perplexa illius oratione licebat excerpere. Eo magis inclinabat animus pro illo, τοῖς ἐν πόλεσι, legere τοῖς ἐν ποσὶ, *iis, quae ante pedes*, vel prae manu, *sunt*: ita certe in interpretatione posui. Quin nihil excusatione opus esse video, inspecta Bourdelotii ad hunc locum observatione. GESN.

ead. l. 11. Τὴν δὲ φωνὴν) Hic vero locus mihi semper difficillimus visus est & mutilus; neque enim ullum apparet verbum, unde pateat, probet an reiiciat Lucianus, quae hic recenset: & manca sane sententia, si haec ab ipso improbari cum Graevio aliisque sentias. Nam quod sequitur, μὴ κομιδῇ τεθηγμένος &c. nulla arte efficies, ut ad haec spectent. At si rursus haec, quae enarrat, probet, quod fiet, si cum praecedentibus, ut facimus, coniungas, ut ἔχων ad utrumque pertineat; non minor oritur difficultas. Quis enim in historico, nisi forte cum pro concione dicentes inducit, *vehementiam* illam & *oratorias artes* requirat? Confer quae de historico stilo apud Cicer. praecipiuntur in de Or. II, 15, & Or. 20. *Sed in his tractata quaedam & fluens expetitur, non haec contorta & acris oratio.* Nodum solvant alii, mihi non liquet. SOLAN. Solanus, qui ad verba τὴν δὲ φωνὴν ista annotavit, forte lecta nostra interpretatione aliter sentiret, inprimis considerata vi verbi τεθηγμένος, quod a ferri ac dentium acumine ad incitationem animi, ac dicendi vehementiam, pulchre refertur. Abesse vult ab historico forensem illam asperitatem, & contentiosum genus dicendi. GESN.

ead. l. 12. Κάρχαρον) Vid. supra Μισθ. c. 35. Infra Ὀρχ. c. 4, Διμ. c. 33, Πειθ. c. 4, & saepe alibi. SOLAN.

cad. l. 16. Λέξις — πολιτικὴ) Recte Micyllus vertit *dictio civilis*, ſeu politica, quali utuntur in comitiis, in concionibus, in ſenatu, in iudiciis viri, qui in republica verſantur. Seneca Controv. 8, lib. 1, *dixit rem paulo elatiorem, quam preſſa & civilis oratio recipit.* Hermogenes tribuit Demoſtheni inprimis politicam dictionem, lib. 1. Περὶ ἰδεῶν lib. 1, c. 1, Ὁ τοίνυν Δημοσθένης, ὅ, τι ποτε κεφάλαιον ἦν, τὸν πολιτικὸν ἠκριβωκὼς, τὸ μὲν, ὡς δὴ πάντων ἦκει παντα χοῦ ταῖς μίξεσι. *Demoſthenes, id quod praecipuum fuit, cum accurate genus orationis politicae excoluiſſet, omnia quoque genera exſequitur, ubique ea miſcens.* De politico hoc dicendi genere multis accurate agit Hermogenes in libro ſecundo c. 10 & ſeqq. Ei opponitur σοφιστικὴ καὶ λογογραφικὴ λέξις, Scholaſtica, & declamatoria dictio: ab ea quoque Hermogenes diſtinxit ἀγοραῖον καὶ παννυχικὸν, forenſe & panegyricum, quod tamen quomodo πολιτικῷ miſceatur, pulchre docet. GRAEV.

Pag. 206. *l.* 5. Φανώτατα) W. at reliqui φανέτατα. SOLAN.

cad. l. 10. Ἐπεὶ τοῖς) Docet figuris non moleſtis orationem ornandam, ἐπεὶ τοῖς κατηρτυμένοις τῶν ζωμῶν ἐοικότας ἀποφαίνει τοὺς λόγους. Micyllus vertit: *quoniam perinde, ut ius aliquod, orationem quoque recte conditam habere debet.* Quam longe a Graecis abit. Benedictus: *ſiquidem illud orationem condimentis ſimilem reddit.* Nequaquam. Oratio cibo debet ſimilis eſſe, non condimento. Condimentum autem cibum reddit gratiorem. Illa condimenta ſunt figurae, quae debent eſſe ἡδύσματα, non ἀδέσματα, ut ſuperius docuit. Vertendum igitur: *ſiquidem ſuam orationem reddet ſimilem iuri bene condito*, aut *ſuos libros.* GRAEV. Et vis praepoſitionis κατὰ, & ratio τῆς ἐπεὶ, qua vel in hoc libello aliquoties utitur Lucianus, facile interpretationem noſtram tuebuntur, licet in alia omnia abeant, quantum nobis conſtat, interpretes & Lexicographi. Noſtri τῷ καταρτύειν ſimile verbum habent, *verſalzen.* GESN.

ibid. Κατηρτυμένοις) Ariſt. Rhet. III, Ald. ed. p. 552, 1, οὐ γὰρ ἡδύσμασι χρῆται, ἀλλ' ὡς ἐδέσμασιτοῖς ἐπιθέτοις. SOLAN.

Pag. 207. *l.* 1. Ἀκάτια) Naviculam *acatium* Plin. IX, 30. Sed potius hic τὸ ἐν ἀκατίῳ ἱστίον de velo intelligendum recte vidit Baiſius p. 121. *Vorſt.* SOLAN.

cad. l. 6. Κίνδυνος — τότε μέγιστον) Ubi oſtendit, quando & quomodo hiſtoricus poſſit poëticis locutionibus & dicendi generibus uti, ut quam conſiderate illis utendum ſit, cum utitur: Κίνδυνος γὰρ αὐτῇ τότε μέγιστον παρακινῆσαι, καὶ κατενεχθῆναι ἐς τὸν τῆς ποιητικῆς κορύβαντα. Interpretes: *Pericu-*

lum enim eſt, ne, quod maximum eſt, de ſtatu mentis emoveatur, & in iſtum Corybantem poëtices impingat. Iſta verba, *quod maximum eſt*, frigent hic, ſi quis accuratius ea inſpiciat. Exiſtimo ſcripſiſſe Lucianum: Κίνδυνος γὰρ αὐτῇ τότε μέγιστος παρακινῆσαι, καὶ κατενεχθῆναι ἐς τὸν τῆς ποιητικῆς κορύβαντα, *periculum tunc maximum eſt, ne mente moveatur, & corripiatur enthuſiaſmo poëtico:* Κόρυβας hic κορυβάντισμος, ἐνθουσιασμός. Sequitur ſtatim: Ὥστε μάλιστα πειστέον τηνικαῦτα τῷ χαλινῷ, καὶ σωφρονητέον, εἰδότας ὡς ἱπποτυφία τις καὶ ἐν λόγοις πάθος οὐ μικρὸν γίνεται. Verterunt: *Quare maxime tunc fraeno credendum, & ratione utendum; illud ſcientes, quod & in verbis non mediocre malum eſt, inanis gloria, ſeu hippotyphia.* Non poterat infelicius. Neſcivit, quid ſit ἱπποτυφία, praeterea male ἐν λόγοις interpretatur *in verbis*, cum ſit in oratione pedibus ſoluta, quae & pedeſtris dicitur, & opponitur poëticae. Ἱπποτυφία eſt *faſtus ille poëticus:* ſic enim vocavit grandia verba, quibus poëtae utuntur cum laude, ſed quae vitiant orationem proſam. Ariſtophanes vocat ἱππομάμονα ῥήματα, hoc eſt, *equeſtria verba, quae more equorum incedunt*, hoc eſt, ὑψηλά, grandia. Alibi idem dicit ἱππόκρημνα ῥήματα, *verba grandia inſtar grandium rupium*, Latinis *ſeſquipedalia:* ſicut enim ſoluta pedeſtris vocatur, ſic oratio pedibus ligata equeſtris. Ἵππος & βοῦς apud Graecos in compoſitis augendi vim habent. Βοῶτις, quae grandes oculos habet. Βούπαις, *catulaſter*, in gloſſis & apud Orientium, h. e. maior puer, qui incipit catullire. Sic ἱππαλεκτρύων eſt magnus gallus; ἱππογυάμων, μεγαλογυάμων, qui elate & magnifice de ſe ſentit; & alia multa huius notae. Sic ἱπποτυφία eſt magnus faſtus, & in oratione *nimius & inanis verborum tumor.* GRAEV. Emendationem Graevii firmat Cod. L. Impreſſi plerique κίνδυνος — μέγιστον. M. & *l.* κίνδυνον — μέγιστον. SOLAN.

ead. l. 7. Κορύβαντα) Κορυβαντιασμόν. GUYET.

ead. l. 12. Καὶ μὴν καὶ) Vide nos paulo infra ad § 60 huius προσλαλιᾶς. REITZ.

ead. l. 13. Οὔτε ἄγαν ἀφιστάντα) Vid. Cic. orat. n. 57, pag. ed. Gronov. 558. SOLAN.

Pag. 208. *l.* 2. Συντακτέον) Angl. συνακτέον. BOURD. Συνακτέον A. G. W. & P. non ut in impreſſis omnibus, συντακτέον. SOLAN.

ead. l. 7. Κἀνταῦθα ἤδη καὶ στοχαστικός τις, καὶ συνθετικὸς σοῦ πιθανωτέρου ἔστω) Vertunt: *Iam tum hic eſto aliquis augur, quod probabilius erit, tum coniiciendum, tum componendum habilis.* Itane συνθετικὸς eſt ad *componendum habilis?* Immo συνθετικὸς

τοῦ πιθανωτέρου est, qui, quod probabilius fuit, poterit conſtituere, qui poteſt ex variis, quae varie narrari audivit, quod maxime probabile eſt colligere, conſtruere, ſeu componere. Paulo ante mallem ex noſtro & Angl. Codice, τὰ δὲ πράγματα αὐτὰ οὐχ-ὡς ἔτυχε συνακτέον, *res ipſae non ſunt temere congerendae, corradendae.* Nam συνακτέον, quod in editis habetur, curam & ordinem notat, quae in componendo adhibetur, quod tamen ſententiae huius loci adverſatur. GRAEV.

cad. l. 16. Πρῶτα) Cur Benedictus in πρῶτον mutarit, cauſam non video, neque conſilio factum credo: pluralis enim quaſi adverbialiter poſitus adeo eſt frequens, ut ſingulis fere paginis occurrat; vid. mox cap. 49 f. τοὺς στρατηγοὺς μὲν τὰ πρῶτα. Sic οἷα Noſtro aliiſque fere perpetuum quoque pro οἷον. Quare exempla ex Noſtro, ut nimis obvia, non addam. Sed quia Hemſt. Somn. § 2, operae pretium exiſtimavit ὅμοια pro ὁμοίως exemplis adſtruere, quod nonnulli id non noverant, liceat & nobis pauca addere ex aliis. Οἷα ſingulari additum vid. igitur ap. Long. Paſt. I, p. 18 & 21 ed. Iungerm. & II, τρυφὰ — εἰθισμένοι, ac non ſemel in ſeqq. Anacr. Od. IV, ἡ, Τρόχις ἄρματος γὰρ οἷα βίοτος τρέχει κυλισθείς. Sic πότερα pro πότερον rurſus Long. Paſt. II, p. 48. Sic ἴσα pro ἴσως Hippocr. pr. iur. iur. ἡγήσασθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην, ἴσα γενετῆσιν ἐμοῖσιν. Immo ſuperlativi adverbiales, ut ſic dicam, tantum non perpetuo pluraliter efferuntur, ut ὕστατα millies ap. Homer. πρώτιστα apud Ariſtoph. & Aelian. Vid. ſi quid opus, Spanhem. ad Ariſtophan. Plut. v. 46. REITZ.

cad. l. 13. Χρηματιζέτω) Lege omnino σχηματιζέτω, non χρημα—, quod tamen omnes libri prae ſe ferunt. SOLAN.

ibid. Ἐοικέτω τότε τῷ τοῦ Ὁμήρου Διΐ) *Similis ſit Homerico Iovi*, Iliad. V: Νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων Θρηκῶν καθορώμενος αἶαν, Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων, καὶ ἀγαυῶν ἱππημολγῶν. GRAEV. Vide Hom. Il. N, 4. SOLAN.

cad. l. 14. Τῶν ἱπποπόλων Θρηκῶν γῆν) Mallem τὴν τῶν ἱππ. &c. ut recte Solan. in marg. *Iunt.* monet, etſi nulla edit. articulum femin. habet. Nam ſic recte eadem legas infra, in Icarom. c. 11 poſt med. τὴν τῶν ἱπποπόλων Θρηκῶν καθορώμενος, ἄρτι δὲ τὴν Μυσῶν, ſcil. γῆν. REITZ.

Pag. 209. *l.* 5. Εἰ μὴ Βρασίδας τις εἴη προπηδῶν, ἢ Δημοσθένης ἀναπηδῶν τὴν ἐπίβασιν) Vide Thucyd. lib. IV de oppugnatione Pyli. GRAEV. Vide, praeter Thucyd. IV, cap. 11, Plut. π. τ. βρ. τιμ. non longe ab initio, & in Lyſand. initio.

Idem Thucydid. initio L. IV docebit te etiam, quem Demosthenem & ad quod eius praeclarum facinus respexerit. SOLAN. Respicit ad Thucyd. IV, 12, ubi Lacedaemonius Brasidas exscendere conatur in munitiones Athenienſium ad Pylum, prohibente Demosthene. GESN.

ead. l. 11. Καὶ συνδιωκέτω, καὶ συμφευγέτω, καὶ πᾶσι τούτοις μέτρον ἑπέσθω) Codex vetustus melius, πᾶσι τούτοις μέτρον ἑπέσθω, *in his omnibus ſit modus, teneatur modus.* Sequentia perobscure transtulerunt: καὶ πρὸς πάντα σπευδέτω, καὶ ὡς δυνατὸν, ὁμοχρονείτω, καὶ μεταπετέσθω ἀπ' Ἀρμενίας εἰς Μηδίαν, *ac ad omnia properet, &, quatenus fieri poteſt, idem tempus habeat, transvoletque ex Armenia in Mediam.* Quid eſt, *idem tempus habeat?* Verte, *eodem ſit tempore & volet ex Armenia in Mediam:* eodem tempore ſit in Armenia, Media, Iberia, Italia. Hinc in fine huius periodi dicit, ὡς μηδενὸς καιροῦ ἀπολείποιτο, *ne nullo non tempore abſit*, hoc eſt, ſemper & ubique, ubi aliquid geritur, animo ſit praeſto: ſic enim intelligenda haec ſunt, interpretes non ceperunt. Paulo inferius tenebrae offuſae quoque ſunt his verbis: οὐ γὰρ ὥσπερ τοῖς ῥήτορσι γράφουσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν λεχθησόμενά ἐστι, καὶ εἰρήσεται· πέπρακται γὰρ ἤδη. δεῖ δὲ τάξαι, καὶ εἰπεῖν αὐτά. *Non enim quaſi rhetoribus ſcribant, ſed quae dicenda ſunt, etiam dicentur: nam iam facta ſunt. Verum diſponere illa debet, & narrare.* Hoc eſt, non quid dicant hiſtoricis quaerendum, id enim eſt iam factum, ſed qua ratione & ordine dicant. Rhetori autem quaerendum, quid dicat. Hinc inventio praecipua Rhetorices eſt pars. GRAEV.

ead. l. 12. Ἑπέσθω) Sic G. P. L. optime. In reliquis & M. ipſo ἐπίσθω. SOLAN.

ead. l. 14. Ἢν κατεπείγῃ) Ἐπ' ἐκεῖνα καταβαινέτω, ἢν κατεπείγῃ, interpr. *ſi feſtinet*, ad illa tranſeat: debebat, ad *illa tranſeat, ſi urgeant.* Apud Iſocratem & alios paſſim occurrit, ἢν κατεπείγῃ, *ſi res urgeat.* Mox dicit ὁπόταν ἐκεῖνα καλῇ, & pag. ſeq. iterum, ὅταν δὲ πάνυ κατεπείγῃ τὸ πρᾶγμα. VITRING. *Si feſtinet*, verterat Benedict. Rectius L. Bos de ellipſ. pag. 136, (quem in corrigenda verſione ſequendum peritiſſimus harum elegantiarum Hemſterh. annotaverat) *ſi res urgeat*, (ſive *urgeat*, ut ſcribendum volunt) intelligitur enim πρᾶγμα, ut Bos docet ibid. Sic itaque etiam nunc verti malim, etſi nihil in Geſneri verſione mutavi, quia ab eius mente prope abeſt. REITZ. Nihil opus eſt, ut poſt κατεπείγῃ hic aliunde intelligamus πρᾶγμα. Simpliciter enim ad ἐκεῖνα refertur, quod etiam interpretatione expreſſum eſt. GESN.

eod. l. 16. Ὁμοχρ.) Muſicorum eſt vocabulum, cum vox & cithara ſuos quaeque tonos ſervantes concentum edunt, quem pro lubitu modos faciens edi voluit; quod fit, dum utrinque tempus ſedulo tono cuique aſſignatur, quod a διδασκάλῳ imperatum eſt, aut breve, aut longum, aut diviſum. Uſurpat iterum Noſter Muſicorum ſenſu Eix. c. 14. SOLAN.

Pag. 210. *l.* 5. Τὸ κέντρον) Ita W. & P. non ut in reliquis eſt τῷ κέντρῳ. Aliquid forſan hic ſubeſt, quod quia antiquorum ſpeculorum ratio non ſatis nota eſt, induſtriam curioſorum hominum fugit. Hoc certe ſcio, neminem capere poſſe, quod priores interpretes hic habent. Ego ſi ſenſum Luciani non ſum aſſecutus, certe aliquid videar dixiſſe; illi nihil. SOLAN. An eo tempore rotundis vulgo ſpeculis vulgo utebantur, iiſque vel convexis aliquantum, vel concavis, in quibus *centri* aliqua ratio habenda? Suadent illud tum alia, tum illud, quod Noviomagi in ſepulcro repertum, de quo ex Io. Smithi, i. e. Smetii, epiſtola in Fortunii Liceti opus de Lucernis 6, 92, relata, ipſiſque adeo Smetiorum antiquitatibus Noviomagenſibus p. 118, conſtare poteſt. Hoc tamen non eo pertinet, ut alia ſpecula incognita tum fuiſſe dicamus, quod facile refutatur ex Seneca Nat. quaeſt. I, 17, Sexto Empir. Pyrrh. Hyp. 1, 48, p. 15, Fabr. aliiſque. GESN. Etſi veterum ſpecula fuerint plerumque rotunda, nihil tamen accuratum centrum facit ad imagines tales reddendas, quales accepere: nam quae hoc praeſtant ſpecula, ea tantum oportet eſſe plana ſuperficie, nihilque tum refert, ſintne rotunda, necne. In quibus autem ſpeculis centrum accuratum locum habet, ea ſunt ſuperficiei convexae, aut concavae, quorum priora reddunt imagines minores, poſteriora maiores, immo inverſas, ſi obiectum ad certam diſtantiam admoveatur, quod hodie ſatis notum. Si igitur eiuſmodi ſpecula cauſtica intelligat Lucianus, (quod non videtur) ea ad ordinarios uſus fere ſunt inepta. An igitur per ignorantiam mathematicam κέντρον dixit? an per κέντρον generaliter tantum opificis ἀκρίβειαν intellexit, ut *ad amuſſim*, *ad normam*, dicimus, pro accurate, i. e. pro *affabre facta planitie*, quae opponatur *diſtortae*? Interim ſpecula cauſtica veteribus non fuiſſe ignota arbitror. Etſi enim quae de Archimedis ſpeculis, quibus hoſtium naves in obſid. Syracuſ. incenderit, narrantur, pro fabula merito habentur; ipſum tamen commentum ſatis vetuſtum prodit, rem non incognitam fuiſſe. Quin & Ariſtoph. Neb. 764—8, de lapide ſplendido, ſive cryſtallo, (vel vitro) quo aliptae ignem ex ſole accen-

dunt, diſerte mentionem iniicit, dicens: Ἤδη παρὰ τοῖσι φαρμακοπόλαις τὴν λίθον Ταύτην ἑώρας, τὴν καλὴν, τὴν διαφανῆ, Ἀφ' ἧς τὸ πῦρ ἅπτουσι; Τὴν ὕαλον λέγεις; Ἔγωγε· & mox, ταύτην λαβὼν — Ἀπωτέρω στὰς ὧδε πρὸς τὸν ἥλιον, Τὰ γράμματ' ἐκτήξαιμι, i. e. *hac ſumta procul ſtans, hoc modo, ad ſolem Delevero literas ſcripti*, i. e. liqueſcere faciam ceram, in qua literae exaratae; id enim ἐκτήκω hic ſignificat. Aliud inſtrumentum aeneum, quo ignem ſacrum ad ſolem incenderint, ex Plutarcho exhibet Lipſ. Syntagm. de Veſtal. ſive T. III, p. m. 1092; quem etiam vide pagg. praecedd. licet forſan non plane ad mentem veterum, tamen indaganti patebit, ex ſolis radiis ignem accendere, non incognitum fuiſſe, etſi quoque is vocari queat ignis ſolaris, quem attritu lignorum eliciebant. Si tamen uſus vitri aut metalli cauſticus olim cognitus fuerit, dixeris, veteres non potuiſſe ignorare microſcopia, perſpicilla ac teleſcopia, quorum inventionem ampliſſ. de la Rue, in libr. inſcripto *Geletterd Zeelandt*, tribuit Zachariae Ianſſonio, Medioburgo Zeelando, an. 1590. Sed Valer. Andr. Bibl. Belg. pag. 14, perſpicilla dimetiendis turribus inveniſſe narrat Iacobum Metium, eodem anno (quod iam non diiudico, cum hoc poſterius de dioptris aſtrolabii intelligi queat.) At potuit deperdita fuiſſe ars veterum, ac de novo inventa; quod certe ſtatuendum, ſi vera attulit Mr. de Valois, qui in Hiſt. de l'Acad. R. de belles Lettres T. I, p. 136, aſſerit, veteres iam Archimedis tempore tubos, quae *teleſcopia* vocamus, habuiſſe, & Ptolemaeum regem Aegypti Pharum exſtruxiſſe, ex qua ope teleſcopiorum naves hoſtiles ad ſexcenta miliaria detegi potuerint. Sed quis non ſentit, fabulas has eſſe? quas tamen ubi ille legerit, adductis auctoritatibus veterum adſtructum vellem, ut veritas indagari queat; alioqui ex fabula de Lynceo, idem praedicare poſſem. Interim ex his aliiſque, quae adducere poſſem, ſi tempus permitteret, probabile tamen fieret, quod ante dixi, non incognita omnia veteribus fuiſſe, quae hodie pro novis inventis habentur. REITZ.

ead. l. 7. Ὥσπερ τοῖς ῥήτορσι) Recte, an ſecus, ſe hic locus habeat, non pronuntio, me certe diu torſit. At ecce tandem alium huic prorſus geminum, ex quo & intelligetur melius, & fortaſſis emendabitur. Exſtat is in Ὀρχ. c. 65, his verbis: ὁ σκοπὸς τῆς ὀρχηστικῆς ἡ ὑπόκρισίς ἐστιν, ὡς ἔφην, κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τοῖς ῥήτορσιν ἐπιτηδευομένη. Vide itaque, an non & hic ita legendum, uti illic legitur. Vel ſi minus arridet haec

coniectura, aliam accipe. Lege ὥσπερ τοῖς ῥήτορσιν ἢ γραφεῦσιν & excidisse puta verbum in hunc sensum, *licet aut demere de veris, aut addere.* Mihi magis placet coniectura prior, atque adeo sic lego, κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ῥ. γρ. Vid. Πρ. λ. cap. 2, & passim. SOLAN. Κατὰ τὰ αὐτὰ hic inseri voluit Solanus, quia in Prometh. § 2, & alibi, fere sic occurrit. REITZ. Τοῖς ῥήτορσιν γράφειν est sub magistro eloquentiae sive rhetore exercitationis causa scribere, uti & ipsam speciem, & verba fingere non licet modo, sed oportet. Alia historici ratio. Illud γράφουσι potest aliquem turbare, quia adhuc singulari numero de eo, quem format, historico egit. GESN. Cl. Bel. de Ballu, vertens, *car l'historien ne compose point comme on le fait dans les écoles des rhéteurs*, pro ὥσπερ legit ὡς παρά. Idem in Animadv. ad Oppian. libr. I de Ven. v. 62 annotat: In hoc loco recte de numero singulari ad pluralem saltum animadvertit Gesnerus. Similis invenitur numerorum enallage ap. Sophoclem in Aiace Mast. v. 739: οὔ τις ἔσθ' ὃς οὐ Τὸν τοῦ μανέντος κἀπιβουλευτοῦ στρατοῦ Ξύναιμον ἀποκαλοῦντες. Quod vero ad illud ἀποκαλοῦντες observat Schol. hic legisse non poenitebit: Ἀττικὸν ἔθος τὸ ἐπιφέρειν ἐνίκοις τὰ πλησιάζοντικὰ, καὶ ἀνάπαλιν.

ead. l. 12. Ἀλκαμένει) Phidiae is aemulus. Vid. cap. 4. Plut. πολ. παραγγ. 1435. Plin. XXXVI, 5, & Paus. VIII. SOLAN.

ead. l. 13. Ἢ τῷ) Minutum est, sed quod non observatum suspectam reddere possit interpretationem, non legendum hic esse, ut adhuc, ἢ τῷ ἄλλῳ, sed ἢ τῳ ἄλλῳ. Articulos του & τῳ encliticarum more pro τινὸς, τινὶ poni, notum; sed hic temere neglectum. GESN.

ibid. Οὐδὲ γὰρ οὐδ') Hanc plerarumque edd. lectionem praefero alteri, quae οὐ γὰρ οὐδὲ exhibet: maiorem enim vim habet. Et sic T. I, Nigr. § 6, (p. 31 huius ed.) οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν. Ad quae verba Hemsterh. ex aliis auctt. similia iam dedit. Et sic paulo post iterum τότε δὴ τότε. REITZ.

ead. l. 14. Ἐλέφαντα) Eburnea inter alias Iovis Olympici statua, & Eleensis Urania. De priori testatur Plin. XXXIV, 19, ut alios taceam. SOLAN. Ἐλέφαντα, pro *ebore*, ut supra de Sacrif. c. 11, ut Virg. fere Aen. III, 464, — *fectoque elephanto.* Conf. mox, ἔπριον τὸν ἐλέφαντα. Quod quidem satis notum: nam & sic Homer. non semel, ut Il. Δ, 141, Ὡς δ' ὅτε τις τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μίηνη, *Ac veluti quando aliqua ebur mulier purpura tinxerit.* Ad quem vers. S. Clarke etiam alium ex Luciani Imag. locum affert. Sed quod notatu dignius, ex Pausan. Attic. I, c. 12: Ἐλέφαντα, ὅσος μὲν ἐς ἔργα καὶ ἀνδρῶν χεῖρας,

εἰσὶν ἐκ παλαιοῦ ἅπαντες εἰδότες· αὐτὰ δὲ τὰ Συρία, πρὶν ἢ διαβῆναι Μακεδόνας ἐπὶ τὴν Ἀσίαν, οὐδὲ ἐωράκησαν ἀρχήν, πλὴν Ἰνδῶν τε αὐτῶν, καὶ Λυβίων, καὶ ὅσοι πλησιόχωροι τούτοις. Δηλοῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, ὃς βασιλεῦσι κλίνας μὲν καὶ οἰκίας τοῖς εὐδαιμονεστέροις αὐτῶν, ἐλέφαντι ἐπαίνησε κεκοσμημένας, Συρίου δὲ ἐλέφαντος μνήμην οὐδεμίαν ἐποιήσατο. REITZ.

ead. l. 15. Ἠλείων) V. Ἔνυπ. c. 6. SOLAN.

Pag. 211. *l.* 2. Ἐπήνθιζον) Fallitur ergo Budaeus in Lex. hoc verbum esse neutrum absolutum, quod pluribus probare non est opus. REITZ.

ead. l. 3. Οἰκοδομήσασθαι) Flor. *οἰκονομήσασθαι*. BOURD. Οἰκονομ. W. & ed. *Fl.* melius, quam ut in reliquis est, *οἰκοδομήσασθαι*. SOLAN.

ead. l. 6. Καὶ ὅταν τις ἀκροώμενος οἴηται μετὰ ταῦτα ὁρᾶν τὰ λεγόμενα.) Interpres, *at quando auditor se ea, quae narrantur, audire putaverit.* Inepte. Reddenda ita sunt verba: *Et cum auditor aliquis postea videre sibi videatur ea, quae narrabantur.* VITRING.

ead. l. 12. Δυνάμει) Δυνάμει δὲ καὶ τότε φροιμίῳ χρήσεται, τῷ ἀποσαφοῦντι περὶ τῶν λεκτέων, *potentia vero etiam tum prooemio utetur, quo dicenda declaret.* Ex hac versione nemo Luciani mentem intellexerit, quam ut percipiamus, sic erunt interpretanda: *Et tunc quoque prooemio utetur implicite, si clare explicet, quaenam sint dicenda.* GRAEV.

Pag. 212. *l.* 8. Ἡρόδοτος) Herodotus I, 1. SOLAN.

ead. l. 10. Νίκας) Aliter, & longe aequius, Herod. ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωυμαστὰ τὰ μὲν Ἕλλησιν τὰ δὲ βαρβάροισιν ἀποδεχθέντα ἀκλεᾶ γένηται. SOLAN. Confer supr. Zeux. cap. 7. REITZ.

ead. l. 11. Θουκυδίδης) Verba sunt Thucydidis in ipso initio, καὶ ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων. De bello, quod scripturus erat, sermo est, & ratio redditur, cur in ipso belli initio scribere iam decreviſſet. Adde c. 21. SOLAN.

ead. l. 13. Παθήματα) Ex eodem libro c. 23, τούτου δὲ τοῦ πολέμου — παθήματά τε ξυνηνέχθη γενέσθαι ἐν αὐτῷ τῇ Ἑλλάδι, οἷα οὐκ ἔτερα ἐν ἴσῳ χρόνῳ. SOLAN.

Pag. 213. *l.* 5. Αὐτῇ) Emendavi vulgatum *αὐτὴ*, quod in omnibus libris reperitur. SOLAN.

ibid. Προϋχειν) Virtutes narrationis in historia observandas esse docet, λείως τε καὶ ὁμαλῶς προϊοῦσα, καὶ αὐτὴ ὁμοίως, ὥστε μὴ προϋχειν, μήτε καιλαίνεσθαι· *leviter & aequaliter proce-*

dens ſibi ſimilis, ita ut neque exſtet, neque hiatus habeat, non male interpres. Προύχειν hic Luciano eſt, quod Petronio eſt *extra corpus orationis eminere. Praeterea*, inquit, *curandum eſt, ne ſententiae emineant extra corpus orationis expreſſae, ſed intexto veſtibus colore niteant:* cum veluti centoni *purpureus late qui ſplendeat unus Affuitur pannus.* Sed *intextus veſtibus color* eſt limbus purpureus togae attextus, ut in praetexta. GRAEV.

ead. l. 7. Ἔφην) Sic pro ἔχειν in *Amſt.* ed. corrigendum eſſe monuerat La Croze, idque vel ex verſione, quae tamen, *ut dixi*, habebat, facile erat videre. Edd. autem priores illud ἔφη iam recte habuere. REITZ.

ead. l. 14. Τάχος) Micyll. *brevitas.* Geſn. *celeritas*, propius ad Graecum, quamquam τὸ τάχος utrumque complectitur: intelligitur enim illa feſtinatio, qua res minoris momenti obiter tangentes, & verboſitatem vitantes, ad ipſa facta hiſtorica properamus, quod ipſe exponit c. 57 f. Cap. vero 59, ταχεῖς ἔπαινοι & λόγοι, *breves* certe ſignificat. REITZ.

Pag. 214. *l.* 14. Ὅμηρος) Tangit hos quidem Homerus l. c. Sed quam ſobrie! Atqui haec ipſa tamen notam Ariſtarchi effugere non potuerunt, qui notha ea pronuntiare auſus eſt. V. Schol. Pindari ad Ol. I, p. m. 13 A. Cf. Hom. Il. Λ, 575. SOLAN.

ead. l. 16. Παρθένιος) De hoc & ſequente Euphorione Sueton. Tib. c. 70. Poëta & hiſtoricus, (v. Voſſ. II, 1.) cuius liber περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων hodieque exſtat, in quo Euphorionem aliquoties laudat. SOLAN.

in Schol. col. 1. *l.* 1. Λοπὰς) Suidas λόπον vel λοπὴν habet, quod etiam ſignificatione multum differt ἀπὸ τοῦ λοπὰς, quod apud Siculos praeſertim *patellam*, apud Atticos praeterea *loculum*, *capulum* ſignificat. CLER.

Pag. 215. *l.* 1. Εὐφορίων) Chalcidenſis, de quo Suidas & Voſſ. de hiſt. Gr. I, 16; erat enim & poëta & hiſtoricus. SOLAN.

ibid. Καλλίμαχος) De *Callimacho*, quem hodie habemus, non putat intelligendum hic Noſtrum Ez. Spanh. vir de literis & de Rep. optime meritus, (in Hymn. Ap. f. 112.) ſed forte de altero iuniore e ſorore eius nato; quamquam fateatur hunc fere deſignari, cum nulla alia additur diſtinctionis nota. Rem & ego in medio relinquo. De eo tamen Caſ. ad Athen. 147. (Conſtat, doctiſſimum virum calumniandi anſam invidentibus praebuiſſe, quod multa quidem, ſed brevia, carmina ederet. Solitus dicere Callimachus, magnum librum magnum eſſe malum — tandem ut os obturaret malis hominibus, magnum poëma Hecalen inſcriptum coactus eſt edere.) V. Athen.

III, Καλλίμαχος ὁ γραμματικὸς τὸ μέγα βιβλίον ἴσον ἔλεγεν εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ. Ego certe apud eundem Athen. IX, 387 F. — quando Iſter dicitur καλλιμάχειος συγγραφεύς, ad vitium reſpici credo, quod hic a Luciano notatur. SOLAN. Iuniorem quendam Callimachum hunc eſſe, credit Spanhem. ad Callimach. p. 118, quia alter brevitatis amans. REITZ. Pierſon. ad Moer. Atticiſt. p. 440, notante cl. B. de Ball. pro Καλλίμαχος reponendum coniiciebat Ἀντίμαχος.

ibid. Πόσοις ἔπεσι) Brevitatem Callimachi Battiadae laudat, & haec Luciani forte ad alium pertinere, coniicit Spanhem. ad H. in Apoll. 112, p. 118. GESN.

ead. l. 5. Μηχάνημα) Vid. Thucyd. IV, 100. SOLAN.

ead. l. 6. Πολιορκίας σχῆμα) In Thucydide laudat, quod nimius non ſit in deſcribendis παρέργοις· μᾶλλον δὲ ὁ Θουκυδίδης αὐτὸς ὀλίγα τῷ τοιούτῳ εἴδει τοῦ λόγου χρησάμενος, σκέψαι, ὅπως εὐθὺς ἀφίσταται, ἢ μηχάνημα ἑρμηνεύσας, ἢ πολιορκίας σχῆμα δηλώσας ἀναγκαῖον καὶ χρειώδες ὄν, ἢ ἔτι πόλεων σχῆμα, ἢ Συρακουσίων λιμένα. Quis credat, tam politum ſcriptorem uſum fuiſſe in eadem περικοπῇ bis voce σχῆμα, ne dicam πολιορκίας σχῆμα, quod vertunt *obſidionis ſpeciem*, inepte dici. Mſ. optime, ἢ πολιορκίας χρῆμα δηλώσας ἀναγκαῖον καὶ χρειώδες, *aut rem ad obſidionem neceſſariam & utilem exponens*. De Soſtrato vide Plin. XXXVI, 12, & Strab. lib. ult. GRAEV. Perperam in vulgatis legitur hic σχῆμα pro χρῆμα, quod recte exhibet ed. *I.* SOLAN.

ead. l. 7. Ἔτι πόλεων) Valde probo Ἐπιπολῶν, etſi vulgatam exhibeo. REITZ.

ibid. Σχῆμα) Non offendit me repetitio nominis σχῆμα, alioquin ſexcenta & Noſtri, & optimorum quorumque ſcriptorum, loca damnanda eſſent: ſed illud offendit, quod libros omnes obſedit, ἔτι πολέων σχῆμα, inconcinnum profecto, ubi id, quod coniunctum eſt, nempe Συρακουσίων λιμένα, indicat, tranſire iam ad ipſa ſingularia exempla auctorem. Breviter Ἐπιπολῶν σχῆμα legendum eſſe, ac ſine dubitatione inter Luciani verba recipiendum, pauci ita vel duri erunt ad haec ſtudia, vel tam moroſi, quin nobis aſſentiantur. Deſcribit Ἐπιπολῶν σχῆμα Thucydides VI, 96, tanquam χωρίου ἀποκρήμνου τε καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως αὐθις κειμένου κ. τ. λ. Nomen *Epipolarum* ſervari tanto magis hic & ſupra debuit, cum etiam Livius hanc Syracuſarum partem patrio more appellarit XXV, 24, 4. GESN.

Pag. 216. *l.* 2. Ἔξω τοῦ δικ.) Sic intelligo: non habebitur

illarum ab auditore vel lectore ratio, ut qui eas vel plane omiſſurus, vel indignas iudicaturus ſit, quibus aſſentiatur: quemadmodum nempe accuſationis extra tribunal prolatae nulla habetur a iudice bono ratio. GESN.

ead. l. 3. Θεοπόμπῳ) Atqui *Theopompum* hunc ipſum Athen. III, p. 85 A. veritatis amantem ait fuiſſe, eiuſque perveſtigandae ſtudio magnam pecuniae vim inſumpſiſſe. Μαθέτω, inquit, παρὰ Θεοπόμπου τοῦ Χίου ἀνδρὸς φιλαλήθους καὶ πολλὰ χρήματα καταναλώσαντος εἰς τὴν περὶ τῆς ἱστορίας ἐξέτασιν ἀκριβῆ. *De impenſis Theopompi*, inquit ad hunc locum Caſaub. *non tacet Dion. Halic. in epiſt. ad Pomp. De amore veritatis non deſunt, qui obſtrepant. Athen. ipſe l.* 6 δυσμενέστατον *appellat, parum conſtans ſibi. Sed quia ingenua libertate vitia hominum Theopompus carpſerat, multorum odia veritas illi paraverat. Itaque βάσκανον & aliorum virtutibus invidentem multi pronuntiarunt, quos refellit Dionyſ. Lucianus &c. Hinc Theopompicum ſcribendi genus nominat Cicero, cum de omnibus omnia libere palam dicuntur, ad Att. II.* De Theopompi maledicendi prurigine non Lucianus ſolus, ſed multi conqueſti ſunt viri graviſſimi. Ciceronis iudicium audiviſti. Lege etiam Corn. Nep. in Alcibiad. c. 11. V. & Plut. 1570 f. SOLAN.

ead. l. 6. Καὶ μὴν καὶ) Hic potius pleonaſmus elegantiae eſt, (licet alibi illud nimis frequentatum καὶ oderim) ſic etenim & Long. Paſt. I, pag. 26 ed. Iungerem. καὶ ἅμα καὶ αὐτῇ ἡρέμα ὑπεφθέγγετο. Idem p. 28, καὶ λαβοῦσα καὶ αὖθις ἐνέβαλλε τῷ κόλπῳ. Noſter ſupra c. 37, καὶ νὴ Δία, καὶ ἐν στρατοπέδῳ. Et c. 46, καὶ μὴν καὶ συνθήκη· & Somn. c. 7, ubi ſimilia iam notavit Hemſterh. Et non ſemel alibi. REITZ.

ead. l. 9. Σὺ) Sic ed. *l.* In reliquis eſt σοί. SOLAN. Legendum eſſe, non σοὶ δ', ut lectum eſt adhuc, ſed σὺ δ', ut interpretati ſumus, facile, puto, conſtabit. GESN.

ead. l. 10. Πολλάκις) Notabat Solanus noſter, Vorſtium legere ὃς πολλάκις, non imperite profecto, ubi cetera ſic legerentur, ut in *l.* quae πολλάκις τοῦτο ἐρῶ, idque ſine parentheſi, habebat: cum vero aliae non τοῦτο, ſed τὸ αὐτὸ exhibeant, & parentheſin etiam nonnullae addant, non opus iam ὃς addere; verum illud γὰρ ex W. potius reciperem. REITZ.

Pag. 217. *l.* 1. Δουλοπρεπὲς) Antiquiores fere omnes edd. legunt hic δολοπρ— barbare, *Ald.* nempe *l.* & *B.* 2. *P.* etiam. Sed bene habet in *Fl. Fr.* etiam *S.* & *A.* & in M. Cod. SOLAN.

ead. l. 3. Κυίδιον ἐκεῖνον ἀρχιτέκτονα) Nomen ex inſcriptione, quam mox exhibet, patebit. SOLAN.

ead. l. 5. Ἐπὶ τῇ Φάρῳ πύργου) De hac turri vid. Scholium ad Icaromen. c. 12, & notam Humphr. Prideaux ad L. I Partis posterioris historiae suae, qua vetus testamentum cum novo connectit, p. ed. in 8°, 9. SOLAN.

ead. l. 8. Παραιτονίαν) Plut. Anton. 814 B. & Ovid. am. II, El. XIII, 7, *Paraetonium* vocant. Strabo etiam non semel & Polyaenus Strat. II, p. 145 C. Sed mutare hic non ausim; & omnino sic editum a Luciano ipso, ut vulgo nunc legitur, existimem. SOLAN.

ead. l. 9. Ἄφυκτον) Sic sexcentis in locis apud hunc scribitur, ut in Dial. Apoll. & Merc. seu Θ. Δ. XVII, ἔπειτα δὲ σύνεις ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτὸν, ἱκέτευε. Sic in Μισθ. c. 3 B. in Γυμν. c. 2 & 29. In Πενθ. etiam c. 2 &c. & auctoribus Mss. A. B. & M. in Ἑρμ. c. 79. Ut nullum dubium sit, debere etiam hic scribi ἄφυκτον, non, ut in omnibus, ἄφευκτον. M. tamen Codex, qui in Ἑρμ. etiam habet ἄφυκτα, hic mendose cum ceteris ἄφευκτον habet. SOLAN. Ἄφυκτον verum esse, vid. var. lect. ad Ver. Hist. I, c. 39; & supra, Deor. Dial. XVII. REITZ.

ibid. Οἰκοδομήσας αὖν) Illud οὖν epanalepsi inservire, vid. supra ad Zeux. c. 1. REITZ.

ead. l. 10. Αὐτοῦ) Etsi veteres edd. αὐτοῦ spiritu leni hic quoque scribunt, & supra aliquanto lenior visus sum in tolerando αὐτὸν pro ἀὐτὸν, hic tamen ad perspicuitatem sensus nimium interest, qui omnino reciprocum postulat: suum enim, non regis, nomen intro scripserat architectus. REITZ.

ead. l. 11. Ἐπιχρίσας) Unde haec habuerit Luc. incertum. Strabo enim & Plin. factam ei a rege inscribendi proprii nominis potestatem, difertis verbis testantur: hic XXXVI, 12; ille XVII, p. 791 D. Vide, si lubet, Is. Voss. ad Pomp. Melam II, 7, & Luciani Schol. ad Icarom. no. 48. SOLAN.

ead. l. 15. Θεοῖς σωτῆρσιν) *Ptolemaeum* & *Berenicen* intelligunt viri docti bene multi. Consule Spanh. 415. Eandem inscriptionem habet Strabo l. c. SOLAN.

Pag. 218. *l.* 1, Ἀλλ' εἰς τὸν νῦν, καὶ τὸν νῦν καὶ τὸν ἀεί) Ἀλλ' εἰς τὸν νῦν, καὶ τὸν ἔπειτα. κ. τ. ἀ. MARCIL.

ead. l. 8. Κεκύλισται ὁ λίθος ἐν Κρανίῳ.) Κεκύλισται ὁ λίθος. Refert ad dolium Diogenis. MARCIL.

ead. l. 9. Πίθος) Sic omnino legendum cum M. & editionibus nonnullis. In L. & aliis λίθος, prave. Vid. supra cap. 3, ad quam historiam alludit. SOLAN.

ibid. Κρανίῳ) Lucianus, praecepta historica claudens, ait, se exhibuisse normam & amussim iustae historiae, quam si qui

obſervent, bene ſe rem habere, & alicui bono ſuum hoc fore ſcriptum; ſin minus, volutatum eſſe in Cranio dolium (*εἰ δὲ μὴ, κεκύλιστται ὁ πίθος ἐν Κρανίῳ*). Alludit Noſter ad id, quod ſupra cap. 3 de Diogene ſatis lepide narraverat; nimirum eo tempore, quo Philippus Macedo diceretur Corinthum invaſurus, valde turbatos fuiſſe Corinthios, & ad opus ſe accinxiſſe; alios aliud paraſſe; hunc arma fabricatum eſſe; illum lapides attuliſſe; neminem denique fuiſſe otioſum. Quo viſo, Diogenem, cum nihil, quod ageret, haberet, nec a quoquam ad aliquod adhiberetur, multo ſtudio volutaſſe ſurſum ac deorſum per Cranium ſuum dolium, interrogatumque, quid illa ageret, reſpondiſſe, ſe quoque, ne ſolus inter tot laborantes cerneretur otioſus, volutare ſuum dolium. Id ergo vult hoc in loco Lucianus, omnes hac tempeſtate, tantopere *πολυφώρῳ*, aliquid hiſtorici lucubrantur: ego vero, ne ſolus nihil dicar feciſſe, hiſtorici partes perſecutus ſum: ſi ad aliorum id fecero utilitatem, operae habiturus ſum pretium; ſin, cum Diogene aliquid ſaltem egero. Ceterum Cranium, in quo Diogenem degiſſe, ex hoc loco patet, fuiſſe gymnaſium ante Corinthum, ait Diogenes Laërtius, qui locum hunc non, ut hic Lucianus cum Heſychio, Κράνιον, ſed Κρανεῖον appellat. In Noſtri primo Mortuor. dialogo ſcribitur Κράνειον. IENS. Videas Th. Marcil. quoque ſcribere Κρανίῳ; ſed cur hoc improbem, vid. ſupra ad c. 3. REITZ.

IN VERAE HISTORIAE LIB. I.

Pag. 219. *l.* 1. ΑΛΗΘΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ) Fabuloſarum narrationum eiuſmodi antiquiorem hac eam fuiſſe Photius cenſet, quam Antonius Diogenes de Thule inſula lib. XXIV ediderat. De quo libro ille Cod. CLXVI, p. ed. Aug. 184 & ſeqq. Addit enim p. 189, *καὶ γὰρ τοῦ περὶ ἀληθῶν διηγημάτων Λουκιανοῦ, καὶ τοῦ περὶ μεταμορφώσεων Λουκίου, πηγὴ καὶ ῥίζα ἔοικεν εἶναι τοῦτο.* Sed cum putarit Photius, ut ex ſequentibus eius verbis patet, Diogenem Antonium ſuum vixiſſe fere Alexandri Magni tempore; vaniſſimam hanc eius coniecturam, ego quidem exiſtimo; Lucianoque fuiſſe recentiorem, cum hanc rem, ut novam prorſus, aggredi ſibi viſus ſit Noſter. SOLAN.

eod. l. 3. Ἀθλητικοῖς) *Mos athletarum.* Praefatio in veras narrationes, in qua de corporis & animi cura agit, ac docet, quibus modis utriuſque labores ſint moderandi. De remiſſione

ſtudiorum lege Quintil. L. I, c. 4, Cic. in Offic. Senec. de vit. tranquil. c. 15 & ult. COGN.

ead. l. 4. Εὐεξίας) Medicis εὐεξία eſt perfecta ſanitas, ſive, ut Galenus definit, τῆς ὑγιεινῆς ἕξεως ἡ τελειότης. Vid. Foeſii Oecon. Hippocr. Εὐεξία vero athletica aliquanto plus ſignificat: eſt enim ea quidam exceſſus ſanitatis, id eſt, corpus muſculoſum, toroſum pleniuſque nutritum exhibens. De athletarum iſto *habitu*, ac victu, quo illum acquirebant atque conſervabant, vid. Mercurial. de Art. gymnaſt. REITZ.

ead. l. 11. Ἐμμελὴς) Sic ſupra Συγγρ. c. 14, Ὁρᾷς ὡς ἐμμελὴς ἡ ἀρχή. SOLAN.

Pag. 220. *l.* 1. Τῶνδε τῶν) De repetitione iſta articuli iam bis alibi monuimus. Sed conf. modo Somn. § 15, τῆς δὲ τῆς δικαιοσύνης. Addo hic tantum Long. Paſt. II, p. 68 ed. Iungerm. ἐν τῷδε τῷ ἄντρῳ & p. 67, ἆρα μέμνησαι τοῦ πεδίου τοῦδε, καὶ τῶν Νυμφῶν τῶνδε; quod tamen inverſo ordine poſitum maiorem demonſtrandi vim habet. Sed rurſus, ut Noſter, idem Longus I, p. 3, ἐν τῷδε τῷ ἀγρῷ. Et ibid. paulo ſupra, ἐκ ταύτης τῆς πόλεως τῆς Μιτυλήνης. Atque alibi paſſim. REITZ.

ead. l. 6. Τινας—σ—τας) In L. *Fl.* & *B.* 2. recte legitur τινὰς; in reliquis τινα, corrupte. SOLAN. Πρὸς τινὰς habere dixi *Fl.* & *B.* 2. ceteras τινά. Quod tamen non de accentu quoque intelligendum; nam ſcribunt πρός τινα & πρὸς τινας. Ego vero ex Grammaticis praeceptis poſt praepoſitionem accentum encliticae reddo. Etſi edd. Luciani ubique aliter habent. Atona autem particula ſequente, accentum praepoſitionis inverto, ſcribens πρός τε. REITZ.

ead. l. 8. Συγγεγραφότων) Ita Mſ. Reg. 3011. melius, quam quod adhuc legebatur, συγγεγραφότας. Ex eodem Mſ. mox edidimus ἂν ἔγραφον, ſenſu ita poſtulante. Edd. enim exhibebant ἀνέγραφον.

ead. l. 10. Κτησίας) Liber iſte Cteſiae cum reliquis eiuſdem periit. Photius tamen ex eo nonnulla excerpſit, ex quibus, ſi ex aliis neſciremus, vanum ac mendacem Cteſiam fuiſſe ſatis demonſtratur, qui fabulas meras pro viſis & auditis tradat. Vid. Plutarch. in Artax. SOLAN.

ead. l. 12. Ἄλλου τινὸς ὄντος) Longe rectius in Flor. Cod. quem ſecutus eſt interpres, ἄλλου ἀληθεύοντος. Probatur illius hiſtoria, vel qui rebus interfuit, vel qui e commentariis eorum, qui affuerunt, hauſit: unde illud in hiſtorico fide dignum καὶ ἡμεῖς ἐθαυμάσαμεν, qua de re locus alius dicendi. BOURD. Lucianus proxime praecedenti libello, praeceptis datis, quae ba-

no obſervanda ſint Hiſtorico, quo ſpecimen alicuius hiſtoriae, haud dubie ſecundum leges a ſe latas conditae, ipſe exhibeat, hoc in libello ipſe narrat hiſtoriam. Veram quidem eam inſcribens, pro falſa & ficta tamen haberi cenſens. Ne autem ſine exemplo videatur narrare, quae nuſquam ſcripta vel picta exſtent, Cteſiae & Iambuli exempla commemorans, Κτησίας ὁ Κτησιόχου, inquit, ὁ Κνίδιος, συνέγραψε περὶ τῆς Ἰνδῶν χώρας, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς, ἃ μήτε αὐτὸς εἶδε, μήτε ἄλλου εἰπόντος ἤκουσεν. ἔγραψε δὲ καὶ Ἰαμβοῦλος περὶ τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ, πολλὰ παράδοξα, γνώριμον μὲν ἅπασι τὸ ψεῦδος πλασάμενος, οὐκ ἀτερπῆ δ' ὅμως συνθεὶς τὴν ὑπόθεσιν. *Cteſias, Cteſiochi filius, Cnido oriundus, de regione Indorum, deque iis, quae apud illos ſunt, ea conſcripſit, quae neque ipſe viderat, neque ex alio narrante intellexerat. Scripſit autem etiam Iambulus de rebus in mari magno, multa praeter omnium opinionem, ficto quidem mendacio, quod omnibus eſſet manifeſtum; non tamen iniucundo compoſito argumento.* Hic pro εἰπόντος ex Flor. Codice ἀληθεύοντος profert Bourdelotius, idque vulgato rectius iudicat. At Hercle, non puto, facile quemquam hic quidquam mutari velle, qui vim orationis conſideret. *Cteſias*, ait, *Cnidius de Indorum regione & rebus ea ſcripſit, quae neque ipſe viderat, neque alium dicentem audiverat.* Id vult Noſter, ea, quae de Indis ſcripſerit Cteſias, eſſe plane ficta: id vero probat eo, quod ipſe Cteſias eorum nihil neque vidiſſet, neque fando accepiſſet. Nam ſi ab aliquo, ſive vera, ſive falſa narranti, ea audiviſſet, non omnino potuiſſent illa dici ab Cteſia eſſe ficta. IENS.

ead. l. 13. Ἰαμβοῦλος) De mirificis hominum formis in India quaedam tradidiſſe, teſtis eſt Tzetzes Chil. VIII, h. 144. Quando ſcripſerit, ignoratur. Citatur etiam ab Harpocratione in Ἄβαρις. Vid. Voſſ. L. III. Adde his Megaſthenem Plut. 1728 C. SOLAN.

ead. l. 16. Τὰ αὐτὰ τούτοις) *Eadem, atque illi.* Sic mox § 5, τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχοντας. Et de Salt. § 2, ac ſexcenties alibi. Plutarch. de virt. mulier. pr. Οὐ τὴν αὐτὴν τῷ Θουκυδίδῃ γνώμην ἔχομεν. Ariſtot. Hiſt. anim. I pr. Τὰ αὐτὰ ἀλλήλοις, *eadem inter ſe.* Et de generat. animal. III, 5, οὐχ ὁμοιοτρόπως ἔχει αὐτοῖς. Quem Graeciſmum & Latini amant, dicentes, *idem facit illi*, pro idem quod ille. Vid. Cort. ad Salluſt. Catil. 20, 3, exemplorum ſatis adducentem. Non monerem, niſi viderem, pleroſque hodie ſcribere minus probate, *idem eſt cum illo.* Etſi paulo alio ſenſu non barbarum pronuntio, *eadem vobiſcum agam*; nec ſatis credo affirmanti Cortio, Salluſtium l. c. eun-

dem Graecismum adhibuisse, cum scribit, *simul quia vobis, eadem mihi, bona malaque intellexi*; quia dativus *mihi* simplicius refertur ad *mala*, quam ad *eadem*, ut sensus sit, quae *mala mihi*, i. e. pro me. REITZ.

Pag. 221. *l.* 5. Ὁμήρου Ὀδυσσεύς) Ulysses in patriam rediturus, gravi exorta tempestate, primum in Ciconum litus appulsus est. Atque inde rursus solvens, simili tempestate ejectus in Africam ad Lothophagorum gentem pervenit: inde in Siciliam delatus est, ubi Cyclopi oculum eruit praeusto stipite. Hinc in Aeoliam navigans, ab Aeolo ventos coactos in utrem obtinuit. Postea ad Laestrygonas, tum ad Circen pervenit, post haec in insulam Syrenum delatus est. Inde Scyllam transiens & Charybdim, in Siciliam pervenit, tandem in Phaeacensium portum adnatavit. COGN.

ead. l. 9. Ἰδιώτας τοὺς Φαίακας) *Vacui capitis populum Phaeaca* dicit Iuv. (XV, 23.) VORST.

ibid. Τοὺς Φαίακας) Alcinoo Corcyrae regi, & eius populis Phaeacibus, Ulysses Laestrygonas, Cyclopas, & alia monstra a se conficta narrabat, & iis, omnia vera esse, persuadebat: unde Iuvenal. *Tam vacui capitis populum Phaeaca putavit.* COGN.

ead. l. 14. Κενοδοξίας) Emend. Vorstii & ed. *S.* in reliquis enim καινοδοξίας legitur. SOLAN.

Pag. 222. *l.* 2. Ἐπεπόνθειν) Utinam potius nobis reliquisset Lucianus historiam aut suorum temporum, aut certe suam. LA CROZE. Et *facere* & *pati* simul comprehendit hoc verbum. Vid. Herodian. I, 17, 22. Adde Nostrum Prometh. fin. ubi τί ἂν πάθοιμι; *quid faciam?* vertit Hemsterh. cetera ad Garakerum remittens. REITZ.

ead. l. 6. Γράφω) Vid. Reines. Ep. 25 ad Casp. Hoffmannum p. 99. v. Arabonem L. XI de Massagetis p. m. 487. LA CROZE.

ead. l. 8. Μηδ' ὅλως ὄντων) Simile fere, quod apud Plut. de Homeri cum Hesiodo certamine traditur 267 A. Μοῦσά μοι ἔννεπε' ἐκεῖνα τὰ μὴ τὰ ἐγένοντο πάροιθεν Μήτ' ἔστω μετόπισθεν. SOLAN.

ibid. Τὴν ἀρχὴν) *Ab initio* versum est tam in Paris. quam in Benedict. Recte Gesnerus, *omnino*: ac tam saepe in hac locutione male vertenda olim erratum, ut iure *scopulum interpretum* eam vocet Hemsterh. ad Nigr. § 26. Monuere id quoque alii, Iensius, Elsnerus &c. Sed posterior hoc quoque recte addit, (ad Ev. Ioan. VIII, 25.) ab recentioribus viciſſim saepe peccari, quasi semper *omnino* significet, cum tamen & inter-

dum fit vertendum, *a principio*, ut ſuo loco indicabo. REITZ.

ead. l. 11. Οὐρίῳ) Non contemnenda Aldina lectio εὔρῳ, quam cur deſeruerint, qui ſequi alias preſſo pede ſolent, non video. Certe Euro opus eſſe de Herculeo freto Oceanum intrantibus, conſtat. Sequitur mox οὐρίῳ ἀνέμῳ, unde huc aſſumtum videri poteſt. GESN. Οὐρίῳ Aldina prima aeque habet ac reliquae. Hinc εὔρῳ, quod Geſn. ait Aldinam eſſe lectionem, forſan erit ex *Ald.* 2. Quod reciperem, ſi & prima haberet. Sed poteſt recipi altero loco, ubi duo Codd. εὔρῳ habent. Non tamen movi vulgatam, quia non magni intereſt. REITZ.

ead. l. 16. Πάμπολλα μὲν) Μὲν abeſt ab edd. Nos repoſuimus ex Mſſ. Regg. 2954 & 3011, monente cl. B. de Ballu, propter ſequens δὲ, — ἱκανὸν ΔΕ καὶ ὕδωρ.

Pag. 223. *l.* 5. Ἄκαιτος) Praedonum etiam eſſe Acatia, ſive Acatos, Schefferus e Strabone docebit volentes. GESN.

ead. l. 7. Οὐρίῳ) P. L. εὔρῳ, quod eodem redit, adeoque vulgatam ſervavimus. SOLAN.

ead. l. 9. Ἐπεδίδου) Vis verbi ex oppoſito ἐνδιδόναι magis elucet; vid. utrumque paucis expoſitum ſupra Hermot. cap. 24. REITZ.

ead. l. 10. Ἐπεγίνετο) In verae hiſtoriae libro primo leve eſt mendum, quod ex Mſ. tolles, καὶ κῦμα ἠυξάνετο, καὶ ζόφος ἐπεγίνετο, *& fluctus intumuit, & caligo orta eſt.* Vulgo ἐνεγίγνετο. GRAEV. Ἐπεγένετο) Secuti ſumus Mſ. Gr. cum leviuſcula, ut vides, mutatione. Ed. *Iunt.* cum aliis hic errat; ſed ſupra pro ἐπεδίδου, ἐπεγένετο habet. SOLAN. Tempus imperf. ex edd. ſaltem ſervavi. REITZ.

ead. l. 12. Αὐτοὺς) Facile obſequor Solano, qui ſpiritum editionum lenem correxit, ac deinceps minus ſollicitus, ubi neceſſitas exiget, idem faciam: nam quia ſcribae pro arbitrio in his egere, cum antiquiſſimi Codices ſpiritus & accentus ignorent, dehinc regulas Grammaticas obſervabimus, parum curantes, quid ſcribae ſibi indulſerint in his minutiis. Confer tamen ſupra a me dicta ad cap. 33 Quom. conſcr. hiſt. & mox c. 15. Ceterum αὐτοὺς pro ἑαυτοὺς hic valet pro ἡμᾶς, vel ἡμᾶς αὐτούς. Exemplum unum dedit L. Bos, etſi aliud agens, ad Act. Apoſt. XXVIII, 16, ex I Reg. XXVI, 11, ἀπέλθωμεν ἡμεῖς καθ' ἑαυτούς. Reliqua enim, quae ibid. affert ad demonſtrandum, καθ' ἑαυτὸν ſignificare *per ſe, ſeparatim, ſeorſum*, huc non pertinent, quia tertiae perſonae verbi iunguntur; in hoc autem primae etiam aeque ac in Luciano adiunctum eſt.

Adde Catapl. § 9, καὶ μνῆμα ἑαυτῷ παμμέγεθες ἀναστήσας, ἐπιγράψω· ubi ἑαυτῷ etiam pro ἐμαυτῷ, licet Solanus id mutatum velit. Idem erat in nonnullis edd. in de Merced. cond. § 30. Sed quia aliae edd. & Codd. ibi habebant ἐμαυτὸν, hoc recepimus. Licet enim & ibi tolerabile dixeris, ἑαυτὸν, tamen non ſemper eodem redit; cum ἐμαυτὸν interdum ambigui vitandi gratia praeferendum ſit, ut vid. ad Herodoti ſive Aëtionis cap. ult. REITZ.

Pag. 224. *l.* 4. Αὐτῶν) Legendum videtur αὐτοῦ, *ibi*, niſi prorſus malis obliterari. SOLAN.

ead. l. 5. Ἀνελθεῖν) Sic P. rectius, quam ἐπανελθεῖν, quod in omnibus impreſſis reperio. SOLAN.

ead. l. 7. Χαλκοῦ) Genitivus materiae, ut Grammatici aiunt, ut mox 2 Ver. Hiſt. c. 33, κεράμου πεποιημένη. Sic Long. Paſt. III, 109, πήραν ἐλάφου, *peram e pelle cervina*. Theocr. Eidyl. 25, (al. 26.) v. 206, βάκτρον ἐπηρέφεος κοτίνοιο. Sed haec nimis nota. Conf. tamen fratris G. O. Reitzii Belg. Graec. pag. 322. Vere autem eſt ellipſis praepoſit. ἀπὸ, quam Noſter alibi addit, ut in Aſino c. 53, κλίνη ἦν μεγάλη ἀπὸ χελώνης Ἰνδικῆς πεποιημένη. Vel potius ellipſ. τοῦ ἐκ. Vid. Ienſ. Lect. Luc. pag. 344. REITZ.

ead. l. 15. Οἴνου ῥέοντι) Similia apud Euſtath. in Amorib. BOURD. Οἴνου ῥέοντι ὁμοιοτάτῳ habent omnes, corrupte, haud dubie, neque enim ad fluvium, ſed ad vinum referri debet. Lege itaque aut οἴνῳ, quae ſolita eſt huius verbi conſtructio, ut Συμπ. c. 25, aut ὁμοιότατον. At ne tum quidem ſublata eſt omnis difficultas. Mihi ultra, quam dixi, non liquet. Cteſiam autem hic ridet, qui plures huiuſmodi fontes in Indicis, teſte Photio excerptore, memorat. Neque ſolus Cteſias, cum apud Strabonem Calanus ipſe fontes olim lacte, vino & melle fluxiſſe dicat in Oneſicriti hiſtoria XV, p. m. 489 A. SOLAN. Infra Συμπ. c. 25, ἱδρῶτί τε εὐθὺς πολλῷ ῥέοντι, & alibi cum dativo ap. Noſtrum alioſque, ut Homer. Odyſſ. E, 70, Κρῆνai — ῥέον ὕδατι λευκῷ· quod notius, quam ut pluribus adſtruatur. Verum quia & accuſativo iungitur ῥέω, diceres vulgatam οἴνου ῥέοντι ſervandam fuiſſe; nam ſic Eurip. Hecub. v. 527: — ἐν χεροῖν λαβὼν δέπας Πάγχρυσον, ἔρρει χειρὶ παῖς Ἀχιλλέως Χοὰς θανόντι πατρί. — Sed neque ſic cohaereret cum ſequentibus: quare vitioſam ſcripturam reliqui, ut pro arbitrio corrigi queat. REITZ.

ibid. Οἵους περ) Sic Mſſ. Regg. 2954 & 3011. Edd. οἷος, ſine περ.

ead. l. 16. Τὸ ῥεῦμα) Articulum in edd. deficientem addidimus ex Mſ. Reg. 3011.

ibid. Ἐνιαχοῦ) Ad h. v. in eodem Mſ. legitur Scholion: *ἐν τισὶ τόποις.*

Pag. 225. *l.* 3. Δόξαν δέ μοι) Conf. mox infra huius narrationis c. 11. REITZ.

Pag. 226. *l.* 1. Τοιαύτην παρ' ἡμῖν τὴν Δάφνην γράφουσι) Interpretes, *talem apud nos Daphnen deſcribunt.* Immo non magis Daphnen, quam Phaëthontiadas, quam Myrrham, aliaſque in idem immutatas: neque hic quidquam deſcriptiones poëtarum aut fabulantium. Verti debuit, *talem apud nos depingunt Daphnen* &c. GRON.

ead. l. 4. Μεστοὶ) Ex Mſ. Reg. 2954. Vulg. *μεσταί.*

ead. l. 7. Ἡσπάζοντο καὶ) Mſ. Reg. 2954 *ἠσπάζοντό τε καὶ*, cui lectioni favet, quod in Mſ. Reg. 3011 legitur, *ἠσπάζ. τότε καί.* Quare illud *τε*, quod deerat in edd. in textum iam admittere non dubitavimus.

ead. l. 16. Ὅσον οὐδέπω) Sic Herodian. I, 13, 6; ἡμῖν δὲ (αἴτιον) ἐσόμενον ὅσον οὐδέπω. Confer, ſi lubet, de Merc. cond. cap. 31 f. ubi eadem phraſis occurrens obiter explicatur. Sic ὅσον οὔπω Bergl. ad Alciphr. I, 10. REITZ.

Pag. 227. *l.* 3. Συμπλοκὴν καὶ) Haec deſunt in God. Flor. BOURD.

ead. l. 5. Οἰνισάμενοι) Minus etiam, quam in aliis, aſſequemur in hiſce libris Luciani ſuavitatem: quod mollis & in partes omnes ſequax lingua liberrimam illi fingendi voces poteſtatem tribuit, quam Romana refugit modeſtia. Quis enim ferat nos, ſi hic preſſe ſecuti verba Graeca poneremus, *aquati ſimul & ex fluvio vinati?* Atqui a *ligno lignari* eſt, quidni *vinari* a *vino?* Nempe Graiis praeter ingenium etiam dedit ore rotundo Muſa loqui: nos Muſas colimus ſeveriores. Simili de cauſa *Hippogypos*, *Hippomyrmeces*, & id genus compoſita, ſemel quidem in parentheſi interpretamur *equivultures*, & *equiformicas*: ceterum ut propriorum formam retineant, & illam peregrinitatis commendationem, Graecis ordinarie utimur. GESN.

ead. l. 9. Οἷον) Quidam legendum putant ὅσον. BOURD. Non deſignat Solan. quinam Codices ὅσον habeant, alioqui deliberaſſem, anne praeſtaret id recipi. Ita enim ſolet Noſter ὅσον, non οἷον numeris addere, ut infra c. 30, ὅσον σταδίων χιλίων, ac tam ſaepe alibi, ut vix opus ſit plura addere: quod nec ex aliis proferri opus eſt, niſi ex ſolo Long. Paſt. L. 2, pag. 70

ed. Iungerman. ὅσον δέκα σταδίους, & L. 3, pr. σταδίους ὅσον ἑκατόν. REITZ. Mſſ. Regg. 2954 & 3011 ὅσον ἐπὶ σταδίους τριακοσίους.

in Schol. Ἦσαν &c.) Forſan Lucianum pro more deridens Scholiaſtes, ironice addit: *immo tercenties tria millia fuere;* ſive, *cur non potius tercenties plura, Luciane, fingis fuiſſe ſtadia? diſtantia enim lunae ab terra longe maior eſt, quam tu eam ponis.* Patet autem corrupta eſſe verba, neque credo, Scholiaſten lunae diſtantiam ab terra tantam ſciviſſe, quanta hodie ab aſtronomis eſt detecta, quippe quae in apogaeo 60 ſemidiametrorum terrae ſtatuitur, id eſt, milliar. 25800, ſi toti terrae diametro 860 tribueris, quot Sturmius in Scientia Comiſca pag. 20 ſ. ponit. REITZ.

Pag. 228. *l.* 3. Ἐφαίνοντο ἡμῖν καὶ ἄλλαι νῆσοι) Καὶ in edd. omiſſum recepimus auctoritate Mſſ. Regg. 2954 & 3011.

ead. l. 8. Δόξαν) Sic abſolute, pro, *cum placuiſſet, cum decretum eſſet*, ſupra Harmon. cap. 4, & hac Hiſt. c. 7. Et Long. Paſt. 1, pag. 5 ed. Iungerm. (p. 4 ed. Moll.) Δόξαν δὴ κἀκεῖνῃ, τὰ μὲν συνεκτεθέντα κρύπτουσι. Ubi Mollius ſimilia ex Lucian. Nigr. & Thucyd. dedit; licet haud indicatis locis, quae tamen non inquirimus, quia tria haec iam a nobis adducta teſtimonia ſufficiunt, & locutio non adeo infrequens eſt. REITZ.

ead. l. 14. Νεὼς γὰρ μεγάλης φορτίδος ἱστοῦ) Vertunt, *navis onerariae malo*, & ſic omiſſo vocis ſecundae reſpectu, cuius eo diligentior ratio haberi debuerat, quia ſcimus, varias eſſe earum navium magnitudines ac menſuras; & cap. 18, τῶν δ' ἵππων μέγεθος, ὅσον νεὼς μεγάλης φορτίδος non omiſerunt. GRON.

ead. l. 16. Περιπετομένοις) Conf. ſupr. Ἐπισκ. c. 22. SOLAN.

Pag. 229. *l.* 3. Συμφαάντων δὲ ἡμῶν) Ἡμῶν non legitur in edd. ſed reponendum monuit cl. B. de Ballu ex Mſ. Reg. 2954, in quo nos facile obſecundantes habuit.

ead. l. 6. Ἐνδυμίων) Paſtor fuit admodum formoſus, qui cum in Latmo monte obdormiviſſet, aliquando a Luna deoſculatus eſt, quae in eius amorem ita exarſerat, ut fratri bigas ſuas agitandas dederit. Senec. in Hippolyt. *Arſit obſcura Dea clara mundi nocte deſerta, Nitidoſque fratri tradidit currus ſuos regendos.* Ovid. *Latmius Endymion non eſt tibi, luna, pudori.* COGN.

ead. l. 12. Κατορθώσας) Long. Paſt. IV, 130, (male eſt 138 in ed. Moll.) Κατορθώσας δὲ τηλικοῦτον ἔργον, *re praeclare geſta.* Et ſic quoque recte vertitur ap. Thucyd. VI, 11, καὶ μὴ κατορθώσας, *& niſi rem feliciter geſſeris.* REITZ.

ead. l. 13. Ἥλιον κατοικ.) *Fuisse, Seneca* ait, *inter Stoicos, qui deliberarent, utrumne soli quoque suos populos darent; inepte scilicet qui dubitaverit* &c. Lact. III, 23. SOLAN.

Pag. 230. *l.* 6. Μέσον) *Fl.* & *Iunt.* non μέσσον, ut in reliquis. Eadem *Fl.* mox ἀπαντήσας. SOLAN.

ibid. Ὑπαντήσας.) Sic rectum esse, vid. infra cap. 21 huius προσλαλιᾶς. REITZ.

ead. l. 8. Βούλομαι αὖθις ἐξ. τ. π.) Th. Mag. v. Βουλ. SOLAN.

ead. l. 9. Παραγγεῖλαι.) Aldina lectio παραστῆλαι, licet verbum satis infrequens sit, si fides Lexicis, tamen multo nobis ad seriem orationis videbatur commodius accidere, cum non de *imperanda scribendaque colonia*, quod est παραγγεῖλαι, sermo sit, sed de *deducenda & firmanda, missio exercitu*, cui rei παραστεῖλαι aptissimum esse, si minus aliorum inductione locorum probari potest, tamen ex usu verbi simplicis, & ratione, qua duplicatum est verbum, satis apparet. Idque in interpretatione nostra secuti sumus. GESN. Παραγγεῖλαι & Aldina 1, cum reliqq. habet, alioqui lubens reciperem παραστεῖλαι. REITZ. Mss. Regg. 2954 & 3011 ἀποστεῖλαι.

Pag. 231. *l.* 4. Τὰ δὲ ἀκύπτερα ἔχει, ὄρνιθα κιν. φύλλοις μάλιστα προσεοικότα.) Vertunt, *quae vero ex his velociores erant, pennas habebant lactucae foliis maxime similes.* Si haec Latina recte se habent, quae igitur ex his lachanopteris erant minus veloces? inprimis cum ipsa vox supponat, omnes fuisse veloces, & quidem pariter. Immo in qua Graecorum parte inveniunt interpretes illas *pennas*, quae certe sunt nullibi? Intelligit Lucianus totum corpus habuisse obsitum πτεροῖς; sed ex illis πτεροῖς ista, quae proprie constituebant alas, & quibus volabant, (haec sunt ἀκύπτερα) fuisse talia prout describit. Ergo construe τοῦτο ὄρνεον ἔχει ἀκύπτερα, ac verte: *habet autem pennas ad volandum similes maxime foliis lactucae.* Sequentia ἐπὶ δὲ τούτων cum vertit Benedictus *his vecti*, ineptus est, cum alios illis vehi in praecedentibus dixerit: & melius alii, *ibi vero & cum his ordinati.* Poterant propius *post hos.* GRON.

ead. l. 6. Τετάχατο.) Velut τετάχαται, pro τεταγμένοι εἰσὶ, ita & τετάχατο pro τεταγμένοι ἦσαν Iones dicunt. Verum & Atticos interdum iisdem uti, ex Thucyd. aliisque probat Maittaire de Dialect. p. 354 edit. Haganae. Nec mireris, augmentum abesse; neque credas ἐτετάχατο scribendum, ut ap. Arrian. monente eodem, scribitur (in quo augm. frustra addendo saepe peccant commentatores): in huiusmodi enim temporibus, per se satis polysyllabis ita frequens est abiectio

augmenti, etiam in ſoluta oratione, ut mirer, qui de eo dubitari queat. Sic Herodian. I, 15, 5, πεπλήρωτο ait. Sic Long. Paſt. πέπαυτο, ad quem doctiſſ. Iungerman. p. 214 videatur, cuius editio cum non omnium in manibus ſit, ex eo quaedam huc tranſcribam: *Longo noſtro*, ait, *familiare, iſtud augmentum negligere. Sic ſtatim* πεποίκιλτο (i. e. L. 2, p. 82.) *Ibid.* κεκήρωτο. *Notavit talia erudite Caſaub. 2 ad Athen. 15. Et optimis ſcriptoribus illud uſurpatum, augmentum non uſurpare. Lucian. Tim.* κατασδείκασται. *Alc. 14,* πεπιστεύκεισαν, περιπεπαθήκει. *Marci penult.* παρασδώκεισαν. I *Ioh. 2,* μεμενήκεισαν. *Ioh. 11,* δεδώκεισαν *&c. Ex Heliod. & Lucian. Somn. idem mox affert* μεμηχάνητο, *ac ſic tandem concludit: nec dubito, quin plura talia ſupereſſent in auctorum libris, niſi* δοκησίσοφοι *librarii mutaſſent.* Interdum tamen recte reſtitui augmentum, credo, ut ſupra non ſemel dixi. REITZ.

ead. l. 7. Ἄρκτου) Cl. B. de Ball. ad hanc v. adducit Scholion ex Mſ. Reg. 3011: Ἄρκτος δὲ ἐν οὐρανῷ ἑξ ἀστέρων, ἣν καλοῦσι καὶ ἅμαξαν, καὶ ὁ μὲν μικρὸς λέγεται ἄρκτοι δὲ δύο τήν τε Ἑλικὴν καὶ τὴν Κυνόσουραν. Sed mutila ſunt haec atque corrupta.

ead. l. 10. Μάγνβος δὲ) Sic Mſ. Reg. 3011. Bene, propter praecedens μὲν — οἱ μὲν Ψυλλοτοξόται. In edd. aberat δέ.

Pag. 232. l. 7. Ἀπὸ τῶν κυάμων) Imitatur Homeri Batrachomyomachiam, quam conferat, cui tantum ab rebus ſeriis eſt otii. REITZ.

ead. l. 14. Αὐτὸν) Etſi αὐτὸν hic vertitur *ſe*, tamen non adeo opus eſt in αὐτὸν mutari. Non magis, inquam, quam apud Thucydid. IV, 108, λέγοντος, ὡς αὐτῷ ἐπὶ Νίσαιαν τῇ ἑαυτοῦ μόνου στρατιᾷ οὐκ ἠθέλησαν οἱ Ἀθηναῖοι ξυμβαλεῖν, *dicentis, Athenienſes non auſos eſſe confligere ſecum apud Niſaeam, ubi ſuum exercitum ſolum haberet.* Vides, tam αὐτῷ, quam ἑαυτοῦ, per *ſecum* & *ſuum* recte reddi. Alibi tamen minime idem eſſe, ſatis ſaepe dictum. Vide ſupr. Quom. hiſt. c. 33, & cap. 6 huius Hiſt. Adde Ev. Luc. VI, 40, ubi αὐτοῦ & αὐτοῦ eodem verſu & ſenſu occurrit. In tribus certe, quas contuli edd. ſic legitur: οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ· κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ. Quorum alterutrum tamen mutandum, ut ſibi ſimilis ſit contextus. Αὐτοῦ igitur ſpiritu leni utrovis loco legerem, & ſic edit. Tigurina anni 1566 habet. REITZ.

ead. l. 15. Οἱ σύμμαχοι ὡς ἕκαστοι) Micyllus apud Baſileenſes Latine reddidit: *porro inter utrumque auxilia, ut cuique magis placuit.* Non ſecus ac ſi vidiſſet, quod ex Angl. notat Bour-

delotius ὡς ἑκάστοις ἐδόκει, quomodo, ſi legitur in ſcripto libro, id factum crediderim ab homine non aſſequente ſenſum vulgatae lectionis. Benedictus obſcurior, *medium auxiliarii utique ſinguli.* Quod quid ſibi vult? At Graeca vulgata rectiſſima ſunt, notantque propriis cuneis compoſitas ſingulas auxiliorum partes, ut loquitur Tacitus IV annal. 16, non diſperſas & cum aliis permixtas. In Arriano alibi id quoque corruptum. GRON.

ibid. Ὡς ἕκαστοι) Anglic. ὡς ἑκάστοις ἐδόκει. BOURD. Vid. Ἀστρ. c. 7, καὶ οἱ ἄλλοι τ' ἄλλα, ὡς ἕκαστοι ἐλάσκονται, *prout cuique libitum eſt*, vel *ut fors tulit.* Thucydides paſſim uſurpat. Plut. 1033 f. ὡς ἕκαστος ἔτυχε. In A. tamen P. & L. ὡς ἑκάστοις ἐδόκει. Sed gloſſema eſt. SOLAN.

ead. l. 16. Ἑξακισχιλίας) Corruptum eſſe hunc numerum exiſtimo, & fuiſſe tantum aut ἓξ μ. aut ad ſummum ἑξήκοντα, ut aliquatenus reſpondeant equitatui pedites. SOLAN.

Pag. 233. *l.* 5. Καὶ πεδίον δ' ἐποίησαν) Deleverat particulam δὲ Solanus, adſcripſeratque ed. *Fl.* omittere. Si exemplar Florentinum, vel Excerpta ex illo intelligit, (quod tamen alibi *Ex.* vel *Exc.* ſolet ſcribere) poterit verum eſſe, particulam ibi abeſſe; nec ego adderem, ſi in edit. quadam vetere abeſſet; at in edit. *Flor.* certe adeſt, aeque ac in reliquis, quamvis pleonaſmus ſit, euphoniae forſan gratia interpoſita particula; niſi quis καὶ δὴ malit, ut ſit, *iam mox, ſtatim*; quod ad ſenſum quidem melius, ad euphoniam autem peius. Interim ſi quis alius Codex praeiret, facilem me in expungendo δὲ praeberem. REITZ.

ibid. Πεδίον ἐπ.) In omnibus libris legitur πεδίον δ' ἐποίησαν· ſed cum mox ſequatur ἐπὶ τούτου, ſatis patere puto rationem emendationis noſtrae. SOLAN.

ead. l. 6. Εὐδιάναυτος) Mallem Εὐδιάναυκτος, ut potius a *ſomno* deducatur, quam a *ſerenitate.* SOLAN.

ead. l. 11. Καὶ δίπλεθρος) Intendit ſignificatum illud καὶ, immo admirationem quandam addit, ut Latinum *vel.* Ita & Long. Paſt. 3, p. 127 ed. Iungerm. ἔστι καὶ πλούσιος. Ibid. verſus fin. κρεῖττον καὶ χρυσοῦ μήλου φίλημα. REITZ.

ead. l. 16. Ἀεροκόρδακες) Interpres ſecutus eſt Anglicanum Cod. in quo Ἀεροκόρακες. BOURD. Ἀεροκόρακες praeter A. P. & ed. *Iunt.* & vetus interpres Latinus; & quamvis res nihili eſt, videtur omnino haec lectio genuina. Edd. reliquae Ἀεροκόρδακες. SOLAN. Ἀεροκόρακες Aldus habet, quod vel ideo mihi fit probabile, quod κόραξ, *corvus*, ſacrum Phoebo, id eſt,

Soli cognatum animal: κόρδαξ, ſaltationis genus, ſi omnino huc pertineat, forte referatur ad volucres, aut inſecta quaedam, quae, quaſi reſti, choro quodam connexae ſaltare per aëra videntur. Ceterum quae ſequuntur, ea neque Ἀεροκόρδαξι neque Ἀεροκόραξιν applicare poſſum, & excidiſſe aliquid arbitror, nimirum deſcriptionem τῶν ἀεροκοράκων aut ἀεροκορδάκων, aut nomen novi generis monſtrorum, in quod proxima deſcriptio conveniat. GESN.

in Schol. Ξστ'.) In edito erant tantum ξ', i. e. ſexaginta. Ego vero ξστ' dedi, i. e. 66, non ſolum, quia Exc. G. teſte Solano, ita habent, ſed & πήχεις ξστ' Cod. V. Nam licet Suid. (edit. meae Baſil.) vel bis dixiſſe legatur πλέθρον habere πήχεις ξ', id tamen vitioſum eſſe, & ex ſequentibus facile corrigendum apparet: ait enim Suidas, πλέθρον eſſe ſextam ſtadii partem. Stadium vero eſſe quadringentorum cubitorum. Iam dividas 400 in partes ſex, prodibunt 66, cum duabus tertiis partibus reſiduis, cuius reſidui ratio non habetur, ſed numerus rotundus exprimitur. REITZ.

Pag. 234. *l.* 3. Καὶ ὁ βληθεὶς) Ubi legerem, πρόρρωθεν γὰρ ἐφενδόνων ῥαφανίδας ὑπερμεγέθεις. ὁ βληθεὶς οὐδ' ἐπ' ὀλίγον ἀντεχειν ἐδύνατο· *eminus enim iaculabantur grandes admodum raphanos: vulneratus ne exiguo quidem tempore poterat ſuſtinere*; putaram excidiſſe ὡς, vel aliud quid, ut eſſet ὡς ὁ βληθεὶς, *ut vulneratus*, vel ſimiliter. Sed iterum hic agnoſcenda fuit ſocordia, qua poſteriores editiones ſunt mutilatae & vitiatae. Priores omnes habent καὶ ὁ βληθεὶς, recte. IENS.

ead. l. 4. Δυσσμίας) Angl. δυσωδίας. BOURD.

ead. l. 5. Χρίειν) Ut in Nigr. & in Tox. BOURD.

ead. l. 12. Κυνοπρόσωποι) Cteſiae κυνοκεφάλους hic tangit, de quibus ille multa blateravit. Vide Photii Excerpta. SOLAN.

ead. l. 13. Κἀκεῖνον) Vorſt. κἀκεῖνοι. Sed nihil muto. SOLAN.

Pag. 236. *l.* 5. Ὄμηρος) Homer. Il. Π, 459. SOLAN.

ead. l. 14. Τοῦ Ῥοδίων) Angl. Ῥοδίου. BOURD.

ibid. Ῥοδίου Κολοσσοῦ) De huius altitudine inter antiquos ſcriptores non conveniſſe ait Leo Allatius. Verum errat is egregie. Strabo enim eum LXX cubitos altum ſtatuit, Feſtus vero pedes CV. Idem aliis verbis dicunt, cum cubitus ſit pes ſeſquialter. Vide A. G. 2666, VIII, Scaligerum immerito idem carpit, pondus aeris ex numero camelorum rite ſubducentem, not. ad Euſeb. Chron. pag. 137. De Quintaliis quam movet controverſiam, penes mercatores iudicium eſto: de uſu enim vocis non litigabo. Vide notam noſtram ad Συγγρ. cap. 23.

Editio *Iunt.* Ῥοδίου, cum A. & P. Reliquae Ῥοδίων. SOLAN.

Pag. 238. *l.* 1. Ἔκλειψις τῆς Σελήνης) Duker. ad Thucyd. VII, 50, (quem adeundum Hemſt. in marg. monuerat) obſervat, Scaligerum ad Tibull. I, 8, 19, exiſtimare, verbum ἐκλείπειν tam de Lunae, quam Solis, defectu ab omnibus Graecis uſurpari. Sed nomen ἔκλειψις veteres raro de Luna, immo de Sole tantum dixiſſe. Verumtamen Ariſtotelem II Meteorolog. 8 τὰς ἐκλείψεις τῆς Σελήνης dixiſſe, & poſt hunc Polyb. V, 78, item Plutarch. in libr. de facie in orbe Lunae non ſemel, nec non Diog. Laërt. Prooem. § 2, iure huic opponit Dukerus, a quo haec deſumſi. REITZ.

ead. l. 6. Ὁμήρους) Vid. Thom. Mag. v. Βούλομαι. SOLAN.

ibid. Ἐπὶ τούτοις) *Inſuper* vertere Bened. & Pariſinae interpres. Sed vid. quae mox ad verſ. hinc tertium dicentur. REITZ.

ead. l. 8. Τῇ προτεραίᾳ) Hoc videri ex Thucyd. III, 36, deſumtum, rectеque προτεραίᾳ ſcribi, (pro πρότερα, quod in nonnullis Thucydidis exemplaribus erat,) vid. ap. Duker. ad Thucyd. VII, 51, ubi & hoc Luciani teſtimonio eſt uſus. Intelligi autem ἡμέρᾳ videtur, quod apud Thucyd. additur; ait enim: τῇ μὲν προτεραίᾳ πρὸς τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων προσέβαλλον — καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ ἀπεχώρησεν ἡ στρατιὰ τῶν Συρακουσίων· τῇ δ' ὑστεραίᾳ &c. Etſi ἐκκλησίᾳ quoque intelligi queat, ut vid. ad c. 11 eiuſd. lib. Noſter rurſum 1 V. Hiſt. f. & Aſin. c. 42, & alibi. REITZ.

ead. l. 9. Ἐπὶ τούτοις) Ἐπὶ de conditione, in quam aliquid paciſcimur, frequens. Herodian. I, III, 5, Καιναὶς ἠδονὰς ἐπὶ μεγίστοις μισθοῖς ἐθηρᾶτο. Et ibid. c. 2, 2, ἐπὶ συντάξεσιν οὐκ εὐκαταφρονήτοις καλῶν. Apertius apud eund. III, 12 ipſo pr. Ἐπὶ ταύταις δὲ ταῖς συνθήκαις ἀνελθὼν ὁ χιλιάρχης. Noſter infra Philopſ. § 16, ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ ἀπαλλάξας τῶν δεινῶν. Long. Paſt. 2, p. 81 ed. Iungerm. ἦσαν ἐπὶ μισθῷ τράγῳ καὶ σύριγγι. Inprimis vero ſolemne hiſtoricis ἐπὶ τούτοις & ἐπὶ τοῖσδε dicere, in deſcribendis foederis conditionibus. Thucydid. VIII, 18 pr. Ἐπὶ τοῖσδε ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο πρὸς βασιλέα καὶ Τισσαφέρνην Λακεδαιμόνιοι. Ad quae verba Waſſe ac Duker. plura produnt exempla, quae hic non repetam. At iam videndum, an igitur ὁμήρους ἐπὶ τούτοις δοῦναι, quod modo praeceſſit, non ſimili fere modo reddendum, *obſides dare in has conditiones*, i. e. ſe in fidem promiſſorum obſides daturos. Poteſt ſic intelligi, ac tamen *ſuper* verti, non *inſuper*; nam obſidum traditio non adeo eſt nova actio, ſed continuatio & confirmatio prioris. Etſi non adeo multum interſit, ſi *quis* no-

vam actionem ſtatuat, & *inſuper* vertat, cum diſtinctio paulo maior, quam ſimplex comma, praecedat; quam diſtinctionem ſervandam duxi, ut erat in Pariſ. ac nonnullis aliis, quia novum verbum ἤθελεν ſequitur, quod poſteriorem ſenſum aliquantum tamen dirimit a prioribus, quae ab alio verbo pendent, nimirum ab ὑπισχνεῖτο. Nam ἐπὶ τούτοις & alibi recte vertas *inſuper*, vel *poſt*, ut ap. Ariſtoph. Pl. 57, Ἢ τἀπὶ τούτοις ῥῶ. Et ibid. 1002, καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν ἀποπέμπων, *& inſuper dixit haec remittens* &c. Etſi πρὸς ibi magis adiuvat ſignificationem τοῦ *inſuper*; tamen Ael. 2 Var. Hiſt. 13 med. καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐπὶ τούτοις σοφὸς, *& praeter haec ſapiens*. Ne plura addam, quae in promtu eſſent. REITZ.

Pag. 239. *l.* 4. Τὴν δ' ἀποικίαν τὴν ἐς τὸν Ἑωσφόρον κοινὴν ποιεῖσθαι, καὶ μετέχειν τῶν ἄλλων τὸν βουλόμενον) Poſteriora verba ſic perperam reddidit interpr. *& qui volet, aliorum ſit particeps:* nam τὸ, ἄλλων, non pertinet ad verbum μετέχειν, ſed ad τὸ, τὸν βουλόμενον, ut ſit, q. d. τὸν βουλόμενον ἐκ τῶν ἄλλων. Verte integrum locum: *Mittatur vero ad Luciferum colonia communis, eiuſque demigrationis ſocietatem habeat ex aliis, quicunque voluerit.* L. BOS.

ead. l. 15. Δώσειν πρὸς γάμον) Sic αἰτεῖν πρὸς γάμον, Long. Paſt. III, p. 122. REITZ.

Pag. 240. *l.* 2. Ἠξίουν ἀποπεμφθῆναι πάτω) Th. Magiſt. voce βούλομαι. SOLAN.

ead. l. 11. Ἀλλ' ἐν ταῖς γαστροκνημίαις) Ioſephus Acoſta Hiſtoriae Indicae cap. 39, lib. 4. MARCIL.

ead. l. 13. Νεκρὰ) Tacite reſpicitur ad plural. ἔμβρυα, licet ſingularis tantum praecedat; ut infra inverſo ordine, praemiſſo plurali, ſequitur ſingularis. Vid. quae notamus ad 2 Ver. Hiſt. cap. 37. REITZ.

Pag. 241. *l.* 5. Φαλλὸς) Vide Ariſtoph. Schol. in Acharn. p. 271. *Vorſt.* De his vide Συρ. Iterum infra cap. 30. SOLAN. Sed φαλλὸς *ſuber*, ut 2 Ver. Hiſt. c. 45, & alibi. REITZ.

ead. l. 6. Πηχυαῖαι) In omnibus legitur πηχυαῖοι, quod cum aperte corruptum eſſet, mutavimus. Similem phraſin vide c. 40, σταδιαῖον τὸ μῆκος. SOLAN.

ead. l. 7. Ἐκκολάπτουσι τοὺς ἀνθρώπους) Benedictus, *ex iis homines excludunt.* Patior; ſed quomodo id fit? Certe, cum utitur verbo *excludere*, innuit ſe putaſſe ab Luciano id ſic conceptum eſſe, quomodo apud Latinos pulli excludi dicuntur inſidendo & calefaciendo: quod parum videtur convenire ſenſui auctoris. Idem verbum rurſus occurrit lib. 2 Verae Hiſt. cap.

40 f. πελέκεσι γοῦν διακόψαντες ἓν τῶν ὠῶν, νεοττὸν ἄπτερον ἐξεκολάψαμεν, nec dubitavit Benedictus ſibi ſimilis eſſe, *cum igitur unum ex ovis ſecuribus praecidiſſemus, pullum implumem excluſimus*, quae quidem mirifica ratio excludendi. Nec ſic loquerentur Latini; & ideo nec amamus. Noſtrum locum alii intolerantius reddunt, *in homines effingunt*, quaſi de caelando cogitaſſet Lucianus. Putamus ſimpliciter verti debere, *homines extundunt*. GRON.

ead. l. 10. Ταῖς γαμεταῖς) Frater Lucianum τοῖς dediſſe monet. Non male ad ſenſum. Sed vulgatum non moveo ſine auctoritate, quia ludit in genere, dum iidem ſponſarum loco ſunt. REITZ. Veriſſimam Reitzii emendationem confirmat Mſ. Reg. 3011: quare ſic reſcripſimus. Mox v. 12 ſeq. ex eodem Mſ. ſupplevimus ὁ ante κατηνός. Deſiderabatur enim in edd.

ead. l. 16. Περικαθεσθέντες) Angl. περικαθεζόμενοι. BOURD. Etſi aoriſt. hic inſolentior eſt & rarior, immo barbarus vocatur a Th. Mag. & Codd. quidam περικαθεζόμενοι habent, ego tamen eum cum Ienſio ſervandum cenſeo, cuius verba ex Lectt. Luc. pag. 11 huc transſcribi merentur. Magiſtri noſtri, ait, vox eſt, Ἐκαθέσθην, καθεσθεὶς, καθήσομαι, καθεσθῆναι καὶ ὅσα ἀπὸ τούτων, βάρβαρα. Mitius, mitius, ὦ βέλτιστε. Nonne περικαθεσθέντες ab καθεσθείς; Atqui eo uti non dedignatus eſt, non barbarus Lucianus, in Vera Hiſt. p. 726, (i. e. h. l.) quamquam me non fugit, ex Cod. Angl. produci περικαθεζόμενοι a Bourdelotio. Rurſum non ita pro barbaro habendum ipſum ἐκαθέσθην, a quo ſtilum ſuum non abſtinuit Heſychius; quem in eopſe loco, ubi hac voce utitur, turpiter corruptum emendaſſe operae erit: ubi enim legis Κατερέξατο, ἐκαθέσθη, ſine nulla haeſitatione lege Κατ' ἀρ' ἔζετο, ἐκαθέσθη. Praeterquam quod hunc literarum κατ' ἀρ' ordinem locus ipſe poſtulat, adi Scholiaſten veterem Homeri, qui ad Il. A, 73, & 106, haec eadem Heſychii verba habet. Haec, inquam, bene Ienſius, cuius ſententiae confirmandae gratia addo Long. Paſt. L. 2, p. 86 ed. Iung. ὑπὸ τῇ δρυὶ καθεσθέντες ἐσύριζον. REITZ.

Pag. 242. *l.* 2. Ποτὸν) Veteres edd. hic conſentire cum vulgata, annotavit Solanus. An ergo quaeſivit, num aliae πότος maſc. gen. haberent? Sed nihil opus eſt: nam & ποτὸν neutr. praeter Xenoph. Lexicis annotatum, etiam Cebes in Tab. p. 10 ed. Reland. τοῦτο δὲ τί ἐστι τὸ ποτόν; REITZ.

ead. l. 3. Οὐ μὴν — ἀφοδ.) Haec & ſequentia ideo finxit Lucianus, ut Cteſiae ſimiles prorſus fabulas derideret, quae hodieque in Excerptis Photii leguntur, quem adi. SOLAN.

ead. l. 5. Ἐν ταῖς πυγαῖς) Caſtius, ſi quid in exſecrando tali ſcelere, Angl. Cod. ἐν ταῖς ἕδραις. BOURD.

ead. l. 15. Θάλλουσα ἐς ἀεί) Thom. Mag. v. ἀεί. SOLAN.

Pag. 243. *l.* 2. Μέλι) i. e. *acetum.* Vid. Helladii Chreſtom. LA CROZE. Antiphraſin igitur dixeris, vel potius ironiam, quia antiphraſis non admittitur a viris doctis. Qualis nempe ironia eſt in illo Cael. Aurel. III, 1, quod Voſſ. affert in Inſt. Or. L. V, 13, § 11, p. m. 251: *Multa enim contrariae interpretationis vocabulum ſumſerunt: ut ſella, quae Graeci γλυκέα vocant, velut dulcia, cum ſint amariſſima.* Sic Aethiopem *cygnum* vocari, ex Iuven. Sat. III, 2, aliaque, vid. ibid. Et nos in Ambigg. Tit. *adiecti contrar.* & *antiphraſt.*, ubi inter alia ex Iuſtin. XXIX, 1, 5, obſervamus, Ptolemaeum *Philopatora* vocatum, qui patrem ac matrem interfecerit. Verum quod Aurelian. loco modo adducto quoque dicit, *orthopnoeam* etiam a contrario dictam, (namque ait: *cum ſpirationem evertat ac depravet, tanquam corrigat orthopnoea, nuncupatur*) id minus verum. Sic enim dictus ille morbus, quod aegri non niſi erecto corpore ſpiritum ducere valeant. Celſ. IV, c. 4: *Cum niſi recta cervice ſpiritus trahatur,* ὀρθόπνοια (dicitur). Sic Galenus, ſic Hippocr. definiunt, vid. Foeſ. Oecon. Hipp. REITZ.

ibid. Πονῶσιν) Ὑπνῶσιν in Mſ. BOURD.

ead. l. 3. Ἀλείφουσιν) Mſ. & Cod. Angl. ἰδροῦσιν· aliter tamen legit interp. BOURD. Ἰδροῦσιν) Hanc lectionem A. B. & P. in textum recepimus: quamquam ſtare vulgata etiam poteſt, ἀλείφουσιν, ut ſcil. athletarum more, pro oleo lacte unguntur. Sed ne quando penuria lactis laborent, aut negotium ipſis faceſſamus mulgendo, uti *mel emungunt*, ita lac *ſudent*, auctor ſim. SOLAN. Quamvis videatur ſtare poſſe vulgata editionum priorum lectio, ἀλείφουσιν, propter γυμνάζονται, cui unctio convenit; tamen nihil miraculi haberet, *lacte ungi.* Verum quo magis portentoſum eſt *lac ſudare*, eo melius, eoque convenientius cum eo, quod praemiſerat, *mel emungunt*: totus enim eſt auctor in fingendis monſtris, quo conſiderato, iam plane frigebit vulgatum ἀλείφουσι. Verſionem tamen non immutavi, quia Geſn. ad noſtram quoque lectionem, quae ex uno Cod. in Graev. ed. iam erat notata, videtur reſpexiſſe. REITZ.

ead. l. 10. Τῇ γαστρὶ) Ridet Lucianus hiſtoricum aliquem, qui talia animalcula dari tradidiſſet, ſed immerito: nuper enim poſt noſtrorum hominum ad Indias utraſque navigationes compertum eſt, exſiſtere genus quadrupedis, cui ſub ventre pera quaſi eſt, in quam ſe pulli recondunt. Cuiuſmodi Canta-

brigiae anno MDCC vivam circumlatam earum rerum curioſi omnes viderunt. Adi etiam Aelian. de An. I, 17. SOLAN.

ead. l. 11. Ὥσπερ) Ex Mſſ. Regg. 2954 & 3011. Vulg. ὅσα.

ead. l. 13. Οὐδὲ ἅπαξ) Eleganter pro οὐδὲ ἕτερον, οὐδὲ ἅπαξ. Vid. Bos de Ellipſ. REITZ.

ead. l. 16. Μαλθακὴ) Sive μαλακὴ, quod eodem redit. *Veſtes molles* alibi ſunt *fericae*. Ἱμάτια μαλακὰ ditiorum & aulicorum notiſſima ex Evang. Matth. XI, 8; ubi Iac. Elſner. plura ex profanis auct. & Lucian. Fugit. Epiſt. Saturn. & de Salt. adduxit. Conf. de Salt. c. 2, ubi μαλακαῖς ἐσθῆσι tamen ſcribitur, non μαλθακαῖς, quod Hippocrati familiarius, ut μαλθακὴ νοῦσος, *mitis, remiſſus morbus*, I Aphor. 7. Et millies alibi; ſed & Atticis utrumque uſitatum eſſe, nimis notum eſt. REITZ.

Pag. 244. *l.* 15. Εἰς τὸ κάτοπτρον ἀποβλέψῃ) De oppoſitis his praepoſitionibus v. ſupra Quom. Hiſt. c. 42. REITZ.

Pag. 245. *l.* 13. Παρῆειμεν) Reſcripſimus ex Mſſ. Regg. 2954 & 3011. In edd. enim legebatur περιῆειμεν, contra ſenſum. Περὶ & παρὰ ſaepe confundi a librariis, notat B. de Ball.

ead. l. 14. Ἐν χρῷ) Sic ſupra Ζεύξ. c. 6 f. SOLAN.

Pag. 246. *l.* 8. Ἄνθρωπον μὲν οὐδένα) Ita Mſſ. Regg. 2954 & 3011. Impr. ἄνθρ. οὐδένα μέν.

ead. l. 15. Οὐδὲν ἡμᾶς ἠδίκουν) Ἀδικεῖν eſſe vim inferre, nocere, (adeoque etiam de inanimatis rebus dici) ut Thucyd. L. II, p. 103, & V, 400, & Apocalypſ. IX, 4, ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν χόρτον, adductis etiam his Luciani aliorumque verbis, probat Elſner. ad N. T. T. 2, p. 453 ed. Traiect. REITZ.

ead. l. 16. Ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλουν) Sic Icarom. cap. 23, & D. Sic. XIII, c. 83, p. 608, intellecto τραπέζῃ, ut L. Bos docet. Alios probare ἐπὶ ξένια, ſcil. δῶρα, vid. Weſſ. ad Diod. l. d. REITZ.

Pag. 247. *l.* 5. Σβεσθῆναι) Videtur hoc commento ridere philoſophos, qui animas eſſe naturae igneae ſtatuere, ut ex fabula Promethei notum, & ex Cic. Somn. Scip. c. 3, ubi Commentatores vide. Unde quibuſdam opinio ſedebat, aquis ſuffocari mortis eſſe genus omnium peſſimum, quod anima ſic penitus exſtingueretur. REITZ.

ead. l. 9. Ὅπως ἔχοιεν) Conf. mox c. 33, ubi ὡς ἔχει. Sed 36, ὅπως bis. SOLAN.

ead. l. 12. Νεφελοκοκκυγίαν) Ex Ariſtophanis avibus ſumta urbs v. 820 ſeqq. Κοττυφίωνος nomen non mutarim, cum apte ad hanc rempublicam congruat. GESN.

ead. l. 15. Κοττυφίωνος) Ait, ſe perveniſſe in urbem Νεφελοκοκκυγίαν, cuius rex fuerit ὁ Κορωνὺς ὁ Κοττυφίωνος. Puto ſcri-

pſiſſe Lucianum Κοκκυφίωνος, ridicule formata voce a κόκκυξ & κοκκύζω. GRAEV.

ibid. Ἀριστοφάνους) Ariſtoph. Ὄρν. p. 565. SOLAN.

Pag. 248. *l.* 3. Πυρώδεις) Angl. πυροειδεῖς. BOURD. Πυροειδεῖς A. & P. Reliqui πυρώδεις, niſi quod *Fl.* πυρώδης, *Iunt.* πυρόδεις habent. SOLAN.

ead. l. 5. Μαλακῶς ἐνδιδόντος) Conf. ſupra Apol. pro Merc. c. 4, καὶ ἐνδιδόντων φυγεῖν. Vel potius Hermot. c. 24, ubi plane ſimilem phraſin ex Ariſtoph. Plut. 488 addidimus. Et infra Toxar. c. 11. Ubi Ienſ. vim huius verbi pluribus explicat. Oppoſitum ἐπιδιδόναι vide hac ipſa Ver. Hiſt. c. 6. REITZ.

ead. l. 9. Ἀποῤῥίψαντες, ἐνηχόμεθα) Elliptice pro ἀποῤῥίψαντες ἑαυτοὺς ἐκ τῆς νεῶς, ἐνηχόμεθα. Pariter Lucas in Act. Apoſt. XXVII, 43. L. Bos. Vide etiam Ἁλ. c. 9. SOLAN. Adſcripſerat Solanus, aliquem coniectaſſe, forſan ἀπορρυψάντες legendum. Sed ἀποῤῥύψαντες voluit, a ῥύπτω *abſtergo, ſordes abluo*, tumque profecto non male quidem: verum vulgata non eſt movenda, nam & ſic in loco N. T. quem L. Bos indicat, ἐκέλευσε — ἀποῤῥίψαντας πρώτους ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι. REITZ.

Pag. 249. *l.* 2. Φαλλῶν) Idem vid. ſupr. c. 22. SOLAN. Quales deſcribit in lib. de Dea Syria Noſter. GESN.

ead. l. 3. Σχόλοπας) Confer ſupra de Merced. cond. cap. 3. SOLAN.

ead. l. 5. Περιβάλλοντες) *Fl.* optime. Reliquae περιλαβόντες. SOLAN. Florentinam eo lubentius ſecutus ſum, quod hoc verbum de amplexantibus & oſculantibus proprie uſurpatur. Sic Long. Paſt. IV, 125, (ed. Moll. p. 133, numero per errorem typothetarum depravato) οὗτοι πάντες περιέβαλλον, κατεφίλουν χαίροντες, & L. IV, p. ult. Δάφνις τε καὶ Χλόη περιέβαλλον ἀλλήλους. Nec refert, illic laetitiae ſignum eſſe, hic metus & valedicentium; valedicentes enim aeque ſe amplexantur ac gratulantes. Ne plura in re nota congeram. REITZ. Mſ. Reg. 2954 περιβαλόντες, probante B. de Ball.

ead. l. 7. Συναῤῥάξαι τοῖς ὀδοῦσιν) Contra mentem Luciani reddunt haec verba: *At dentibus non confregit prius, quam per eorum raritatem intro navis decidiſſet.* Contra mentem Luciani, inquam: nam navis illa prorſus non fuit confracta, nec dentibus belluae, nec in eius ventre, ſed integra iterum emiſſa, quando mortua erat bellua, ut videre eſt in principio L. 2 Ver. Hiſt. Voluit autem Lucianus his verbis indicare, os eius belluae, & vacua inter dentes ſpatia adeo vaſta fuiſſe, ut opus non eſſet dentibus prius confringere navim, & ſic per partes

eam abſorbere, ſed integram navim illaeſam per dentium raritates facile potuiſſe tranſire. Vertas igitur locum: *non vero dentibus prius comminuit, ſed per eorum interſtitia navis in ventrem decidit.* Haec in Obſ. Crit. pag. 52. L. Bos. Nihil mutandum. Iam obſervarunt Grammatici ſaepius duplicari hic literam P. Adde etiam Ἰστ. β, prope finem. SOLAN.

ead. l. 10. Κῦτος) Ferri non poteſt κῆτος. Lege itaque cum *Fl.* κῦτος. Vide tamen Breerwood p. 133 *Of long.* &c. SOLAN. Lubens arripui ſcripturam Florentinae; nam vulgata κῆτος, *cete*, ſenſum exhibet ſatis abſurdum. Etſi enim vel omnia huius hiſtoriae commenta merito abſurda dixeris, tamen orationis nexus non debet eſſe abſurdus. Nihil autem in ſequentibus eſt, unde liqueat, homines in *ceto* ſedentes, alium *cetum* vidiſſe. Sed quid ſimplicius eſt, quam ut in eo latentes, partes eius internas perluſtrarint? Quare κῦτος hic intelligo *tartareum capacis alvi ſpecum*, ut Phaedr. loquitur IV, 5, quem tum perſpicere dabatur, cum bellua hiaret, lumenque ante negatum per os admitteret. Eſt vero κῦτος proprie alveus navis; vid. Pollux. Onom. I, 87, p. 58. Et *venter;* vid. notam Kuhnii. Ediderunt autem in Polluce κύτος prima acuta, cum tamen fateantur, Mſſ. habere κῦτος. At verſa vice L. 2, p. 171, κῦτος dedere, cum Mſſ. ibi κύτος legere affirmet editor. Quod quidem cur factum, non video: nam ſi differentiam ſtatuiſſent, quod poſteriore loco *cranii capacitas* ſignificetur, monuiſſent forſan. Verum nihil differentiae video, cum de quavis capacitate vas ingens referente dicatur; nec adeo moror accentum, qui in ſyllaba ancipiti interdum ab aliis fit circumflexus, ab aliis acutus. Mallem tamen κῦτος utroque loco, ex analogia, ut μῦθος, νῖκος, & ſimilia, quae circumflecti amant. Adde Alciphr. 3, Ep. 7, p. 292, qui κῦτος τῆς γαστρὸς, *capacitas alvi.* Et Diodor. Sic. III, cap. 40 m. qui pro *alveo navis.* Verſio Geſneri ad vulgatam eſt compoſita, ideo reliqui eam, ſed mutatae lectionis verſionem ei adiiciens, ne mihi nimis ſumſiſſe dicar. REITZ. Ut probo lectionem κῦτος, quam ſecuturus eram ſcilicet, ſi videre mihi contigiſſet; ita vulgatam κῆτος abſurdam non puto. Quem enim piſcem antea, qualis extra eſſet, viderant, eundem, non alium in illo cetum, qualis ſit intus vident. Ceterum iuvat, dum iſta retracto, obſervare, nomen κῦτος praeclare illuſtratum a D. W. Trillero Obſ. Crit. p. 215, ubi idem nomen recte abiudicat Heliodoro Aethiop. 9, p. 445 pr. & ibi non κῦτος ἅπαν τὸ ποτάμιον, ſed Nilum κῦδος ἁπάντων ποταμῶν, legendum eſſe, divine coniecit, κῦδος ipſe μέγα gentis no-

ſtrae, & Apollinearum artium omnium ſingulare ornamentum. GESN.

ead. l. 16. Γοῦν) Ita ex Mſſ. Regg. 2954 & 3011 expreſſimus pro vulg. οὖν, ut vitetur hiatus.

in Schol. col. 1. *l.* 1. Ἐν τῷ περὶ &c.) Hoc Scholion male olim ad verbum σχόλοπας relatum, iam in ſedem ſuam retractum. REITZ.

Pag. 250. *l.* 14. Ὀξέως) Florentinae lect. ἀξίως malam eſſe, vid. mox c. 40 f. SOLAN.

Pag. 252. *l.* 2. Τοι) Quid haec particula ſaepe in oratione, quaſi ſupervacanea, valeat, tamen non ignoro. At hoc quidem in loco legendum cenſeo σοι. SOLAN.

ead. l. 3. Αὐτῷ σκάφει — καταποθέντες) Pro σὺν αὐτῷ σκάφει. Ita quoque Alciphr. I, Ep. 2, p. 12, ἀφεὶς τὸ φορτίον αὐτοῖς ἰχθύσιν, ἀφεὶς δὲ καὶ ἡμᾶς αὐτῷ τῷ σκάφει. Ad quae verba Bergler. plura ſimilia affert, quae nec repetam, nec augebo, quia nota. REITZ.

ead. l. 8. Τε) Deficiens in edd. τε ſupplevimus ex Mſſ. Regg. 2954 & 3011, propter ſequens καί.

ibid. Ὁ δὲ, οὐ πρότερον, ἔφη, ἐρεῖν &c.) A ſcopo aberravit, qui haec ita tranſtulit: *ille vero, non prius dicam*, inquit, *nec intelligetis ex me, quam hoſpitio excepti praeſentibus bonis fruamini.* Senſus eſt: *ille vero negavit ſe dicturum, aut ex nobis ſciſcitaturum eſſe prius, quam hoſpitalia ſua, quae habebat, nobis impertiſſet.* Et hoc velle Lucianum, liquet ex iis, quae ſequuntur: ἐπεὶδὴ ἱκανῶς ἐκορέσθημεν, ἐπυνθάνετο ἃ ἐπετόνθειμεν. Et inferius, ὁ δὲ ὑπερβαλλόμενος καὶ αὐτὸς ἐν μέρει τὰ καθ' ἑαυτὸν διεξήει. L. Bos.

Pag. 254. *l.* 3. Λούμεθα) Huc pertinet, quod Lenſ. in Lect. Lucian. pag. 11 & 12 monuit, ſcribens: Λοῦμαι, inquit Thomas Mag. πάντες Ἀττικοὶ, καὶ λοῦσθαι. Sed & λοῦομαι habet Lucian. in Ver. Hiſt. p. 337, (i. e. hoc loco.) Haec ille. Ariſtoph. vero amat λοῦσθαι & λούμενος dicere: ἀπέλουν tamen pro ἀπέλουε Biſetus ait metri cauſa dictum, vid. Maittaire de Dialect. pag. 9. Ex uno autem Luciani loco nihil conficitur, dices; cum alibi plerumque in aor. & fut. hoc verbo utatur, ubi contractio locum non habet: ſed & Nigr. c. 13, λουόμενον, non λούμενος, ſine varietate legitur, nec non poſtea; quare rurſum aio, non ὑπεραττικίζειν Lucianum. REITZ.

ead. l. 16. Τριτωνομένδητες τὰ μὲν ἄνω ἀνθρώποις ἐοικότες, τὰ δὲ κάτω τοῖς γαλεώταις) Interpres: *Tritonomendetes, ſuperioribus partibus ſimiles hominibus, inferioribus vero felibus.* Male.

Γαλεῶται hic non ſunt feles, ſed piſces, qui γαλεῶται dicuntur, & alio nomine ξιφίαι, Latinis etiam *Xiphiae*. Sed ratio compoſitionis huius vocis quae? Triton fingitur quidem monſtrum marinum, ſuperiore parte hominem referens, ſed μένδης eſt hircus, ſive ipſe Pan. Vide Herodot. lib. II, c. 46, & Suidam. Mihi non liquet: quaerant otioſi. Quid enim μένδης cum Xiphia, aut etiam fele, ſi id malis, habet commune? GRAEV. Τριτωμενέδητες appellatio monſtri ex Tritone, marino homine, & hirco compoſiti, quem Μένδητα eſſe Aegyptiis, notum ex Herodoto. Sed quid ad hunc γαλεώτης, ſive *galliſcum* dicas, ſive *felem*, ſive *muſtelam* denique? Itaque metuo, ne hic etiam lacuna ſit, ut modo circa Δερκύλλιδας obſervatum eſt. GESN.

Pag. 255. *l.* 1. Θυννοκέφαλοι) In *S.* Κυνοκέφαλοι. In reliquis Θυνοκέφ. quod ego cur mutarim, manifeſtum eſt; vide etiam cap. 38. SOLAN. Θυνοκέφαλαι Aldus, quod ortum videtur ex Θυννοκέφαλοι, q. d. *thunnicipites*. *Thunnus* piſcis nobilis, cum *cancris* commode iungitur. Si allegoriam ſpectes, notum eſt, brutum quendam impetum multitudinis ea imagine notari. Sed deinde ipſe quoque Aldus dedit Κυνοκεφάλους. Et κύνα quoque piſcem eſſe, notum. GESN. Etſi Pariſina Κυνοκέφαλοι praeferebat, tamen in verſione *Thynocephali* expreſſum erat: unde facile patet, quid edi voluerit. REITZ.

ead. l. 2. Ἑαυτοὺς) Et ſic legere Florentinam cum Iunt. notaverat Solanus. Quid tum? non enim opus erat aliam lectionem quaerere. Ἑαυτοὺς enim ſic amare poni pro ἀλλήλους, *ſe invicem*, vel *mutuo*, niſi ſatis notum eſt, vid. ex veteri Lexico, in Biblioth. Coslin. pag. 233, quod ait: ἑαυτοὺς, ἀντὶ τοῦ ἀλλήλους, οἱ Ἀττικοὶ λέγουσι. Adde Thucyd. IV, 25, καὶ παρεκελεύοντο ἐν ἑαυτοῖς ἕκαστοι *ſe mutuo adhortati*. REITZ.

ibid. Πεποιημένοι) Active hic ponitur, ut εὑρημένη ſimiliter active ap. Alciphr. I, Ep. 8, καὶ δέομαι σου τὴν εὑρημένην συμβουλεῦσαι. Ubi Bergl. bene monet, praeter alios ſic ſaepe Demoſthenem loqui, ut εὑρημένοι τιμὰς &c. Noſter ſupr. Deor. Dial. XIV fin. Ἔντὸν πεποιημένος τὸν ἑρμῆνεον. Ac non ſemel alibi; quae loca indicabit Ienſ. ad Tyrannicid. Ita οἱ κεκτημένοι dicebantur Athenienſes, qui praedia poſſidebant, & qui ſervos. Licet & alibi id ſignif. quod poſſidetur. Vid. Spanh. ad Ariſtoph. Plut. 4. Ibid. v. 7, ἐωνημένος, *qui emerat*, cum etiam ſit, qui *emtus* eſt; vide commentt. Sed & praeterita paſſiva aliorum modorum interdum ſic ponuntur, ut Herodian. I, 13, ἐδεδώκεσαν δὲ πᾶσαν αὐτῷ τὴν ψυχὴν — ἐπάλληλοι — σώ-

ματος ἡδονὴ, ſubiugabant omnem eius animam aliae ex aliis voluptates. Permulta eiuſmodi congerere liceret. Sed haec iam ſufficiant. REITZ.

ead. l. 3. Ψιττόποδες, *γένος μάχιμον καὶ δρομικώτατον*) *Pſittopodes genus bellicoſum & velociſſimum.* Forte Ψηττόποδες, qui habebant pedes inſtar paſſerum, a ψῆττα paſſer, ſc. marinus. GRAEV. Vera huius nominis ſcriptura ex phraſi petenda eſt admodum inſolenti, quae in Lex. c. 3 legitur: ἀγρὸν δὲ ᾠχόμην ψύτταν καταπείνας, οἶσθα δὲ ὡς φίλαγρός εἰμι, quod non eſt, ut viſum fuit Micyllo ſomnianti vertere, *ſed rus ibam, ubi ripae aggerem protendi;* ſed ut recte Benedictus, *contento curſu rus ivi.* Unde lux Heſychio in voce ψύττα. Sed vide, quae ad eum locum annotata reperies: aut ſaltem adi Epiſt. Sat. ad div. c. 5, ubi haec verba, ſic emendata, leges: ὃς δὲ καὶ ἔλαφος ὀπτώμενοι μεταξὺ δράσμὸν βουλεύσουσιν ἐκ τοῦ ὀπταυείου ἐς τὸ ὄρος, καὶ ὄρνις ψύτταν καταπείνασαι ἄπτεροι καὶ αὐταὶ, παρ' αὐτοὺς τοὺς πέντας ἐκπετήσονται. Lege itaque Ψυττόποδες, non, ut in omnibus libris legitur, Ψιττόποδες. Rationem hanc eſſe nominis, etiam ex eo, quod addit Lucianus, cum vocat γένος δρομικώτατον, patet. SOLAN. Legendum videtur Ψηττόποδες, ut cum Παγουράδαις ſocientur melius: piſcium enim nomina Ψῆττα & Πάγουρος. Ψίττα quid hic ſibi velit, equidem nondum intelligebam. Ψῆτταν etiam adhibet noſter Ἀναβ. 549. Sed tanto minus aliquid mutare auſim, quia ſaepius idem nomen eodem modo ſcriptum recurrit. GESN.

ead. l. 6. Τοῖς Ψιττοπόσιν) Τοῖς non aderat in edd. Addidimus ex Mſſ. Regg. 2954 & 3011.

ead. l. 9. Βιοτεύσωμεν) Patet, vel me tacente, Lucianum ſcripſiſſe, ἡμᾶς δὲ χρὴ ὁρᾶν ὅπως δυνησόμεθα τοσούτοις ἔθνεσι μάχεσθαι, καὶ ὅπως βιοτεύσωμεν, non, ut editum eſt, βιοτεύσομεν. *Eſt autem operae pretium, ut proſpiciamus, quo modo cum tot gentibus congredi poterimus, & qua ratione victuri ſimus.* IENS.

ead. l. 17. Τῆς προθεσμίας ἐνεστώσης) Obſcure verſio Pariſina, *iam pacti tempore imminente.* Sed προθεσμίαν eſſe *conſtitutum tempus*, ut in Epiſt. ad Galat. IV, 2, ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρὸς, producto hoc Luciani loco, alioque ex eiuſd. Nigrino, Plutarcho item & Aeſchine, poſt alios docuit Elſner. ad N. T. l. c. REITZ.

Pag. 256. *l.* 6. Ἐξοπλισάμ.) Sic Coll. P. & L. At impreſſi omnes ἐξαυλισάμενοι. SOLAN. Vulgatam ἐξαυλισάμενοι ſervavi, etſi ἐξοπλισάμενοι intellectu facilius eſt. Poſſet enim ἐξαυλισ. ſignificare *e tentoriis, tuguriis, exciti;* quaſi oppoſitum τῷ

ἀναλίζομαι. Et ſic video Geſnerum accepiſſe: at non invenio auctoritatem; ideo ſuſpectum habeo iſtud verbum, donec alibi invenero. REITZ.

ead. l. 15. Τοὺς φωλεοὺς) Frater monet legendum τὰς φωλ. contra edd. REITZ.

Pag. 257. *l.* 5. Θυννοκέφαλοι) Ut cap. 35. Sed hic omnes, exceptâ *B.* 2. Κυνοκέφαλοι habent. SOLAN. Confer omnino ſupra c. 35. Pariſina hic iterum Κυνοκέφαλοι cum reliqq. In verſione tamen iterum quoque *Thynocephali*; quare, ſi vulgata ſupra erat movenda, etiam hic mutanda fuit. REITZ.

ead. l. 9. Ἀντήχει τὸ κῆτος) Weſſel. ad Diod. III, c. 16, n. 12, conjicit ἀντέχει τὸ κῦτος, quod κῦτος teſtudinis cruſtam ſignificet, ac ſic frequenter Diod. Sed ignoſcat, ſi nihil adhuc mutem, propter continuo praemiſſum in Luciano πολλῇ βοῇ χρώμενοι. Clamori enim hic bene reſpondet Eccho, & uſitatum hiſtoricis clamoris iſtius ante pugnas repercuſſionem commemorare. REITZ.

Pag. 258. *l.* 15. Ἅπαντα ὤν) Quamquam ſic etiam ferri poſſit, malim ἁπάντων ὤν. SOLAN.

Pag. 259. *l.* 6. Εἴκοσι καὶ ἑκατὸν) Atqui mox, praeter remiges, quadraginta armatos audies. Audis etiam hic ſtatim poſt numerum prolatum τούτων δὲ &c. ut neceſſe ſit, maiorem a Luciano fuiſſe ſcriptum, quem LXX fuiſſe exiſtimo. Sed res nihili eſt in tali libro. SOLAN.

ead. l. 11. Σταδιαῖον) Sic πηχυαῖοι ſupra c. 22; & ἡμισταδιαίους hoc eod. cap. REITZ.

ead. l. 13. Πῦρ ἦν) Homer. Il. E, 4. SOLAN.

ead. l. 14. Ὁ ἄνεμος) Vulgo ἄνεμος ſine articulo, quem reſtituimus ex Mſ. Reg. 3000.

ead. l. 16. Ἡ) P. L. & ed. *Iunt.* In reliquis εἴ. Alludit ad Homeri locum in margine deſignatum; quem Zoilus etiam carpſerat, immerito. (Vid. Didym.) SOLAN.

Pag. 260. *l.* 6. Ἐκβληθεῖσαι) Qui *diſſolutae* interpretati ſunt, legebant illi forte ἐκλυθεῖσαι, quod placeret, ſi in libro invenirem. Et fateor, me non habere, qui ἐκβληθῆναι hoc ſenſu dixerit, quo hic opus eſt. Itaque analogiam, & vim τῆς ἐκ, quam habet etiam intendendi atque augendi, ſecutus ſum. GESN.

ead. l. 13. Σπόγγοις) Corruptam hanc vocem arbitror; ſed quid reponam neſcio. Nec res tanti eſt. SOLAN. Gisb. Koen ad Gregor. de Dial. p. 64 conjiciebat κόγχοις, notante cl. *B.* de Ball. Sed nihil opus mutatione.

Pag. 261. *l.* 7. Αἱ δὲ λοιπαὶ πρύμναν κρουσάμεναι) Nimis

saepe & erudite hoc genus loquendi illustratum est ab praeclaris ingeniis, quam ut voces postremas intelligamus cum Micyllo simul & Benedicto *colliſa puppi*. Groth.

ead. l. 8. Πρύμναν κρούειν) Imperitissime vertitur: *Ubi πρύμναν κρουσάμενοι ἔφευγον, reliquae colliſa puppi fugerunt.* Sicne? colliſa puppi poterant fugere? Verte, *reliquae remis inhibentes fugerunt.* Quod Graecis πρύμναν κρούειν, hoc Latinis *inhibere remis:* Cum olim fugam molirentur in pugnis navalibus, non conversa navi fugiebant; sed paulatim remos vertebant, & remis inhibentes cursum navis, retro navigabant, ut erudite docuit ἀπάνω l. Frid. Gronovius lib. IV Observat. cap. ultimo, quem vide. GRAEV.

ead. l. 11. Κατέδυσαν) Passive accipias necesse est: nam numerus non patitur, ut de hostium insulis intelligatur, quod priores interpretes non animadverterant. Sic Polyaen. I, p. 77, & passim. SOLAN.

IN VERAE HISTORIAE LIB. II

Pag. 263. *l.* 1. ΑΛΗΘΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ) Inscriptio Scholiorum hic rursus erat ἀληθινῶν διηγημάτων vid. princ. VER. HIST. quam itaque, quia nihil ad rem facit, in Scholiis omisi. REITZ.

ead. l. 9. Ἀποθανεῖν) Nihil opus esse τῷ ἔμελλε, quod Vossius ingerit, attendenti patebit: satis enim commode ad διηγώμεν refertur hic infinitivus, & vel sic elegantius, quam si quid quam addatur. Sic fere Athen. VI, pag. 240. C. Ἐπιμενόντων φησὶ — συνάγεσθαι ἐξ ἁπάσης τῆς πόλεως, ὡς πρόσεχε γελοιαστάς. Ita & Sallust. Iug. cap. 113, 3. *Dilium, ut ipse multa agitavisse, — quae scilicet tacente ipso, nemo poterat, patefeciſſe.* Plura addere in re nota non libet. At potuit Vossii mens fuisse, ἔμελλεν hic per ellipsin intelligendum, ubi mox ἔμελλεν ἔσεσθαι plene enuntiatur; tumque nihil contra dico. REITZ.

Pag. 264. *l.* 4. Μεγάλαις δοκοῖς) Hunc locum in corrupto Codice cum legisset Thomas Magister, incaute secutus est, quam illic inveniebat, scripturam. Nostri Codices omnes habent μεγάλαις, recte. SOLAN.

ead. l. 8. Ἀνελκύσαντες τὸ πλοῖον, καὶ διὰ τῶν ἀραιωμάτων διαγάγοντες, ἐκ τῶν ὀδόντων ἐξέλκυσαντες) Cum vertissent alii, *per raritatem dentium educentes & explicantes*, inde Benedictus fecit *deductam & explicatam.* Sed turbatissime hic nugantur

omnes, & illud explicare nihili est. Vera, *per facultates tradictam & ad dentes relegatam.* Id enim est hoc loco ἐξελαι. Ut in fine praecedentis libelli, ἐκεῖνην μὲν τὴν νύκτα περὶ τὸ ἄριστον πύλισαντο, ἐξελαύνετε αὐτοῦ τὰ ἀπόγεια. Et translate in Amoribus, ἐγὼ δὲ τὸ ἐρωτικὸν ζεῦγος ἑκατέρωθεν ἐξελάμενος περιήξειν. GRON.

ead. l. 9. Καὶ) Καὶ absens in edd. restitutum ex Mss. Regg. 2954 & 3011.

Pag. 265. *l.* 2. Ἐπάγη) Ridet. At nostra aetate satis iam compertum est, mare ipsum sub Arcto, hibernis totis mensibus, glacie rigere, & vix aestivis tutum. SOLAN.

ead. l. 10. Προσελθόντες) Lege προελθόντες. SOLAN. Non dubito, quin Solani emendatio sit vera; nam προελθόντες, *proeuntes* ex illa fovea, meliorem sensum praestat, quam προσελθόντες, *accedentes*: quia tamen Codd. nullis mitur, intactam sivi vulgatam. REITZ.

in Schol. col. 2. *l.* 1. Ἀπωλώλειτο) Hoc verbum, ut supra dictum, notaverat Solanus: concio itaque, eum maluisse ἀπωλώλει, vel ἀπωλεῖτο, quod non improbem. REITZ.

Pag. 266. *l.* 4. Ὥσπερ ὁ Μῶμος) Lucianus hic alludere videtur ad id, quod de Momo scripsit Aristoteles de partib. animal. lib. III, eum naturam incusasse, quod bobus cornua in capite, non in armis potius addiderit, videlicet quod vehementius possent ferire. Id Lucian. in Nigr. COGN. Conf. supr. Nigr. §. 18, (ex divis. Hemsterh. est § 32.) & Hermot. c. 20. SOLAN.

ead. l. 13. Ὄλον μὲν) Ita dedimus ex Mss. Regg. 2954 & 3011, pro vulg. ὅλον τε. Μὲν respondet seq. δὲ — ποτον δέ.

ead. l. 15. Τυρὼ) Huius fabulam repete ex Ev. Δ. XIII, & adde, si lubet, Φιλοπ. c. 6. SOLAN.

Pag. 267. *l.* 11. Φελλὼ) Nota etiam est Φελλὸς Pamphyliae urbs, itemque Φελλεὺς mons Atticae &c. Vide Stephan. Byzant. h. v. GESN.

ead. l. 12. Συνωδοιπόρουν) Conf. Hermot. c. 13. SOLAN.

Pag. 268. *l.* 3. Ἀπ' αὐτῶν) Ita restituimus, auctoribus Mss. Regg. 2954 & 3011. Desiderabantur enim in edd. duo hae voc.

ibid. Κατὰ δὲ τὴν πρώραν) Proditum est a veteribus poetis, esse quasdam in Oceano insulas, ad quas post mortem deferuntur eorum animae, qui sancte religioseque vixerint; Homer. Lucian. de Luctu. COGN.

ead. l. 7. Ἡρόδοτος) Herodot. III, p. 123. SOLAN.

Pag. 269. *l.* 4. Ἐπηρεμίοις) Quamquam enim vox sit inso-

lens, aptiſſima videtur. Verbo ἐπηρεμέω utitur Ἐρωτ. cap. 45. Certe ridicule antea legebatur & vertebatur hic locus, ἐπ' ἐρημίας, *in deſertis*. SOLAN.

ibid. Πλαγίων αὐλῶν) Dum quis meliora me doceat, intelligo fiſtulas obliquas, *Querpfeiffen*, (Belg. *Dwarsfluiten*) ſuſpenſas voti cauſa a paſtoribus in locis deſertis, ſpecubus, arboribus, quas ſonum aura ſpirante edere, nihil impedit. Tales ſunt apud Longum Paſtor. lib. I, p. 5, 19, ubi in antro ἀνέκειντο αὐλοὶ πλάγιοι, καὶ σύριγγες, καὶ κάλαμοι πρεσβυτέρων ποιμένων ἀναθήματα. Plura ibi Mollius. GESN.

ead. l. 5. Βοὴ &c.) Hunc etiam locum in depravatiſſimo Codice legerat Thomas Magiſter, quem vide in voce ἄθρόος. Noſtri Codices non ἄθρους, ſed οὐ Ϛορυβώδης habent. SOLAN.

ead. l. 7. Κροτούντων πρὸς αὐλὸν ἢ κιθάραν) Non debuit verti, *ad tibiam vel citharam ſaltant*; neque enim κροτεῖν eſt ſaltare: & certe erat quoque modulatus plauſus. Utique & in Pſeudomanti κυμβάλοις κροτοῦντα interpretatur Benedictus *cymbala pulſantem*, ſine mentione ſaltandi; & in Saltatione κροτοῦντα τε προσέτι καὶ ἐπαίνους ἀπρεπεστάτους ἐπιβοῶντα reddidit, *applaudens & laudibus indecentiſſimis acclamans*. GRON.

ead. l. 12. Περιπλόοις) Angl. περιπόλοις. BOURD. Περιπολ. A. P. L. *S. A.* Impreſſi vero omnes περιπλόοις, ante *S.* quae recte mutavit. SOLAN.

ead. l. 16. Ὁ Κρὴς Ῥαδάμανθυς) Rhadamanthus, Lyciae rex, filius Iovis ex Europa, Minois & Aeaci frater, vir iuſtiſſimus. Vid. Virg. VI Aen. COGN.

Pag. 270. *l.* 2. Αἴαντος) Occubuit ad Troiam, ut ſcribunt Sophocles in Aiac. & Dictys Cretenſ. in Hiſtor. COGN.

ead. l. 3. Κατηγορεῖτο) Leve admodum eſt vitium, quod tamen inquinat editiones omnes, ut mirum, a tot editoribus non eſſe ſublatum. In omnibus enim exſtat κατηγορεῖτο δὲ αὐτοῦ pro ἐκατηγορεῖτο, quod puer videat. GRAEV. Ἐκατηγορεῖτο) In omnibus antea legebatur, κατηγορεῖτο· & ſane ſic paſſim apud hunc, Prometh. fin. Ib. c. 4 f. Νεκρ. Δ. XXVII, & Μενιπ. c. 19, eodem modo, quo hic in impreſſis. Sic & Fab. Aeſop. Delect. Fab. X, vitioſe; & Aeſop. Fab. 72, & apud Demoſth. c. Mid. p. 409 A. SOLAN. Solanus cum Graev. ſentiens, ἐκατηγορ. ſcribendum eſſe etiam in marg. *Iunt.* notavit. Ego vero cur neutri obſecundem, dicam. Miror autem Graev. tam confidenter dicentem, vel puerum videre, ἐκατηγορεῖτο ſcribendum. Ego certe & plures mecum id non videbunt. Meruiſſet ſaltem probari illud ἐκατηγ. An enim non cogitavit vir ſum-

mus, verbum esse compositum, ideoque augmentum in medio potius locum habere? (quamvis eiusmodi composita interdum initio, interdum utrobique augeri noverim.) Quin ἐκατηγορεῖτο, etsi Lexica sine auctoritate afferunt ἐκατηγόρησε, mihi potius suspectum esset: nam Thucydides, Atticae puritatis norma optima, I, 95, καὶ γὰρ ἀδικία πολλὴ κατηγορεῖτο αὐτοῦ. Iterum ibidem paulo post, κατηγορεῖτο δὲ αὐτοῦ οὐχ ἥκιστα Μηδισμός, καὶ ἐδόκει σαφέστατον εἶναι. Sic nec imperf. act. gerit augmentum in fronte ap. Aelian. V. H. III, 19, λαλοῦντος κατηγόρει. Idem XII, 12, ἐστεφανοῦτο — τὸ δὲ στεφάνωμα κατηγόρει αὐτοῦ. Nec aorist. id habet apud eund. I, 34, πάντα ἀκριβῶς κατηγόρησε. Adde Herodian. VI, 9, § 1, τοῦ τε Μαξιμίνου — κατηγόρει, & ter quater alibi. Omnino igitur vulgata erat servanda, etiamsi forte alibi ἐκατηγορεῖτο inveniretur. Nec tamen abiectum esse augmentum dixeris, ut in Zeux. § 10, προτάλιζον pro ἐπροτάλιζον: quod in nonnullis temporibus, maxime in plusquam perf. passiv. etiam in soluta oratione saepe fieri, ut πεποίκιλτο pro ἐπεποίκιλτο, δεδώκεισαν pro ἐδεδώκεισαν, diximus ad 1 Ver. Hist. c. 13. Ita & Iungerman. ad Long. Past. 220 εὔχοντο & ἠύχοντο promiscue scribi, aliaque similia docet, & frustra illud εὔχοντο, quod ap. Long. III, p. 94, editum conspicitur, in ἠύχοντο mutari, observat. Immo quia κατηγόρει & κατηγόρηκα locis ab Solano citatis, Noster ubique dixit, tanto minus debebat id nunc mutare; quin & reliqua eius testimonia contra ipsum faciunt. Et Graevius, ad Mort. Dial. XXVII § 7 f. ad verba ἑαυτοῦ κατηγόρει φθάσας aliquid commentatus, ibi tamen de addendo augmento, etsi tempus imperf. & ibi est, nihil dixit. REITZ.

ead. l. 5. Νῦν μὲν αὐτὸν πιόμενον τοῦ ἑλλεβόρου) Th. Magist. v. πίομαι. SOLAN. Sed ἑλλεβόρου adspirate apud Thomam invenio. REITZ.

ead. l. 11. Τοσαῦτα) Sic pro τοιαῦτα, quod est in ed. Reitzii, reponendum ex Mss. Regg. 2954 & 3011 monuit cl. B. de Ball. Sed ita iam scriptum offendimus in ed. *B.* 4. & *S.*

ead. l. 14. Περὶ προεδρ.) Conf. Dial. mort. XII pr. SOLAN.

ead. l. 17. Παρὰ Κῦρον τὸν Πέρσ.) Th. Mag. v. Παρά. SOLAN.

Pag. 271. *l.* 3. Οὗτος) Sic lego pro οὕτω, quod in omnibus hic reperio. SOLAN.

ead. l. 15. Πύλαι πᾶσαι μανδύλοι κινναμώμινοι) Benedictus, *portae ex solo cinnamomi ligno.* Item infra, εἰς ναῦν μανδύλον, *navim solido ex ligno conflatam.* Quae versiones quam sint ab-

ſurdae, docet ipſe, cum ſtatim βωμοὶ μονόλιθοι vertit *ex uno lapide*. Id enim vult, iſta non eſſe compoſita ex fruſtis, ſed ex una trabe & ſegmento arboris tam magnae exſecta. GRON.

in Schol. Αὕτη μὲν οὖν &c.) Ad aliena verba antea referebatur hoc Scholium, duce Cod. V. quod & notae l. Clerici anſam dedit; quam, quia iam huius loci non eſt, omiſimus. Adi modo Apocal. XXI, 10, & ſeqq. ut, quam haec illis ſimilia ſint, videas. SOLAN.

Pag. 272. *l.* 6. Πηχέων ἑκατὸν βασιλικῶν) Vid. ſupra Catapl. cap. 16. SOLAN.

ead. l. 9. Πυέλοις) Πύελος, ὄρυγμα, ἐμβατὴ, ἔνθα ἀπολούονται. Ariſtoph. Schol. *Vorſt.* Vid. Ἱππ. c. 6. SOLAN.

ibid. Ἐσθῆτι) Si priſtinam verſionem reſpicias, quae habebat, *utuntur autem veſtibus purpureis* &c. ſtatuas ἐσθῆσι legendum, ut referatur ad πορφύροις. Sed ut conſtructio ſic evadat facilior, ſenſus tamen erit deterior: nam nihil adeo mirum foret, ſi veſtes tantum purpureae dicantur; ſed magis mirum, aranearum telas ipſas eſſe purpureas; quales lanas aevo aureo promittit Virg. Ecl. IV, 45, *Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos*, & quae praecedunt. Ait igitur Lucianus, *pro veſtitu utuntur aran. telis per ſe purpureis.* Interim, ſi a colore receſſeris, hodie non adeo mirum, veſtes ex aranearum telis poſſe confici, cum noſtra memoria id in Gallia experimenti cauſa factum ſit. REITZ.

ead. l. 15. Ὁμοιότητα) Angl. ὡραιότητα. Aliam tamen lectionem ſecutus eſt interpres. BOURD.

ibid. Εἰ γοῦν μὴ ἅψ.) Deſcribit eleganter umbras apud inferos, poſſe quidem eas non tangi, habere tamen corpora valde ſubtilia, quae non tam corpora ſint, quam corporis inſtar. Sed interpretes non recte intellexerunt hunc locum: Καὶ ὅλως ἔοικε γυμνή τις ἡ ψυχὴ αὐτῶν περιπολεῖν, τὴν δὲ τοῦ σώματος ὁμοιότητα περικειμένη. εἰ γοῦν μὴ ἅψαιτό τις, οὐκ ἂν ἐλέγξειε μὴ εἶναι σῶμα τὸ ὁρώμενον. Vertunt: *In ſumma videtur earum anima nuda circumvagari, ſimilitudine corporis circumdata. Ac niſi quis tetigerit, non poſſit deprehendere non eſſe corpus, quod videt. Nam ſunt ut umbrae rectae, non nigrae.* Latina verſio εἰ γοῦν μὴ ἅψαιτο, longe a Graecis verbis abit, quae ſic erant transferenda: *Licet igitur quis attingere nequeat, non tamen convincat non eſſe corpus, quod videtur. Sunt namque tanquam umbrae rectae, non nigrae.* Videntur enim, licet non tangantur. GRAEV.

Pag. 273. *l.* 1. Σκιαὶ ὀρθαὶ) Umbrae aliae in libero loco ſtantis hominis humi iacere ac trahi videntur: hae, inſtar homi-

nis ipsius, rectae. Aliae defectu lucis, h. e. natura sua nigrae, coloratae tum carnis colore, tum vellium. Ceterum ita recte me interpretatum post alios hunc locum arbitror, licet aliter fuerit vir videatur. GESN.

ibid. Οὐ καθαραί) Non sicut nostrae, recentes & nigrae, sed corporibus steris, si soliditatem exspicias, similes. SOLAN.

ibid. Ὀφθαλμοί) Ὀπώρᾳ λέγεται πᾶν ἄωρον καὶ ἀτελὲς ἔχουσα τὴν ὑπόστασιν, μήπω ἀπτηδία, ἀλλ' ἀκμαῖα, καὶ οὐκ ἀπεψιασμένα, καὶ ἀτελῆ. Const. Τεσσαρακοντάετες. SOLAN.

Pag. 194. l. 16. Στόμασιν) Parum coëunte hoc quidem, nisi cum Aristophanis Socrate βρεκεκεξ facias canentes. SOLAN.

Pag. 195. l. 6. Τοῦ ὁμοίου) In edd. non legebatur articulus τοῦ, quem reposuimus ex MS. Reg. 10.

ead. l. 9. Εὔνομος) Musicus is clarus, cuius tintinnabulum legi, quam narrat in Platone Clemens Alexandr. (in ipsum immum, de lucida chordae tactae vicem substituisse. SOLAN.

ead. l. Στησίχορος) Poëta ob Helenae vituperationem oculis captus, non prius, nisi palinodia oblecto nomine, videre potuit. Tuian. Maccab. SOLAN.

ead. l. 12. Ἑλένην) In Helenam poëma inclementius scripserat, ob quod a Castore & Polluce luminibus orbatus, cantata rursus palinodia visum recepisse fertur. Vid. Philostr. VI, 24, & Plut. in Phaedro, Haec Hesych. Illustr. p. 329. SOLAN.

ead. l. Περὶ) Angl. Bourn. Ex Angl. & Pr. neliegt enim habent; viride. SOLAN. Infra vero cum dativo, hac ipsa Dissert. cap. 3. Πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις.

Pag. 196. l. 11. Semidei non integri Dii, neque homines, sed altero parente divino, altero humano: aut Semidei ratione virtutis. Tertullianus quatuor Gentilium Deorum differentias fuisse scribit, quorum quidam selecti & maiorum gentium Dii vocati sunt, quidam Semidei & Heroës, quidam Mediocrium, & quidam Genitores. COCCEIUS.

ead. l. 9. Νουμᾶν) Omnes, quotquot vidi libri Νομᾶν. Sed vide Arrian. Epict. I. 7. Marcus. SOLAN.

ead. l. 10. Τέλλον) Vide Ἐπισκ. c. 10. & Plut. SOLAN.

ead. l. Περιάνδρου) Aut quod tyrannus, aut potius quia calamitates domesticas tam variae celeritate, aegritudine inde contracta, decesserit; quod plenius notat Aelianum audias, duo Periandri fuerunt, sapiens alter, alter tyran-

nus; Var. Hiſt. XII, 35. Sed foede corruptus locus eſt ille Aeliani. Fuere quidem duo Periandri, ſed uterque tyrannus; ſapiens hic Corinthi, Ambraciae vero alter ille. Vide Diogen. Laërt. p. 25, & Menag. not. p. 36. Qui *Periandrum* VII ſapientibus annumerari nolunt, *Epimenidem* pro eo reponunt. (Vid. Plut. Solon. 154, 2.) Plato vero *Eudoxum*, teſte Diog. Laërt. 7 F. ſed in Protag. 206 F. ubi ſapientes Plato recenſet, *Eudoxus* ille non comparet. Immo Diogenes ipſe 10 D. *Myſona* ibi pro *Periandro* a Platone ſuffectum obſervat. Vere itaque cenſet Menagius, priorem Diogenis locum ſcioli eſſe gloſſema, quod in textum abſurde receptum eſt. Vide notas eius ad utrumque locum, unde multa ex antiquis Scriptoribus habes, quae ad catalogum illum VII Sapientum ſpectant. SOLAN. Periander inſula beatorum excidit haud dubie, quod tyrannus eſſet, & oppreſſam ſervitute Corinthum teneret. GESN.

ead. l. 12. Ἀδολεσχοῦντα μετὰ Νέστορος) Quod optabat in ultimis ſermonibus ſuis, a Platone in Apologia & Xenophonte ſervatis. GESN.

Pag. 277. *l.* 10. Ὥστε γῆμαι λαῖδα) Serio accepit Menagius, (ad Diog. Laërt. p. 138 D. E.) quod nolim a tanto viro factum. Iocoſe enim haec Lucianus, quia a nuptiis abhorruiſſe traditur Diogenes. Vid. Diog. Laërt. 144 E. & 150 E. ἐρωτηθεὶς ποίῳ καιρῷ δεῖ γαμεῖν; ἄφη, τοὺς μὲν νέους μηδέποτε, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους μηδὲ πώποτε. & 155 B. ἔλεγε δὲ καὶ κοινὰς εἶναι δεῖν τὰς γυναῖκας· γάμον μηδὲ νομάζων, ἀλλὰ τὸν πείσαντα τῇ πεισάσῃ συνεῖναι. SOLAN.

ead. l. 15. Τέταρτον — ἐλλεβορίσῃ) Vide ſupra B. πρασ. cap. 23, & Ἑρμ. c. 86. SOLAN.

ead. l. 16. Ἐλλεβορίσῃ) Conf. ſupr. Hermot. c. ult. GUYET.

ibid. Ἀκαδημαϊκοὺς) Analogia videtur ſuadere ſcribendum Ἀκαδημιακούς. Verum prius ex uſu obtinuit, pluraque huius ſcripturae exempla citat Steph. in Theſ. qui etiam obſervat, μετάθεσιν vocalium in hoc adiectivo factam. Et quia numerus exemplarium longe maior, non hic modo, ſed ubique in Luciano, vulgatam confirmat, non mihi dubium eſt, hanc ſcripturam eſſe veram. REITZ.

Pag. 278. *l.* 7. Καταλαμβάνοντας) Καταλαμβάνοντας illud pertinet ad ἀκαταληψίαν Academicorum: itaque *comprehendendi* verbo uſus eſſem, ſi illud de eo quoque dici poſſe ſciviſſem, qui ſecutus alterum, tandem aſſequitur. Neque enim hic de fure, aut ſervo fugitivo ſermo eſt, ſed de viatoribus, vel currentibus in ſtadio: ubi *aſſequendi* verbum domicilium

quasi habet, quod tamen ipsum etiam ad illam mentis facultatem transfertur, qua *comprehendere* dicimur, quae plane intelligimus. GESN.

ead. l. 8. Ἧσαν ἀξιολογώτατοι) Flor. λογικώτατοι. BOURD.

ead. l. 13. Διώμνυτο &c.) Vide, quae nos supra ad B. πρασ. c. 16, in eam rem attulimus. SOLAN.

Pag. 279. *l.* 2. Τοῦτο) Pro κατὰ, vel διὰ τοῦτο. Vid. supra Nigrin. § 27. REITZ.

ead. l. 7. Αὐτὸς) Necessaria videtur Vorstii emendatio, scribentis αὐτούς. Ratio in promtu est. Quis enim ferat nescire sese dicentem, quod tamen uno halitu enarrans inducitur? Absit autem, ut, post Leonem Allatium, aut Creffollium, (uter enim horum hoc asseverarit, non satis certo annotavimus) hic id agamus, ut Babylonium non fuisse Homerum demonstremus. Non enim mente captis scribimus. Vid. AG. X, 1733. Chium fuisse, vult Simonides apud Steph. in Lyric. p. 119. SOLAN. Recepta lectio, αὐτὸς μὲν ἀγνοεῖν, nimis aperte contradicit his, quae statim sequuntur. Plane indubium mihi est, dedisse Lucianum αὐτοὺς, quod refertur ad ζητοῦντας seu disputantes, syntesi non absitrusa, nec difficili. Certe sic interpretatus sum. GESN. Gesneri emendatio adeo est necessaria, ut eam recipere, etiam invitis libris, nihil dubitarim. Sed & Vorstius in marg. sic emendarat, & Cod. Pell. correctionem firmat. La Croze adscripserat, ἔφασκον legendum: quod etsi praestat vulgatae, tamen non satis planum reddit sensum. REITZ. Ὁ δὲ αὐτὸς μὲν ἀγνοεῖν ἔφασκεν· οἱ μὲν γὰρ Χῖον, κ. τ. λ. Ita haec vulgo legebantur, absurde nimis. Reitzius igitur αὐτὸς mutatum ivit in αὐτούς. Neque sic tamen rotunda satis exibat oratio, quod accuratius consideranti facile patebit. Veram Luciani manum tandem exhibuit cl. Bel. de Ballu ex Mss. Regg. 2954 & 3011, quam in textu expressimus.

ead. l. 9. Κολοφώνιον) Non dubitavi secundam syllabam contra edd. correptam dare; quia non modo Strabo ita ubique scribit, vid. eius L. XIV, p. 952, vel 643, ubi ter quater occurrit; sed & quia poëtis corripitur, ut in saepe ab aliis adducto versu ex A. Gell. III, XI; quem tamen paulo aliter exhibet Antholog. IV, 2, quae sic: Ἑπτὰ πόλεις διεριζουσιν περὶ δίζαν Ὁμήρου· Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Χίος, Ἄργος, Ἀθῆναι. REITZ.

ead. l. 14. Κατεγίνωσκον) Non verum est, quod Scholiast. ait, ab Atticismo nostrum recessisse, quando hoc verbum cum accusativo construit; nec hi enim duplicem genitivum sem-

per adhibent. Ecce Thucydid. VI. c. 61: Οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐρήμην δίκην ἔλαχον κατέχοντες αὐτῶν τὰ καὶ τῶν μετ' ἐκείνου. Aristophan. Eq. v. 1357, Εἰ μὴ καταγνώσεσθε ταύτην τὴν δίκην. Quod tamen & condemnandi notione capiendum ibi Scholiastes monet, id exponens: Εἰ μὴ κατακρινεῖτε καὶ καταδικάσετε. Plura Steph. ex Demosth. aliisque in Thes. append. T. I, p. 1854. Sed si apud Lucian. pro simplici *cognosco* accipere velis, licet: nam & sic fere Aristoph. Eq. v. 46, Οὗτος καταγνοὺς τοῦ γέροντος τοὺς τρόπους. Etsi paulo plus valeat, quam simplex, ut Bisetus ibi monet, dicens: Καταγνοὺς, θεωρήσας. περιττὴ ἡ κατὰ, οἷον καταμαθὼν καὶ αἰσθόμενος· πρὸς ἔμφασιν δὲ πλέονα εἶπε τοῦ μάθων &c. quae apud eum sis vide. REITZ.

Pag. 280. *l.* 1. Ζηνόδοτον) Aristarchus notissimus. Zenodotus Bibliothecae Alexandrinae primus praefuit. Suid. SOLAN.

ead. l. 4. Μηνίδος) Immerito hic Homerum sugillat, quod *iram Achillis* initium suo poëmati fecerit: palam enim est Iliada legenti, eam rem in toto poëmate agi, ut rectissime id *argumentum* esse dixeris. Quod non intelligentes e nostris quidam imperiti & barbari prorsus homines, *Rhapsodias* cum audiunt antiquis dicta Homeri poëmata, nec quid ea vox sit, nisi ex vernaculo idiomate assequi valentes, varia sibi fingunt & dissoluta carmina, nullo consilio iudiciove a caeco mendicabulo temere effusa, in unum tandem corpus consarcinata, aut potius a farsis hominibus & prorsus rudibus collecta, *Poëma heroicum* nunc audire. Qui, si cum Luciano haec ludentes effutirent, venia forsan digni putandi sint. At serio id agunt, ut quae ipsi prae imperitia, nisi Latine versa, intelligere non possunt, aliis contemtui sint & deridiculo. Horum ego temeritatem audaciamque, & pulcherrimarum rerum ignorationem summam, cum sui seculi suarumque rerum admiratione coniunctam, Boilaeis compescendam exagirandamque relinquo. SOLAN.

ead. l. 6. Εἰ πρότερα) Hac de controversia acutissimum vide Longini iudicium cap. VIII. π. ὕψους. SOLAN.

ead. l. 7. Ὅτι μὲν γὰρ ἦν τυφλὸς ἦν, ἃ καὶ αὐτὸς περὶ αὐτοῦ λέγουσιν, αὐτίκα ἠπιστάμην, ἔωρα γὰρ, ὥστε οὐδὲ πυθέσθαι ἐδεόμην) Vertunt: *ipsum vero caecum non esse, quod etiam dicunt, mox cognovi: vidi enim; itaque veritus sum percontari.* Sed an ἔωρα, est, *vidi?* an οὐκ ἐδεόμην, est, *veritus sum?* Minime. Quare in hunc modum debebant: *Caecum vero non fuisse, quod ipsum etiam de eo dicunt, illico cognovi: videbat enim, adeoque non gare opus non erat.* VITRING.

ibid. Οὐδὲ τυφλὸς ἦν) Cicero tamen Tuſc. Diſp. V, cap. 39, *Homerum caecum inducit*, ſcribens: *Traditum eſt etiam, Homerum caecum fuiſſe. At eius picturam, non poëſin, videmus. Quae regio, quae ora, qui locus Graeciae, quae ſpecies formaque pugnae, quae acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita expictus eſt, ut quae ipſe non viderit, nos ut videremus, effecerit?* nam quam vis pictori comparetur Homerus, ex ſequentibus tamen apparet, Ciceronem eum caecum facere: quod etiam confirmatur exemplo Tireſiae caeci vatis, quem illico ſubiungit Cicero. Mid. notam Daviſii, quem conſulendum Hemſt. in marg. Graevianae ed. indicarat; ubi is Brod. Miſc. V, 9, & Scholiaſten Lucian. ad T. II, p. 17, (i. e. ad Somn. ſ. Gall. ad verba τυφλὸς αὐτὸς ἦν) id cum Luciano negantem citat; nec non Vellei. Pat. qui L. I, 5, ait: *Homerum ſi quis caecum genitum putat, omnibus ſenſibus orbus eſt.* Non igitur plane negat Velleius, Homerum caecum fuiſſe, ſed ab nativitate id calamitatis ei obtigiſſe negat: cum prae ſenio viſum amiſiſſe dici queat, quod & illi, quos Daviſ. citat, voluere. Vide etiam not. Boecleri ad Vellei. pag. 38 ed. Burm. Caecum autem fuiſſe, Daviſius nullo modo dubitat; quod ſub Demodoci perſona ſemet ipſum deſcribere credatur apud Max. Tyr. Diſſ. XXII; nec ego dubito, ſi caſu aut ſenio id contigiſſe dixeris, ut Brod. l. c. ex Herodoto, Pauſan. in Meſſen. & Tzetze probat: nam ab nativitate caecum ſtatuere, abſurdum videtur; cum peregrinatio ad varios hominum mores, cultum, regionumque & urbium ſitum, quarum ingentem nobis catalogum reliquit, cognoſcenda, praecipuum eius fuerit ſtudium. Quod autem ab ſtatuariis deſumitur argumentum, qui eum oculis captum finxerint, id admodum incertum mihi videtur: nam aut vulgarem hi rumorem ſecuti ſunt, aut non ſatis differentiae inter videntem ac caecum eſt in illorum arte; ſolent enim marmoreae effigies oculorum orbes ac pupillam raro exprimere, quorum circuli cum ſulcis aliquantum excavatis deſcribendi ſunt, id totam faciem deformat, & maligniores, ut ſic dicam, oculos exhibet, quam ſi exterior tantum eorum ambitus ſolus effingatur. REITZ.

ead. l. 13. Μετὰ τ. ϕ.) Sic lego pro κατὰ, quod in omnibus libris eſt. SOLAN. Solani emendationem confirmant Mſſ. Regg. 2954 & 3011, quare ſic reſcripſimus. Mox ex iiſdem Codd. edidimus ἐπεννενεγμένη, pro vulg. ἀπεννενεγ.

ead. l. 14. Θερσίτου) Hom. Il. B, 212. SOLAN.

ead. l. 15. Ἐσκωϕε) L. *B.* 2. & *S.* Cett. prave ἔσκοϕε. SOLAN.

Pag. 281. *l.* 3. Χρυσοῦς ὅλον τὸ δεξ.) De femore Pythagorae aureo vid. ſupra Vit. auct. § 6. Neque hic putes χρυσοῦς in χρυσοῦν mutandum: eſt enim ſolita ellipſ. τοῦ κατὰ, *aureus erat femur*, pro *ad femur*. Etſi hic *totum dextrum latus* pro femore dicit. REITZ.

ead. l. 5. Εὔφορβον) Troianus fuit adoleſcens, Panthi filius, fratris Hecubae, teſte Hom. Il. 17. Lege Laërt. in Pythag. & Ovid. L. XV Met. COGN.

ibid. Αὐτὸν ὀνομάζειν χρή.) Non hoc verborum ordine in fine periodi uſum Lucianum, ſed χρὴ αὐτὸν ὀνομάζειν ſcripſiſſe, probat Mſ. Reg. 2954.

ead. l. 7. Ὠπτημένος) Sic infra in mort. Peregr. § 37, ἤδη τὸ δέαμα ὠπτημένον γέροντα ὁρᾶν. Sed in praeſ. temp. mox c. 29, & ſupra in Necyom. REITZ.

ead. l. 9. Θαυματούσια) Eccere! vir optime ceteroquin de literis Graecis meritus hunc feſtum diem, eamque celebritatem *Graeciae ſuae feriatae* inſeruit. O lepidum caput! Mirum ni *Paradiſus Socratis*, & *ſympoſium* in eius *Attica* alicubi locum habeant. Sapit Potterus, qui, cum cetera excerperet, expunxit. SOLAN.

ead. l. 12. Πάλην μὲν ἐνίκησε Κάρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους) *Luctа vicit Carus Heraclides.* Sic vertit interpres. Nullibi invenio Carum illum luctatorem egregium. Rurſus hoc loco legendum eſt Κάπρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους. *Caprus poſt Herculem primus*, de quo ſupra fuſe diximus. PALM. Quem hic interpretem probabimus? In Baſileenſi editione vertunt, *Carus, qui ab Hercule ſtabat*, ſatis lepida captatione; ac ſi Graeca eadem foret conſtructio, quae Latina; & ſcilicet in hoc certamine componebantur partes, quibus plurimi continebantur, & alii ab hoc ſtabant, alii ab illo. Ridicule omnino. Benedictus, *Carus Heraclides*, quod propius ad genium ſermonis Graeci. Sed nullibi invenio Carum illum luctatorem egregium, inquit Palmerius. Quaſi vero Lucianus huc introduxerit talem in terris celebrem luctatorem; immo quis egregius luctator ille Ulyſſes? ex quo alterius adverſario patet, prorſus ratiocinationem Palmerii non procedere: multo minus ut ὁ ἀφ' Ἡρακλέους poſſit reddi, *poſt Herculem primus*, quidquid de Capro ſuo ſollicitus ſit. Opinor, optime annotaſſe patrem Κάρανος. Non agitur de luctatore: agitur de heroibus, inter quos memorabilis Caranus Heraclides. GRON. Conſule Loyd, honoratiſſimi Praeſulis Wigornienſis doctiſſimum & ipſum filium, ad Olymp. CXLII Catal. Olymp. a Scal. editum. Pauſan. Suid. (ſed apud

hunc ſuo loco non comparet aut Κῆρος, aut Κάστωρ ille) Ulyſſem hic adducit, quia luctantem fecit Homerus (Iliad. Υ, 710, & ſeqq.) cum Aiace, quem & proſtravit. SOLAN.

ead. l. 14. Ἀρείου) Vid. Plut. 396, 2. Sed is tamen a noſtro diverſus. SOLAN.

Pag. 282. *l.* 1. Ὄστις) Ita reſtituimus ex Mſſ. Regg. 2954 & 3011, pro vulgat. τίς.

ead. l. 3. Ὄμπρος — Ἡσ.) Ad traditionem alludit, quae coaetaneos faciebat. Vid. Philoſtr. Her. p. 726, & ſeq. & Hennet. pag. 52. SOLAN.

ead. l. 8. Φάλαριν) Hic Agrigentinorum tyrannus, cui Perillus taurum aeneum fabricavit, quo impoſiti noxii dum torrerentur, tauri mugitum reddebant. Senec. L. 2 de Clem. cap. 4, & L. 2 de Ira. COGN.

ibid. Βούσιριν) Buſiris rex Aegyptiorum, Neptuni & Lybiae filius, qui Thraſii conſilio hoſpites violabat incognitos, ut eorum ſanguine pluviam eliceret, cuius penuria Aegyptus novem annis laboraverat. Seneca loc. cit. COGN. Mendoſe antea ſcribebatur Βούσυριν. Sic, ut edidimus, non auctores tantum multi, ſed & numiſmata ſcribunt: de quo vide Apollod. II, p. 53 B. SOLAN.

ead. l. 9. Διομήδην) Diomedes rex Thraciae dum equos ſuos humana carne aleret, in Tyrida oppido truculentus ab Hercule equis ipſis ad devorandum obiectus eſt. Ov. IX Met. COGN.

ead. l. 10. Σκείρωνα) Latronem inſignem, qui proximos Megaris ſcopulos inſidens in viatores praetereuntes nullo non crudelitatis genere ſaeviebat: hunc Theſeus occidit. COGN.

ibid. Πιτυοκάμπτην) Schinim, inſignem latronem, qui circa Iſthmi initium, teſte Pauſania, miro crudelitatis genere ſaeviebat. De eo Plutarch. in Theſ. COGN. Vide Plut. in vita Theſei. Et Xenoph. lib. II Ἀπομν. VORST. De Centauro illo, qui pinus incurvabat, ſupra, ni fallor, T. I, iam habuimus. Suidae ed. Hag. Πιτυκάμπτης ſcribit, omiſſo medio ο. REITZ.

ead. l. 11. Ἥρωας ἐπὶ τῆς ἠιόνος) Bene contra Th. Magiſt. monet Ienſ. in Lect. Luc. pag. 10, ſcribens: Ἥρω Ἀττικοὶ, ſcribit iterum Thomas, οὐχ Ἥρωα· καὶ Ἥρως, ἐπὶ αἰτιατικῆς τῶν πληθυντικῶν, οὐχ Ἥρωας. Ecce tamen non ſemel ἥρωας Lucianus. In Zeux. c. 3, ὁ Ζεῦξις οὐκ ἔγραφεν ἥρωας, ἢ θεούς. In Vera Hiſt. cap. 23, Ἐκτάσσει τοὺς ἥρωας ἐπὶ τῆς ἠιόνος. Ipſa quoque haec vox Ἠιὼν, ἠιόνος, deterior, quam ἠὼν, ἠόνος, cenſetur ab eodem; cum tamen non modo in noviſſime adducto hoc Luciani loco, ſed & in aliis, ac ferme omnibus, haec vo-

cis huius forma diſerte legatur. In Herodoto p. 617, (leg. Hermot. c. 84) Ἐπὶ τῇ ἠιόνι καθεζόμενος. In Ver. Hiſt. Ὄρνεα ἐπὶ τῶν ἠιόνων ἁδόντα. Ibid. Πλησίον τῆς ἠιόνος ἐκοιμήθημεν. Haec alio loco ab lenſio dicta huc tranſcribere operae pretium exiſtimavi. REITZ.

Pag. 283. *l.* 2. Ἐπὶ Δηλίῳ) Hic cum fortiter pugnaſſet, tandem cum reliquis fugere coactus eſt: qua pugna Xenophontem equo delapſum pedes ipſe ſervavit. Diog. Laërt. p. 38 E. Vid. Strabon. IX. Plat. 11 C. Συμπόσ. 334. & Plut. Alcibiad. 354 & 1032 I. Aelian. etiam Var. Hiſt. III, 17, ubi male ἐπὶ Δήλιον. Plat. etiam in Apol. Socr. 363 F. & Athen. V, p. 215, & Not. Caſaub. ad Diog. Laërt. pag. 17. Thucyd. IV, 96 f. & 100 I. Plut. 1032 A. Ibidem & Plato fortiter pugnaſſe traditur. Vid. Diog. Laërt. p. 72 A. SOLAN. Adducit haec verba Duker. ad Thucyd. IV, 107, nec non alia quaedam teſtimonia, quibus probet, ἐπὶ dandi caſum in huiuſmodi locutione poſtulare, adeoque ſuſpectam eſſe Thucydidis lectionem, quae ἐπὶ Νίσαιαν pro ἐπὶ Νισαίᾳ habet, merito arbitratur. Etſi ἐπὶ δεξιὰ & ἐπ' ἀριστερὰ recte dicitur, ut Hom. Il. VII, 238, & alibi; nam ibi aliud verbum adiungitur. Conf. nos ſupra ad cap. 28 Quom. conſcr. hiſt. Et videbis, non immerito locum Ael. ἐπὶ Δήλιον, ſuſpectum quoque Solano videri. REITZ.

ead. l. 6. Τοὺς ἑτέρους) Sic legit interpres. At ego puto legendum ἑταίρους· nam & infra in Demonacte diſcipulos Socratis, de quo hic loquitur, ἑταίρους vocat, εἰπόντος δέ τινος τῶν ἑταίρων· & rurſus, τῶν ἑταίρων τις ἐρᾷ ταῦτα. PALM. Admodum iocoſe narrat Lucianus, uti, cum eſſet apud inferos, impii ruptis vinculis invaſerint piorum regionem; Rhadamanthyn autem heroas eduxiſſe in aciem, praefectis Theſeo, Achille, & Aiace Telamonio, qui ſtrenue repreſſerint impios. Ante omnes tamen virtutem Socratis, in dextro cornu pugnantis, emicuiſſe; quare donatus fuerit pulchro & ſpatioſo horto, in quem convocarit τοὺς ἑτέρους, *reliquos*, heroas nempe, ut ego quidem expono. At Palmerius pag. 678 legit ἑταίρους. Verum quidem, ἕτερος ſaepe perperam apud ſcriptores reperiri pro ἑταῖρος, & contra: (nam & ἑταῖρα pro ἑτέρα in ſuo libro legiſſe Brodaeum apud Noſtrum in de Merc. cond. circa fin. liquet, quia ibi pro ἑταίρᾳ legendum monet ἑτέρᾳ, ut nunc recte in vulgatis editionibus legitur.) Hic tamen nulla videtur mutandi neceſſitas; cum, ut dixi, ceteri heroës ſint intelligendi: eos enim ibi apud Socratem fuiſſe, & ἐντεύξεις celebraſſe, patet ex ſeqq. IENS. Ἑταίρους) In omnibus libris le-

gebatur ἑτέρους· sed proba est Palmerii & Vorstii emendatio, quam L. Cod. auctoritas etiam confirmat. SOLAN. Ἑταίρους legendum. LA CROZE. Quia quinque doctissimi viri, Palmer. Vorst. Solanus, La Croze & Gesnerus, id vel coniectura assecuti sunt, vel praetulere, quod Codex optimae notae L. confirmat; non haesitavi id recipere contra turbam aliorum exemplarium minus apte ἑτέρους legentium. REITZ.

ead. l. 12. Ἀρχὴ τοῦ ποιήματος) Imitatus hic videtur Lucianus initium poëmatis Epigonôn, de quo Bentleius in Epist. ad Io. Millium p. 62, 63. LA CROZE.

in Schol. col. 2. *l.* 3. Παράδεισος) Ex Xenophonte, Polluce & A. Gellio notum est, vocem hanc esse Persicam, & significare *viridarium*. Occurrit etiam in Ecclesiastae libro scripto, si viris doctis credimus, post captivitatem. CLER.

Pag. 284. *l.* 7. Ἐπιμανῶς) Κύπρος ἦρα πολὺν ἤδη χρόνον τῆς Ἑλένης, καὶ αὕτη δὲ οὐκ ἀφανὴς ἦν ἐπιμανῶς ἀγαπῶσα τὸν νεανίσκον. Satis certe usitato loquendi modo dicitur hic Helena ἐπιμανῶς ἀγαπῶσα. Sed ecce Scholiastes non ἐπιμανῶς, sed ἐπινῶς, legi vult, idque exponit ἐφελκυστικῶς, addens ἐπινάζειν notare ἀφέλκεσθαι. Ubi ἐπινάζειν alibi occurrat, ignoro; nisi huc referendum sit τὸ Ἐπινάξαι, quod Hesychius exponit, ἐπισπασθῆναι in editione Flor. plane, uti vult Scholiastes, legitur ἐπινῶς. Habet quoque hanc vocem Suidas, eamque interpretatur λίαν. IENS.

ead. l. 11. Ἁρπάσαι) Statim ubi legitur, καὶ δὴ ὑπ' ἔρωτος καὶ ἀμηχανίας ἐβουλεύσατο ἁ. Κύπρας ἁρπάσας τὴν Ἑλένην, non dubium mihi est, quin unius literulae mutatione locus hic sanior reddi possit, legendo ἁρπάσαι· neque enim quidquam, quo ἁρπάσας subsistat, sequitur. IENS. Non opus erit mutatione Iensii, si cum Mss. Regio 1 legas, ἁρπάσας τὴν Ἑλένην φυγεῖν.

ead. l. 16. Κολασθησόμενος) Flor. μιανθησόμενος. BOURD. Κωλυθ.) Sic *Fl.* & *Iunt.* edd. (nisi quod in utraque mendose est κολ.) & sic sane venustior sensus est, quam si cum reliquis legas κολασθησόμενος. SOLAN.

Pag. 285. *l.* 4. Μεσονύκτιον) Vid. hanc vocem contra Th. Mag. assertam, infra hac ipsa Ver. Hist. c. 40. REITZ.

ead. l. 8. Πολὺ ἀπέχουσαν) Flor. οὐ πολύ, male, & aliter Interp. BOURD.

ead. l. 14. Παρὰ τοσοῦτον ἦλθον διαδρᾶναι) Interpr. *Tantum viae emensi erant, ut elaberentur.* Reddendum ego putem: *Tam parum aberat, quin elapsi fuissent.* Ita infra 2 Ver. Hist. c. 43,

παρ' ὀλίγον ἐλθοῦσα κατενεχθῆναι· ubi recte interpr. *Quamquam parum aberat, quin delaberetur in praeceps.* Ut & in Pſeudomant. c. 57, παρὰ τοσοῦτον ἐλθὼν ἀποθανεῖν, *poſtquam parum abfuiſſet, quin periiſſem.* VITRING. Quod Hor. Vitring. & hic & ſupra cap. 20 in verſione corrigendum monuit, id Geſnerus, etiam non viſa illius animadverſione, ſponte praeſtitit; quare illa Vitringae omittere potuiſſem: at eum, etſi levioris res eſt momenti, ſua laude fraudari fas non erat; nam & alibi in his verbis vertendis peccatum ab aliis interpretibus. Obſop. tamen id in Luciano non ſemel recte reddiderat. Et ſic bene Iungerm. convertit Long. Paſt. 2, p. 62, παρὰ τοσοῦτον ἦλθε κακοῦ, *parum abfuit quin* &c. Adde Noſtrum Catapl. c. 4 f. παρὰ τοσοῦτον ἦλθε διαφυγεῖν, *tantillum aberat, quin effugiſſet.* In Thucydid. tamen L. VI, c. 37, ὥστε παρὰ τοσοῦτον γιγνώσκω, vertitur, *quamobrem ab hac opinione ego adeo diſſentio;* quod & Scholiaſt. ſic exponit: τοσοῦτον διαφέρομαι τοῖς τὰ ἕτερα διαγγέλλουσι &c. quem vide. REITZ.

Pag. 286. *l.* 12. Πολλὰ ἐκέτευσε) Vid. Th. Mag. v. Βούλομαι eadem citantem. SOLAN.

Pag. 287. *l.* 3. Ἀφ' ὧν) i. e. *unde;* pro quo & hic dicas, ἐφ' ὧν. Etiamſi alibi ἀπὸ in ſimili locutione paulo aliter valeat, ut ap. Ariſtoph. Nub. 766, (τὴν ὕαλον) ἀφ' ἧς τὸ πῦρ ἅπτουσι· quod ſupra in Quom. conſcr. hiſt. vidimus. REITZ.

ead. l. 7. Τῇ ὑφ' ὑμῶν) Sic ſcribendum, non, ut in libris eſt, ἡμῶν. Vid. c. 47; unde clare liquet, oppoſitam noſtrae terrae, non ei, quam incolebat, qui hic loquitur, Rhadamanthus. SOLAN. Loquitur Rhadamanthus in inſula beatorum, & loquitur cum vivo & ad ſuos redituro Luciano, & praedicit ea, quae in ipſo fine huius libelli indicantur, non enarrantur. Nullo modo igitur ferri hic poteſt ἡμῶν. Quare contra libros omnes atque interpretes, quos norim, reſcribendum, ut interpretatus ſum, ὑμῶν. Si res verbis egeret, & reliquas ex hoc libello loquendi rationes conferrem, & Scipionis Africani maioris cum minore ſermones compararem. GESN.

ead. l. 11. Μαλάχης ῥίζαν) Dogma Pythagoricum ridet, qui folium malvae ſacratiſſimum habebat. Aelian. Var. Hiſt. IV, 17, ἔλεγε δὲ ἱερώτατον εἶναι τὸ τῆς μαλάχης φύλλον. Iambl. n. 109. Ad Homeri etiam μόλυ (Od. K, 304.) alludit. SOLAN.

ibid. Ταύτῃ κελεύσας &c.) In omnibus edd. hic locus ita adhuc legebatur: ὄρεξέ μοι ταύτην, κελεύσας ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις ταύτῃ προσεύχεσθαι. Sed quis non offendatur in elegantiſſimo ſcriptore inconcinna repetitione illa ταύτην —

ταύτῃ; Rectius Mſſ. Regg. 2954 & 3011 poſterius ταύτῃ omittunt, & pro priore ταύτην, ταύτῃ legunt, interpungendo poſt ὄρεξέ μοι. Valeat igitur vulgata.

ead. l. 13. Μήτε πῦρ μαχ.) Et hoc Pythagoricum ſymbolum eſt, de quo multi. Vid. Diog. Laërt. p. 218, & not. Porphyr. n. 42. SOLAN.

ibid. Μαχαίρᾳ. πῦρ σκαλεύειν) De hac ſuperſtitione locus alius dicendi: praeceptum eſt Pythagorae. BOURD.

ead. l. 14. Παιδί) Cicero Tuſc. IV, 34, conqueritur philoſophos exortos, & auctore quidem ſuo Platone, quem non iniuria Dicaearchus accuſet, qui amori auctoritatem tribuerent. Doctiſſimus eius enarrator Theodoritum etiam teſtem citat, eundem Platonem dixiſſe, τοὺς παρὰ τὴν φύσιν ἀσελγεῖν ἀσπαζομένους καὶ τῇ δὲ μακαρίους — καὶ ἐκδημήσαντας ἐντεῦθεν εὐδαίμονας ἔσεσθαι. Therap. IX, p. 131. SOLAN.

ead. l. 15. Πλησιάζειν) Ut infra in Pſeud. (c. 41.) LA CROZE.

Pag. 288. *l.* 1. Τῇ δ' ἑπτούσῃ) Sic Mſſ. Regg. 2954 & 3011, pro vulgato τῇ ἑπ. δ'.

ead. l. 6. Λευκιανὸς) Sive Creticum hic poſuit Lucianus in verſus principio, ſive, quod nolim, penultimam nominis ſui corripuit contra morem, ſive ι vocalem per ſynizeſin ſequenti coniunxit: dubium non eſt, Latine interpretanti idem licere debere. GESN.

in Schol. col. 2. *l.* 2. Τὸ γὰρ) Lege οὕτω γὰρ τὸ, & confer Schol. ad Alex. ad verba Τὴν γὰρ σελήνην. SOLAN.

Pag. 289. *l.* 5. Ἐξ αὐτοῦ) Sic *Fl.* & *Iunt.* pro vulgato ἑαυτοῦ. SOLAN.

ead. l. 9. Ἀπόξυρος) Mendoſe in omnibus impreſſis, excepta *Fl.* legitur ἀπόξηρος. Vid. Prom. c. 7, & in Εὐχ. c. 8. Recte etiam ſcribitur in Mſſ. Angl. P. & L. initio Prometh. SOLAN.

ibid. Καὶ τράχωσι) In quibuſdam libris Scholiaſtes legiſſe videtur, pro his duabus vocibus, τραχέσι. Sed ſatis ſana videtur vulgata ſcriptura: quamquam non ſunt ad manum nunc, unde confirmem, loca. Talia Plutarchus in Ἀλεξ. τόπους ἀπόρρηγας vocat. SOLAN. Mallem τραχῶσι, a τράχων, τραχῶνος, *locus aſper*, etſi omnium edit. accentum, qui in prima erat, ſervavi. Nam quod Τράχων Suid. ſcribat, id nomen proprium eſſe, recte iudicat Steph. Ar in Strab. XVI, pag. 756, f. 1096. Τραχῶνες tamen editum eſt, qui ſint duo colles ultra Damaſcum; ſed ibi Τράχωνες ſcribendum arbitror, quia apud Ioſephum ſic plus decies, ut L. XIII Ant. cap. 16, § 5, & XV, 10, 1 bis &c. REITZ.

ead. l. 10. Οὐδὲ) Negativa ſimplex pro duplici, ut ſupra 1 Ver. Hiſt. c 4, ἕτερον δὲ ἐν αὐτῇ, οὐδὲ ἅπαξ φαίνεται. Alius generis ellipſes negativae particulae vid. apud L. Bos pag. 331—2. REITZ.

Pag. 290. *l.* 7. Διὰ πάντων) Forſan διὰ παντός. SOLAN.

ead. l. 10. Πολλοὺς δὲ καὶ) Deficiens in edd. καὶ revocavimus ex Mſſ. Regg. 2954 & 3011, ſuadente ck Bi de Ball.

ead. l. 13. Αἷς) Quamvis ferri poſſit vulgatum οἷς, praeferenda tamen videbatur Codicum modo laudatorum lectio αἷς.

Pag. 291. *l.* 4. ~~Ἀπεπέμψατο τὸν Ναύπλιον ἀσπασμένα~~) Benedictus, *ſalutato Nauplio diſceſſi.* Prorſus non ita, ſed *ſalutatum Nauplium remiſi*; haec enim conveniunt praecedentibus. GRON.

ead. l. 13. Πύλην) Lege πόλιν. Quamquam enim *thurmarum portarum* facta mentio ſit, ut portui propinquarum; melius videtur, ut *urbem intrare* dicatur. Mihi *Geographia illa ſomniatis* non admodum perſpecta. Quid enim, ſi per *Portas thurmarum* aliquid ſimile voluerit *Portis Caſpiis, Thermopylis* &c.? SOLAN. Emendationem Solani, πόλιν legentis, confirmant Mſſ. Regg. 2954 & 3011.

ead. l. 16. Ὅμηρος) Hom. Od. T, 560. SOLAN.

Pag. 292. *l.* 5. Πηγαὶ δύο παρὰ) Confer ſupra c. 16, ubi ſimilis variatio praepoſitionis: quam etiam T. I ſaepe habuimus. REITZ.

ibid. Παρὰ ταῖς) Edd. *Fl.* & *Iunt.* Reliquae περί. SOLAN.

ead. l. 9. Ὅμηρος) Vide eum l. c. SOLAN.

ead. l. 11. Κεράμου πεποιημ.) Conf. ſupra 1 Ver. Hiſt. c. 7, χαλκοῦ πεποιημένην. Adde hic, etſi hoc tritiſſimum, Long. Paſt. I, p. 7, δεσμὸν ῥάβδου χλοερᾶς λυγίσας. Er III, 116, στεφανίσκον ἰὼν πλέκουσα, *corollam ex violis nectens.* Tamen & dativo utitur id. I, p. 6, Τὰ ἀγάλματα λίθοις ἐπεποίητο. REITZ.

in Schol. cod. 2. *l.* 17. Ἐμμενετικὰ) Ex C. inſertum, cum in edito tantum lageretur νεκτικά; ſed remanet tamen hiatus, finique Scholii adſcripſerat Solanus: Hoc Scholium ſic emaculatum, ſed adhuc obſcurum, aliis enarrandum lubens relinquo. REITZ.

Pag. 293. *l.* 13. Ἀντιφῶν) Athenienſis. Vid. Suid. qui eum πεντασχοίνου vocat. SOLAN.

ead. l. 14. Παρὰ) Dixi ſupra ad Ἀλλ. c. 1. Solae autem *Fl.* & *P.* recte hic habent. Reliquae vitioſe περὶ. *S.* autem & *A.* quod mireris, ἐστί. SOLAN.

ead. l. 15. Ὀνείρων) Difficultas hic Latino interpreti oboritur non facile ſuperabilis, quod perſonam affingit Somniis Lucianus, & cives huius reipublicae facit: quod Graeco facile, qui non neutro ſolum genere *ἐνύπνιον* dicere poſſit, ſed maſculino etiam ὄνειρον; negatum Latinis. Sed laboratur fere, quoties luſus eiuſmodi ad verbum transferre coneris: quibus ob ipſam eam cauſam in ſcriptis ſeriis & aetatem laturis vix, ac ne vix quidem locus eſt. GESN.

Pag. 294. *l.* 9. Δεξιῶς ἐξένιζον) *Accurate receperunt* recte vertas non abſimilem Longi phraſin, in Paſtor. IV, pag. 187 ed. Moll. Τοῦτον ἐδεξιοῦντο πᾶσαν δεξίωσιν· ſive, *cum induſtria*; nam οἰκέται δεξιοὶ *ſervi induſtrii* ſunt apud eundem pag. 126. (f. 134.) REITZ.

ead. l. 14. Καθεύδοντες, εὐωχούμενοι) *l. Fl.* & *H.* nihil hic a vulgata abire notaverat Solanus. An voluit igitur coniunctionem quaerere? Vix credo: nam *ἀσύνδετον* illud hic melius & efficacius, quam ſi coniunctio adeſſet; immo vellem ita facilius enuntiaſſet Noſter, ut Long. Paſt. III, 120 ed. Iungerm. μιμεῖται πάντα — θεοὺς, ἀνθρώπους, ὄργανα, θηρία. Et L. IV, 115, (123. Moll.) Θόρυβος πολὺς κτηνῶν, ἱματίων, ἀνδρῶν, γυναικῶν. Quamvis idem alibi etiam nimis amet illud repetitum καί. REITZ.

Pag. 295. *l.* 1. Ὠγυγίᾳ νήσῳ) Vid. Plut. 1733. SOLAN.

ead. l. 6. Λευκοθέας) *Matuta.* VORST.

ead. l. 7. Διασωθέντα) Utitur his Luciani verbis Iac. Elſner. ad Epiſt. Petr. III, 20, quo probet, διασωθῆναι uſurpari de eo, qui ſalvus in aliquem locum pervenit, i. e. ex periculo vel naufragio ſervatus eſt; ut Actor. XVII, 44, διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν, triaque alia teſtimonia adducit, quae non repetam, nec augebo, quia hanc ſignificationem ubique obviam novi. REITZ.

ead. l. 10. Τιλεγόνου) Conf. infr. de Salt. c. 46. SOLAN.

ead. l. 17. Ὅμηρος εἶπε) Odyſſ. E, 57. SOLAN.

Pag. 296. *l.* 1. Ἐπελέξατο) In omnibus libris noſtris erat ὑπελέξατο, quod cum ferri non poſſit, ſic mutavimus. Vide Ἐν Δ. V., & Τυμν. c. 21. Suſpicor tamen, fuiſſe a Luciano ſcriptum ὑπελέξατο, ut *furtim* ab ea *lectam* epiſtolam notaret. Sed quia vox ea a nullo, quod quidem ſciam, Lexicographo obſervata eſt, nec ubi apud alios auctores occurrat, ipſe an notaverim, eam in textum recipere non ſum auſus. SOLAN. Ὑπελέξατο) Quid ſibi velit ὑπελέξατο a vi verbi ἔλαβε diverſum, non comminiſcebar aliud, quam quod in interpretatio-

ne expreſſi. Cogitabam etiam, an ὑπελέξατο vim *legendi* habere poſſet? quod nihil fere ab altero illo ὑπεδέξατο diſtat in MSS. Vulgatum quidem illud, *poſtquam epiſtolam accepit & admiſit*, non intelligebam. GESN. Solanum ſecuti reſcripſimus ἐπελέξατο· cui emendationi adſtipulantur Mſſ. Regg. 2954 & 3011. Vulgata ὑπεδέξατο nullum h. l. ſenſum habet. Mox l. 4 poſt ὑποῖα ex iiſdem Mſſ. edidimus τε. Aberat enim ab edd.

cad. l. 9. Κατιόντος τοῦ πνεύματος) Sic Thucydid. VI, 2, κατιόντος τοῦ ἀνέμου τάχα ἂν δὲ καὶ ἄλλως πως ἐπλεύσαντες. Ubi Dukerus docet, ἄνεμον κατιόντα eſſe ventum increbeſcentem, & quidem a tergo euntes proſequentem, idque hoc Luciani aliiſque teſtimoniis probat contra Vallam, qui de *vento ponente* plane contrario modo intellexerat. REITZ.

cad. l. 12. Παραπλέοντας) Sic ſcribo, non ut in omnibus, quos vidi, libris eſt, περιπλέοντας. SOLAN. Recte Solanus vidit, pro περιπλέοντας reſcribendum παραπλέοντας, & ſic plane exhibet Mſ. Reg. 3011.

cad. l. 14. Πηχέων ἓξ) Neſcio, an ſic nugari voluerit Lucianus, ut menſuram poneret, quae vix ullam ad reliqua, quae hic dicuntur, proportionem habeat. Facile, numerum hic eſſe corruptum, putare aliquis poſſit. Sed parum alias quoque religioſus hac parte eſt ſcurra noſter, ut mox circa halcyonem. GESN. Loculariter menſuram videtur addere exiguam, cum in exſpectationem magnae lectorem conieciſſet, praemittens *naves* eſſe *maximas*. Quales meraphorae deceptionis parce & apte uſurpatae, fallendo delectant, quarumque exempla collegit Eman. Theſaurus, in Idea argutae dictionis, toto c. XVI, a pag. 369 ad 385. Ubi Corinthi bella moenia videns Agis, interrogat, *quinam ſunt haec moenia inhabitantes MULIERES?* Vel hoc Martialis, — *Centum Coramus amphoras AQUAE fecit*, cum quiſque exſpectaret *vini*. Notaque eſt iſta cavillatio Caligulae victoris, cum literas laureatas ad Magiſtratus mitteret: *Parate quam maximum triumphum, quam MINIMO SUMTU*. Addo Ariſtophan. Plut. 27, πιστότατον ἡγοῦμαι, καὶ κλεπτίστατον, ubi vid. interprett. Si cui hic lusus non arrideat in facetiarum magiſtro, & ſatis magna eſſe navigia contendat, cubitorum ſex, utpote ex cucurbita, quae vel ſic ſane eſt maxima, per me licet, ita exponat, vel ξ', i. e. c. 60, pro ἓξ legat, quo reſpondeat menſurae navium hoſtilium c. ſeq. REITZ. Ἑξήκοντα legunt Mſſ. Regg. 2954 & 3011, quod verum videtur cl. B. de Ball.

cad. l. 15. Αὐτὴν) Αὐτὴν ad unam κολοκύνθην elliptice refer-

tur, etſi pluralis & neutrum adiectivum praeceſſit: qualis ſynthesis apud Latinos quoque eſt frequens, ut Terent. Eun. 2, 1, 19, *Adeone homines immutarier ex amore, ut non cognoſcas eundem eſſe.* Salluſt. Cat. 56, 5, *Servitia — cuius*, ad quem l. vide Excurſ. VIII Cortii. Alia exempla ex Latinis auct. collegit Th. Wopkens in Lect. Tullian. pag. 15, & paſſim aliis pagg. Oppoſitam, ſed analogam, enallagen ſupra ad Scyth. verſ. fin. dedimus ex Ariſtoph. Pl. 527, *οὐχ ἕξεις οὔτ' ἐν κλίνῃ καταδαρδεῖν, οὐ γὰρ ἔσονται*, (ſcil. *κλῖναι*). Non abſimilia dedit Hemſterh. ad Lucian. Nigr. ipſo pr. Conf. Zeux. c. 7, ubi *περίβαλε — καὶ ἀράμενοι* alio modo, cui addere oblitus ſum ſimilem locutionem ex Evang. Luc. V, 4, *ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν*, & Lucian. Harmon. c. 3, *ἀλλότριον τὰ ἐμὰ* &c. Ubi & addere potuiſſem Hippocr. Sect. II, aph. 3, *Ὕπνος ἀγρυπνίη, ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γενόμενα, κακόν.* Conf. etiam Reviv. cap. 13, *μία πάντων φιλοσοφία*, pro *πασῶν*, ubi Ienſ. ex Lucian. Amor. *καρποὺς — & σωφρόνων*, pro *οὓς* &c. Alias eiuſmodi enallagas generis vid. apud Interpretr. ad Ariſtoph. Plut. 291, *τέκεα ἐπαναβοῶντες*, reſpectu filiorum, qui per *τέκεα* intelliguntur, ubi Kuſterus etiam addit Homer. Od. M, 74, — *νεφέλη — Κυανέη, τὸ μὲν οὔ ποτ' ἐρωεῖ*, ibique *τὸ* reſpectu *νέφος* dici, quod tacite intelligitur, recte monet, ut alia omitram, quae ibi videri poſſunt. Addo tantum ex fratris G. O. Reitzii Belg. Graeciſſ. p. 320, I Timoth. 2, 15, *σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει*, quod Heinſius in Exercitt. Sacr. p. 485, de coniugibus exponit, ita ut *μείνωσιν* referatur ad virum & uxorem ſimul; alii ad uxores ſolas referunt. Paulo aliter etiam Long. Paſt. L. IV, p. 107 ed. Moll. *εἰς αὐτὰς* ait, tacite reſpiciens ad oves & capras, cum tamen ſing. *ἀγέλη* praemiſerit. Sic infra Tyrannicida c. 8, *ὃ δὲ* maſc. gen. relatum ad *τὸ ξίφος*, quod vide. REITZ.

Pag. 297. *l.* 1. Πληρωμάτων) Navium *πληρώματα* dicuntur ipſi remiges vel claſſiarii milites, quibus implentur. Hic autem ſumitur pro ipſis navigiis inſtructis & armatis. *Vorſt.* Vid. Baiſ. 127 f. SOLAN.

ead. l. 4. Ἀγχιάλου) Monuerat Hemſterh. in marg. adeundum Duker. ad Thucyd. pag. 493, No. 53, i. e. ad L. VII, cap. 71, ubi Thucyd. *ἐως ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν* ait, Waſſiuſque Pollucem reprehendit, qui hoc verbum *ταχὺ* eſſe ſcribat, quod tamen ille ex Dionyſ. Halic. hic ex Luciano h. l. proferat, Suidamque & Lexica alia plures habere eius vo-

cis auctoritates, obſervat; quare plura non addam. REITZ.

ead. l. 8. Ὠλιγόρησαν) Etſi ſupra ſatis dixi, augmentum ſaepe negligi, & hic edd. fere omnes habent ὀλιγ. tamen non credo ſic Lucian. dediſſe, quia uſitatiſſimum in hoc verbo augmentum initiale, & ratio abiectionis nulla, quia verbum inde non fit longius, ſi addatur, (ut in pluſquamp. quae ſatis polyſyllaba per ſe, ideoque augmentum frequenter negligunt.) Quare invitis edd. iam mutaveram, quod in vocali brevi cum longa permutanda ſcribarum culpa ſit quotidiana; ſed poſtea conſulens omnes edd. ad manum quae erant, vidi & *Salm.* recte ὠλιγ. exhibere. REITZ.

ead. l. 13. Κελύφη) Sic L. & *Fl.* ed. melius, quam quod in aliis eſt, κελύφιναι. In Scholiis etiam recte κελύφη legitur. SOLAN.

ead. l. 15. Ἀπεκρύψαμεν) Suſpicor legendum ἀπεκρούσαμεν. SOLAN.

Pag. 298. *l.* 11. Μεσονύκτιον) Nugatur igitur, ut ſaepe, Th. Magiſter, ſcribens: Μεσονύκτιον, καὶ Μεσονύκτιος, ποιητικόν. Habuimus & ſupra μεσονύκτιον, de Merc. cond. c. 26; item hac differt. c. 26, & alibi. Habet & Evang. Marc. XIII, 35, & Luc. XI, 5 &c. REITZ.

ead. l. 17. Γοερόν τινα &c.) Conf. ſupra Ἁλκ. c. 1. SOLAN.

Pag. 299. *l.* 6. Ἀδρότερον) Male Solanus in marg. *l.* notarat, etiam *S.* & *H.* cum *l.* habere ἀδ. prima laevigata. Nam recte habent adſpiratam, ut ceterae priſcae, quas adii: & ſic ſolet. Vid. Poll. On. non uno loco. Quamvis & Budaeus in Lex. minore ἀδρόω *augeo* male, mox tamen ἀδρὸς recte habet ibidem, operarum culpa. REITZ.

ead. l. 9. Ἐπτερύξατο) Conf. Ἁλκ. c. 1. SOLAN.

ead. l. 12. Ὁ γὰρ) Illud γὰρ in *l.* aeque ac *Fl.* & *H.* reperiri notabat Solanus. Idem ſic notarat ſupra Hermot. cap. 29. An igitur id ſuſpectum habuit? vix credo; nam ſic ſaepe apud Noſtrum occurrit. REITZ.

ead. l. 16. Ἀποτρόπαιοι) Quamquam hic aliam lectionem ſuggerant Scholiaſtes & *Fl.* ed. cave hanc mutaſſis: proprium enim eſt in ea re vocabulum. Unde Ζεῦ ἀποτρόπαιε &c. Vulgatam etiam confirmat P. SOLAN.

in Schol. col. 1. *l.* 3. Ἀπρεπῶν ῥάβδοι) Iterum imperite Lucianum incuſat Scholiaſtes: notum enim eſt, hoc deſumtum eſſe ex Bacchi fabula. CLER.

Pag. 300. *l.* 12. Καὶ δὴ ἐδόκει ἡμῖν ἀναβαινόντοις τὴν ναῦν ἐπὶ τὴν κώμην τῶν δένδρων) Perridicula iſta ſuper ſilvae ramis navigatio, ſive ὑλάεις πλοῦς· ſed videntur fidem ei facere loſa-

phus Acoſta, & illi, quos navigationis ſuae fundos auctoreſque habet, Hiſtoriae Indicae c. XXX, lib. IV. Ipſa eius haec ῥητῶς narratio. *Un de nos freres homme digne de foi nous contoit, que s'étant égaré & perdu dans les montagnes, ſans ſçavoir quelle part n'y par où il devoit aller, il ſe trouva dedans des buiſſons ſi épais, qu'il fut contraint de cheminer ſur iceux ſans mettre les pieds en terre par l'eſpace de quinze jours entiers, & que pour y voire le ſoleil, & pour remarquer quelque chemin en cette forêt ſi épaiſſe & pleine de bois, il avoit beſoin de monter au coppeau des plus grands arbres, pour là deſcouvrir le chemin.* MARCIL.

in Schol. Ἀντὶ τοῦ &c.) Hoc & ſequens Scholion ad aliena verba relatum, eo, quo pertinet, reduxit Solanus. REITZ.

Pag. 301. *l.* 4. Ἀντιμάχου) Scripſerat is poëma de Argivorum contra Thebanos expeditione, cui *Thebais* titulus erat. Athen. 468 A. 475 D. & 482 F. Meminit Plutarchus Elegiae ab hoc ſcriptae ſ. 65, 2. Platoni probatur. Cic. Brut. 51. Hunc tanti faciebat Adrianus Imp. ut Homero exacto, ſolum ab omnibus legi vellet. Audi Xiphil. p. 261, καὶ οὕτω γε τοιοῦτος ἦν ὡς καὶ τὸν Ὅμηρον καταλῦσαι, Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτοῦ εἰσάγειν, οὗ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίστασθαι. Verboſum fuiſſe docet Gregorius Theologus in Epiſt. ad Nicobulum 2, his verbis, οὕτως ἐγὼ καὶ βραχυλογώτατον Ὅμηρον λέγω, καὶ πολὺν τὸν Ἀντίμαχον· πῶς; τοῖς πράγμασι κρίνων τὸ μῆκος, ἀλλ' οὐ τοῖς γράμμασι. Apud Baſil. p. ed. Baſ. 286. SOLAN.

ead. l. 11. Ὁρῶμεν) Edd. *Fl.* & *B.* 2. recte; in reliquis ἑωρῶμεν. Latinus interpres recte vertit, quaſi ὁρῶμεν & ipſe legiſſet. SOLAN. Errat Solanus, dicens *B.* 2. i. e. Baſileenſem ſecundam, cum Florentina facere; nam aeque ac *B.* 1, cuius errores fideliter ſolet repetere, habet ἑωρῶμεν. De Florent. vero recte monet. REITZ.

in Schol. ead. l. 11. Κρείττονων) Quam apte hanc vocem homo Chriſtianus uſurpet, alii diiudicandum relinquo. Certe Moſem a Luciano peti non credo. SOLAN.

Pag. 302. *l.* 4. Κατ' ἐκεῖνο) Variationem ſuſpectam quaeſivit Solanus; nec ea opus eſt. Nam licet τέλαγος praecedat, poteſt tamen neutrum ἐκεῖνο ad πέλαγος paulo ante praemiſſum referri, vel, quod malim, abſolute poſitum accipi de loco; veluti ἐπὶ τὰ δεξιὰ ἦμεν, intellecto χώριον accipitur, vid. L. Bos de ellipſ. p. 76. Verum & praeterea neutrum genus, ut generale, etiam ſubſtantivis maſculinis & femininis iungi, quis neſcit, aut Long. Paſt. I, p. 8, ἡ μὲν Νάπη, τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο. Vel, ut in triſſimo illo Aelian. X, 10, τοῦτο βοῦς,

ἐκεῖνο ἴππος. Epiſt. ad Rom. XIV, 18, ἐν τούτοις habet, poſt praemiſſa tria feminina δικαιοσύνη, χαρὰ, & εἰρήνη. Sed de aliis paulo durioribus iam dictum ad Reviv. cap. 13, ubi μία πάντων pro πασῶν. REITZ.

cad. l. 7. Εὐπρόσιτος) Antea legebatur εὐπροσίτως, prave. Ego mutavi. SOLAN. Verti, ac ſi legeretur εὐπρόσιτος, συνοικουμένη. Gratias agam, qui me docuerit, quae ſit εὐπροσίτως συνοικουμένη. Ita mox pro προσήειμεν ὑδρευσόμενοι, dediſſe arbitror Lucianum προήειμεν, & ſic interpretatus ſum. GESN. Recte quidem Solanum coniecisse arbitror εὐπρόσιτος legendum; verum quia neque editio ulla, neque Cod. praeit, & plura etiam corrigenda reſtant, nihil mutavi. Nam comma etiam poſt εὐπροσίτως addendum; tum pro συνοικ. . . . ἐνοικ. legere malim; certe illud συν in *Fr.* ita exaratum eſt, ut parum differat ab ἐν. REITZ.

cad. l. 10. Καίτοι) Legendum potius καί τι Solan. marg. *Iunt.* adleverat; quod non improbem. REITZ. Omiſſo καίτοι Mſſ. Regg. 2954 & 3011 mox pro σιτίου legunt σιτία. Sed mallemus cum Solan. καί τι.

Pag. 303. *l.* 5. Κτείνομεν) Et ſic cum *l.* habere *Fl.* & *H.* notarat Solanus; ſed habent & aliae. Cur autem variationem quaeſivit? quia ἐδιώκομεν & κτείνομεν diverſa ſunt tempora, ideoque διώκομεν potius legi quis malit; id quod nec ego improbaverim. Verum in eadem hac Hiſt. id occurrit adeo frequenter, ut ſtudio tempora variaſſe videatur auctor: nam cur paulo ante non item quaeſivit varietatem, cum legeret ἐδίωκον, καὶ λαμβάνουσι, & paulo poſt λαμβάνομεν, καὶ ἀναστρέφομεν pro ἀναστρ. & c. 46, εἶδον, καὶ συλλαμβάνω, καὶ ἀνέκρινον· ut alia mittam. Coniunctiones enim ſimilia tempora non regere, ſupra iam diximus. Et ex Latinis ſexcenta ſimilia proferre liceret, ut Salluſt. Iug. c. 113, 7, *Iugurtha Sullae vinctus traditur, & ab eo ad Marium deductus.* Quin & modus diverſus interdum coniunctionem ſequitur, ut apud Liv. II, c. 23, 11, *Poſtulare — ut ſenatum vocarent, curiamque ipſi circumſiſtunt.* Ac ne credas *poſtulare* ibi pro poſtularunt poſitum, vid. not. Dukeri, qui ex eodem affert *moliri — & pertentant*, aliaque ſimilia. REITZ.

Pag. 304. *l.* 7. Μεγάλα) Pygmaeos Cteſiae hic ridet. Vide Photii Excerpta. SOLAN.

cad. l. 8. Ποδεῶνας) Leop. 136. SOLAN. At ſupra Contempl. § 3, τὴν ἀβύνην στεῖλαι, ἢ ἐνδοῦναι ὀλίγον τοῦ ποδός, ubi Solan. ſimilia ex Noſtro produxit. REITZ.

eod. l. 9. Ἄλλοι δὲ μετὰ τούτους, ἐπὶ φελλῶν καθήμενοι, ζεύξαντες δύο δελφῖνας, ἤλαυνόν τε, καὶ ἡνιόχευον· οἱ δὲ προϊόντες ἐπεσύροντο τοὺς φελλούς) Vertunt: *poſt hos & alii ſuberibus inſidentes, iunctis duobus delphinis remigabant, & equitabant; alii praecedentes ſubera trahebant.* Ita vertentes indicarunt, ſe mentem auctoris non ſatis percepiſſe. Nam, ut taceam, *μετὰ τούτους* hic potius ſignificare praeter hos, obſervandum eſt, Lucianum de *ſuberibus* loqui tanquam de vehiculis; de *delphinis* tanquam de equis vehicula trahentibus; de *hominibus* illis, qui ſuberibus inſidebant, tanquam de aurigis vehicula agitantibus, & moderantibus; aurigarum enim propria ſunt verba, quibus utitur, *ἐλαύνειν* & *ἡνιοχεύειν* quae propterea hic non reddenda erant, *remigare* & *equitare*. Et per *οἱ δὲ προϊόντες* non intelligendi ſunt *homines alii*, uti habet verſio; ſed illi *delphini*, qui ſuberibus iuncti erant. Totus itaque locus hoc modo eſt vertendus: *Praeter hos & alii ſuberibus inſidentes, iunctis duobus delphinis, agitabant, & moderabantur eos: illi vero* (ſcil. delphini) *praeeuntes trahebant ſubera.* VITRING.

ibid. Φελλῶν) Si quis auctoritates ſuper h. v. & uſu deſiderat, adeat Bergler. ad Alciphr. Ep. I, 1, p. 7. REITZ.

in Schol. col. 1. *l.* 3. Κἀνταῦθα) At vide *ποῦς* ſerio ea de re alibi etiam uſurpatum, ut Ἐπισκ. c. 3, & not. SOLAN.

ibid. l. 4. Φελλὸς) De hoc Italiae monte nihil, quod equidem reſcire potuerim, apud Geographos invenitur. Plinius praeterea negat *in tota Italia naſci ſuber*. Lib. XVI, c. 8. Licet Theophraſtus *in Tyrrhenia* naſci ſcribat, lib. III, c. 16; niſi ſit mendum, quod ut ſuſpicer facit Plinius contrarium affirmans, licet legiſſet hunc locum Theophraſti, quem & in quibuſdam vertit. Ceterum hic abſurde ex piceis ſuber deſumi dicit, cum ſint arbores plane diverſae. Videtur potius apud Graecos φελλὸς idem ſignificaſſe ac φλοιὸς, & *ſuber κατ' ἀντονομασίαν* dictum *corticem*, (ita legitur, pro *cortex*) ut etiam apud Latinos factum, quod obſervavit in ſuo Lexico R. Conſtantinus, & poſt illum I. Harduinus ad locum Plinii laudatum. CLER.

Pag. 305. *l.* 1. Ἑλλάδα φωνὴν) Pro Ἑλληνικήν. Sic Σκύθην οἶμον pro Σκυθικὴν ὁδὸν ex Aeſch. Prom. p. 5, & γυναῖκα μαζὸν ex Hom. Il. Ω, 58, nec non Ἑλλάδα διάλεκτον, aliaque ſimilia, ex Euſtath. affert Maittaire de Dialect. p. 78. Plura lenſ. in Lect. Lucian. p. 89 ad 94; quae pertinebant ad Dial. Deor. XV, 1, ad verba *τέχνην βάναυσον*; ibi autem non ſunt inſerta, quia nimis erant multa. Meretur tamen huc addi, quod poſtea margini adlevit idem Ienſius: Ἕλληνα πόλεμον habet Thucyd.

pag. 104 in Oratione Periclis (i. e. lib. II, cap. 36.) REITZ.

ead. l. 4. Καβαλοῦσα) An Κοβαλοῦσα, a κόβαλος, i. e. κοβαλόεσσα; GUYET. Hactenus Lucianus nomina finxerat intellectu ſatis facilia. Nunc autem *Cabaluſam* & *Hydamardiam*, monſtroſa & barbara vocabula cur obtrudat, nondum ſatis perſpicio. Eſt tamen Graeca vox καββαλικὸς, vel huic proxima καββάλιος, quam M. Aurelius (VII, 52.) & alii uſurpant *proiiciendi* ſenſu. Vide ad eum locum Gatakeri not. & Plut. 421, 2, καββαλικώτερος. Sed pone, regionem Καββαλοῦσαν ideo dictam, quia feminae iſtae advenas mactarent, quid erit urbs Ὑδαμαρδία; Parvi quidem hoc refert; ſed tamen ad *aquam* alludit, in quam magae iſtae ſe convertebant. Regionem *Cabalenſem* memorat Strabo XIII ſub fin. p. m. 434 A. SOLAN. Καβαλοῦσα forte eſt καββαλοῦσα, id eſt, καταξαλοῦσα, deiiciens homines ad illa χαμαιτυπεῖα. Circa Ὑδαμαρδίαν res difficilior. Si eventum narrationis ſpectes, poſſis ſuſpicari, Ὑδαμαυρίαν dediſſe Lucianum, διὰ τὸ εἰς ὕδωρ ἀμαυροῦσθαι τὰς γυναῖκας· ut nempe in aquam, in fumum, &, ſi quid his fugacius eſt, abeunt voluptates venereae, poſtquam deiecere ignavos, & ſimiles libidinoſis aſinis homines. GESN. Cl. Bel. de Ball. coniiciebat Κασαλβαδοῦσα, *l'isle des courtiſanes*, a κασάλβαδες; laudatque Ariſtoph. & eius Schol. Ἐκκλ. v. 1106.

eadl. l. 5. Λαβοῦσαι) Angl. διαλακοῦσι. BOURD.

ead. l. 6. Ἑκάστη πρὸς ἑαυτὴν ἀπῆγε, καὶ ξένον ἐποιεῖτο) Interpres: *ſecum quemque ſingulae abduxerunt* &c. Mallem: *ſingulae quemque domum ſuam abduxerunt.* Ita paſſim, ὡς αὐτὸν, & πρὸς ἑαυτὸν, παρ' ἐμὲ &c. Sic in Aſin. cap. 42, ἐπιθεὶς μοι τὸν πυρὸν, ὡς ἑαυτὸν ἤλαυνεν, *impoſito mihi tritico ad ſe*, h. e. ad aedes ſuas, *me ducebat.* Sic etiam ibid. cap. 55, & in Gallo, fine c. ult. παρ' ἡμᾶς. VITRING.

ead. l. 7. Ἐγὼ δὲ μικρὸν ὑποστὰς) Cl. Bel. de Ball. ad h. l. annotat: *Je ſoupçonne une lacune dans cet endroit, où le texte dit:* pour moi je m'arrêtai un peu. *Ce ne peut être dans la campagne, mais chez la courtiſane qu'il apperçoit les oſſemens dont il parle plus bas; & c'eſt peut-être au moment où elle lui offroit ſes faveurs, qu'il dit,* je m'arrêtai &c.

ead. l. 12. Μαλάχην) Confer ſupra cap. 28. SOLAN. Quam nempe ad hoc ipſum diſcedenti ex Herotum inſula dederat Rhadamanthus. GESN.

Pag. 306. *l.* 1. Ὀνοσκελέας) De hac copioſe Coelius. Tangit Gilbert. Gaulminus ad Pſellum. Interpr. Ariſtophan. ad Ranas. BOURD.

IN TYRANNICIDAM.

Pag. 308. *l.* 3. Ἀνήλθέ τις &c.) Argumentum huius controversiae in Collectaneis Galeanis integrum legitur. SOLAN.

ead. l. 4. Καὶ αὐτὸν) Καὶ abesse etiam a *Fl.* notat Solanus in marg. *I.* Si eo charactere Flor. edit. ut solet, designat, errat; nam comparet in ea. Igitur Codicem Flor. intellexerit oportet. REITZ.

ead. l. 16. Ἀποσκευασάμενος) Ut Galli *depecher* pro occidere, & nos *affchepen*. Sic & Herodian. VII, 1, 7, εὐθέως οὖν τοὺς τε φίλους πάντας — ἀπεσκευάσατο. Ac persaepe alibi: quod tamen plenius effert L. 2, 10, 7, τοιοῦτον ἄνδρα φόνῳ ἀπεσκευάσαντο. REITZ.

Pag. 309. *l.* 4. Ζῶντι) In libello Tyrannicida inscripto, ait auctor c. 1, Ὁ παῖς δὲ ἐκείνου (τυράννου) τέθνηκε μὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὑπηρέτησε δέ μοι καὶ ἀποθανὼν πρὸς ἄλλον φόνον, ζῶντι μὲν συναδικῶν τῷ πατρὶ, μετὰ θάνατον δὲ πατροκτονήσας, ὡς ἐδύνατο. Rotundiori & efficaciori sensu videtur mihi Lucianus scripsisse ζῶν. Scilicet is, qui tyrannum ipsum occidere voluerat, arce consensa, invento tyranni filio trucidato, & relicto gladio, effugit: pater trucidatum filium reperiens, & ipse eidem illi gladio incubuit. *Filius itaque tyranni*, inquit, *mea quidem manu cecidit, at iam mortuus mihi ad aliam caedem ministerium praestitit; vivus quidem una cum patre iniurius & iniquus, mortuus vero, patre, qua potuit, trucidato.* Filium namque quasi causam paternae caedis agnoscit, cum pater prae φιλοστοργίᾳ sibi ipse violentas manus intulerit. Longe perfectior est antithesis, *vivens una cum patre iniurias exercuit, mortuus parricidium commisit*; ut pateat, tyranni filium & vivum & mortuum fuisse sceleratissimum; atque adeo pulcherrimum esse facinus, tantum scelus de medio sustulisse. IENS. Ζῶν ἔτι) In omnibus scriptum invenio ζῶντι, quod cum palam sententiae adversetur, exsulare iussimus. Emendationem nostram firmabunt loca seqq. μὴ ἀξιώσαντες ἀπαγορεῦσαι ζῶντας ἔτι ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν υἱέων, Tυμ. c. 38. Et in Εὐχ. c. 40, ὁρᾷς οἷα μὲν ζῶν ἔτι ἔξεις πράγματα δεδιὼς καὶ φροντίζων καὶ κάμνων. Et Ἰστ. β, c. 10, τί παθόντες ἔτι ζῶντες ἱεροῦ χωρίου ἐπιβαίημεν. Vid. Il. Σ, 10. SOLAN. Ζῶντι) Videtur omnino legendum ζῶν. GESN. Ζῶν ἔτι) Veritas coniecturae Solani, ita se mihi probavit, ut fidem librorum in re tam aperta & mutatione adeo exigua exspectare nihil opus duxerim, & cum versio ac nota Gesneri quoque sic iu-

beat, tanto magis utrique obtemperavi. Potest quidem ad priorum editionum lectionem versio ita detorqueri, ut aliquis inesse sensus appareat, sed is adeo friget prae restituta lectione, ut frustra illam defendere quaeras. Iam enim vera patet oppositio, quid *vivus* filius praestiterit, quid *mortuus*. In eo enim vis argumenti versatur, neque quid *vivus pater* ab eo passus fuerit, hic narratur. REITZ.

ead. l. 14. Ἐλπίδος) *Spes* pro *metu* si absolute non dicitur, (ut nonnulli negant, inter quos Vossius Inst. Or. IV, 12, 3;) tamen pro exspectatione tam adversarum, quam bonarum rerum, Graecis aeque ac Latinis dici, peritis satis notum; sic mox c. 11 f. τίς ἐλπὶς τοῦ φόβου, ubi plura simil. dabimus. Et c. 18, μελλόντων ἐλπίδας χρόνων, quod Erasmus vertit, *quique in posterum imminebant metus;* lenssius, *futur. tempor. horrores:* sed quia ἐλπίδι φόβος additur, dices, distingui a *metu* spem malam: recte; at non alio gradu, quam temporis; φόβος enim *timor* s. *terror* est ob mala praesentia, ἐλπὶς κακῶν *metus futurorum*, s. *exspectatio malorum*, quod eodem redit. Herodian. L. 2, 1, 16, Πάλαι μὲν τόδε τὸ τέλος τοῦ βίου εἶχον δι' ἐλπίδος, *hunc exitum vitae* (i. e. necem a percussoribus immissis) *diu sperabam*, i. e. metuebam. Scio, *spem* ac *metum* esse opposita; ideoque non idem valere. Sed si addas *futurorum*, dicasque *metum futurorum*, recte dixeris; & hinc saepe ἐλπίζειν alii ἁπλῶς *metuere* verterunt, ut in Herodiano saepissime, nec male, quia ex sequentibus satis patet, ad futura illum metum referri. Sed satis hoc egi in libro de Ambiguis pag. 565. Et iam nimius fui in vulgaribus. REITZ.

Pag. 311. *l.* 8. Κελεύει) Ita *B.* 2. & *S.* Reliquae κελεύει. SOLAN.

ead. l. 17. Τοὺς τυραννουμένους) *Tyrannide vexatos.* GUYET. Male interpres, *qui tyrannidem affectantes e medio tollebat.* Τοὺς τυραννουμένους, hoc est, *tyrannide vexatos.* MENAG. Τοὺς τυραννουμένους ἐκκόπτων cum *I.* habere *El. H.* & *S.* notarat Solanus. Forte igitur aliam quaesivit lectionem: nam Erasmus verterat, *tyrannidem affectantes*, quod non video, qui cum Graeco verbo congruat; quia τυραννοῦμαι passive solet accipi, ut paulo ante, ἐτυραννεῖτο. Ut ap. Dion. Hal. IX, p. 601, 37, βασιλευομένης τε καὶ τυραννουμένης τῆς πόλεως. Iterum XI, p. 721, 23, & alibi. Herodian. I, 16, 1, & sic passim apud alios. Sed media forma accepit Erasm. Concederem, si a τυραννιάω formatum esset, quod *tyrannidem affecto* significat. Sed quid si pro ἐκκόπτων legamus ἐγκόπτων, ut significetur, filius

ſubditos arcebat, *impediebat eorum conſilia*, & ſic melior erit gradatio. Verba proxime ſequentia, ὁ τοὺς ἐπιβουλεύοντας φοβῶν, Eraſmus etiam infeliciter reddiderat, *qui inſidias formidabat*. Sed plura eiuſmodi iuvenilis verſionis τεκμήρια inſunt huic diſſertationi, quam ut ubique ea indicare opus ſit. REITZ.

Pag. 312. *l.* 1. Ὁ τοὺς ἐφεδρεύοντας ἀναστῶν) Vix dubium eſt, quin illud genus iniuriae notetur, quo adoleſcentuli vel caſtrantur plane, vel nervis certe *convulſis* aut contritis ad generandum redduntur inhabiles: tyrannorum opus, quod ab Orientis regibus didicere. Huic rei aptum eſſe verbum σπᾶν, faciunt *ſpadones*. Vid. viri docti ad l. 128 de V. S. Sed eſt etiam apud τοὺς δ' Levit. XXII, 24, ἀπεσπασμένον, reſpondens τῷ *chereth*, atque τῷ ϑλαδίᾳ, & ἐκτεθλιμμένῳ & ἐκτομίᾳ iunctum. Habet ἀποσπάδας Suidas, τοὺς ἀποσπασθέντας, quibus iungit ἀποσπάδοντας τοὺς ἀποκοπέντας. Quae cum ita ſint, legendum puto ὁ τοὺς ἐφεδρεύοντας ἀποσπῶν, & vertendum, ut poſui, utque Eraſmus iam poſuerat, a quo diſceſſum non oportuit. Quod ſi ἀναστᾶν eodem modo accipi poſſe doceat aliquis, mutatione plane opus non fuerit. Neque tamen, ſi cui iſta diſpliceant, vehementer repugnaverim, ſi ἀναστᾶν retinere velit, & interpretari *contrahere*, *ſibi adiungere*, *quaſi ſurſum*, *in arcem ſuam*, *trahere*. GESN.

Pag. 313. *l.* 9. Οὐ) Ita Mſſ. Regg. 2954 & 3011. Vulg. οὐδέ. *ead. l.* 13. Τῆς ἐμῆς) Τοῖς ἐμαῖς. MARCIL.

Pag. 314. *l.* 6. Πάντες ἦμεν) Sic Mſ. Reg. 3011, melius, quam quod in edd. eſt, πάντες μέν.

Pag. 315. *l.* 3. Ὁ δὲ) Tyrannicida gloriabundus commemorans, tyranni filium, iuvenem, robuſtum, peſſimum patriae immanitatis ſectatorem, a ſe occiſum eſſe, idque glorioſius ſibi multo eſſe, quam ſi tyrannum ipſum, ſuperſtite adhuc filio, occidiſſet; ait, ſe noluiſſe patrem tyrannum ſua manu interimere: neque enim ulli futurum ſibi fuiſſe gloriae, poſt tam nobile facinus, ignobiliori caede praecedens decus comminuere: propterea ſe reliquiſſe gladium, quo pater poſſet, ſi vellet, uri; atque adeo gladium ſibi fuiſſe miniſtrum. Ὁ δὲ, inquit porro, ὅπερ ἐγὼ προὐμαντευσάμην. διεπράξατο, καὶ ἐτυραννοκτόνησε, καὶ τέλος ἐπέθηκε τῷ ἐμῷ δράματι. Pro ὁ δὲ, legendum neceſſario vel τὰ δὲ, vel, ut potius nihil mutetur, ὃ δέ. Intelligitur ξίφος, quod tyrannicida reliquerat occiſo tyranni filio; & cui (ξίφει) quaſi imperaverat, ut pro ſe reliquum opus efficeret, ipſum nempe tyrannum confoderet. Propterea deinceps cap. 19, alloquens ſuum gladium, ait, ὦ ξίφος, κοινωνὸν,

καὶ διάδοχον τῶν ἐμῶν κατορθωμάτων. IENS. Nihil muto. De gladio tam forti, quaſi vir eſſet, loquitur. SOLAN. Maſculin. gen. ait, elſi referendum ad praemiſſum τὸ ξίφος. Sed vid. ſupra ad 2 Ver. Hiſt. c. 37. Et Maitt. de Dial. p. 84 & 263. Ubi οὐδεὶς γυνὴ, ex Achill. Tat. aliaeque generis enallagae referuntur. Non tamen hic ſtatuo enallagen generis proprie ſic dictum; ſed Solano accedo, dicenti, *alloquitur gladium, ut perſonam;* idque confirmo ex c. 19, ubi gladium *facti ſocium* vocat, & ſe ambos *praemio dignos* pronuntiat, maſculino gen. REITZ.

Pag. 316. *l.* 16. Τῶν) Illud τῶν officere videtur ſententiae. Nam ſi eius rationem habeas, ita vertendum fuerit, *ſi quis eſt eorum, qui ante me fuere, praemio dignus:* quod a nemine factum puto. Et ſane aut omittendum videtur, aut in πω, aliamve particulam mutandum. GESN.

Pag. 317. *l.* 13. Ἐμὸς ὁ φόνος) Eleganter ſane idem Tyrannicida, qui Tyrannum ad ſuam ipſius caedem adegerat, ait: ἐμὸς ὁ φόνος, ἡ χεὶρ ἐκείνου. *Si enim ego*, inquit, *filium obtruncavi, prae cuius deſiderio pater non poterat vivere, ipſe patrem occidi: mea eſt caedes, manus eius fuit miniſtra.* Phyllis apud Ovidium: *Ille necis cauſam praebuit, ipſa manum.* Et apud eundem in Faſtis, ipſiuſque Didus epiſtola: *Praebuit Aeneas & cauſam mortis & enſem. Ipſa ſua Dido concidit uſa manu.* Perſequitur porro Tyrannicida: Μὰ τοίνυν ἀκριβολογοῦ ἔτι περὶ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς, μηδ' ἐξέταζε ὅπερ ἀπέθανεν. Hoc tamen Amſtelaedamenſes εὖ ποιοῦντες correxerunt, ediderunt que ex antiquis edd. ὅπως ἀπέθανεν. Aldina tamen hac labe inquinata quoque eſt. Pergit Noſter, id nimirum inquirendum eſſe, εἰ μικτέ' ἐστιν, εἰ δ' ἁμὲ τὸ μικτέ' εἶναι ἔχει. ἐπεὶ κἀκεῖνο προσεξετάσειν μοι δοκεῖς, καὶ συκοφαντήσειν τοὺς εὐεργέτας, εἴ τις μὴ ξίφει, ἀλλὰ λίθῳ, ἢ ξύλῳ, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ ἀπέκτεινε. τί δὲ εἰ λιμῷ ἐξεπολιόρκησε τὸν τύραννον &c. ἄλλῳ τῳ τρόπῳ, *alio quo modo;* nempe articulus hic pro τις ponitur; ergo ita, uti fecimus, ſcribendum. Interpres egregie ſane agit, verba εἰ δὲ λιμῷ ἐξεπολιόρκησε, vertens, *ſi fame obſediſſem.* Sed debuit bonus noſter, *ſi fame expugnaſſem.* IENS.

ead. l. 15. Ὅπως) Miror, diligentiam Solani hanc varietatem praeteriiſſe, quam editiones conferens deprehendi inter ὅπως & ὅπερ. Et cum viderem principes edd. prius habere, id recepi, non curans quid reliquae habeant. REITZ.

Pag. 318. *l.* 1. Εἰ μικτέ' ἐστιν) Adleverat Hemſterh. videndum L. Bos in Exerc. Phil. ad N. T. p. 5. Is autem ibi occaſione verborum Evang. Matth. II, 18, Ῥαχὴλ κλαίουσα — ὅτι

οὐκ εἰσὶ, plura teſtimonia affert, ubi haec phraſis de mortuis adhibeatur, non omiſſo etiam hoc Luciani loco. REITZ.

ead. l. 3. Ἀλλῳ τῳ τρόπῳ) Articulum τῳ pro τινὶ hic accipiendum, recte monuit Ienſ. nota ſuperiore. Exempla vero vid. Prometh. c. 7, ibique Hemſterh. Adde Geſn. ad Quom. hiſt. cap. 51. REITZ.

ead. l. 10. Ἐλπὶς τοῦ φόβου) Conf. huius Diſſ. c. 3 & 18. Ad de Thucyd. VII, c. 61, (quem adeundum Hemſterh. in marg. admonuerat) ubi τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου ſimiliter dictum, alio Thucyd. teſtimonio ab Waſſio, hoc ipſo vero Luciani loco ab Dukero confirmatur. REITZ.

ead. l. 12. Χρωμένου) Retulit librarius ad συκοφαντοῦντος. Sed eſſe debet accuſativus iunctus infinito ἀποστερεῖν. Quam pronum fuerit ν mutare in υ, apparet. GESN.

ead. l. 16. Εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν, ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε, μηδὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον, ἠνάγκασε δὲ, καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου, τὰ ἴσα καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι, μάλα δικαίως. οὐ γὰρ ἐβούλετο τοῦ πεπραγμένου ἴσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας) Vertitur: *Si quis ipſe occidit, aut ſi non ipſe quidem occidit, neque manu facinus peregit, verum compulit, praebuitque mortis occaſionem. Ex aequo & hunc quoque ſupplicio affici oportere lex cenſet, idque iure optimo. Audaciam enim facto minus valere noluit.* Non niſi inficete haec ultima reddi vides, *Audaciam enim facto minus valere noluit.* Ubi hoc in Graecis? An ἴσον γίγνεσθαι ſignificat *minus valere?* Λῆροι, λῆροι. Explodenda quoque correctio Marcilii, pro οὐ γὰρ legentis καὶ γάρ. Nihil hic intellexerunt boni viri. Id vult Tyrannicida: duas eſſe caedis cauſas, legibus praefinitas; ſi quis vel ipſe occiderit, vel non ipſe quidem ſua manu, ſed coëgerit, mortiſque occaſionem praebuerit. Ex aequo & hunc quoque puniri, cenſere legem: & quidem id iure cenſere legem. *Neque enim* (pergit ille, quae ita vertenda ſunt) *voluit* lex, *eius, qui tantundem commiſerit, eſſe impunitatem;* hoc eſt, noluit lex, id impunite abire alicui, qui plane id, quod ſecundum leges etiam caedes cenſetur, perpetraverit. Τὸ τῆς ἀδείας, uſu loquendi Graecis tritiſſimo, eſt hoc in loco *impunitas.* Praecipue autem videtur Marcilius cum interprete offendiſſe ad πεπραγμένου, quod pro ipſo facto uterque adſpexit; ubi πεπραγμένος (nam in maſculino hic πεπραγμένου dicitur) ſit ipſe interfector, hoc quidem in loco. Saepiſſime Graeci perfecto paſſivo pro activo utuntur. Lucianus id facit paſſim. Sic in Nigrino § 10: Σὺ γὰρ ὀλίγα, καὶ ὅσα οἷόν τε ἦν, τυγχάνεις τῇ μνήμῃ

συγκεκομισμένος, Tu enim pauca, & tantum quantum pote erat, memoria complexus tecum affers; pro *συγκεκομικώς*. Lib. 2 Verae Hiſt. cap. 33: Οὗτος γὰρ, δὴ ἄρχει παρ' αὐτοῖς, σατράπας δύο, καὶ ὑπάρχους πεποιημένος, *Is enim apud illos regnat, duobus ſatrapis & praefectis creatis.* In Tox. c. 11: ἔστι μὲν, ὦ Τόξαρι, οὐ φαῦλον τὸ ἔργον ἀνδρὶ οἵῳ σοὶ, — τεθηγμένους παρασκευασμένῳ τοὺς λόγους, *Eſt quidem, o Toxari, res haud parva viro, qualis tu es, paratam habenti orationem ſollerti acumine.* Aelianus VI Ποικιλ. c. 11: Οἱ δὲ οὐκ ἤθελον, δηλονότι πεπειραμένοι αὐτοῦ, pro πεπειρακότες. Diodorus Sic. lib. IV, cap. 69: Ἐπίγονοι τὴν στρατείαν ἐποιήσαντο πεποιημένοι. Sic πεποιημένος εὐχὰς apud eundem lib. V, cap. 58. Polybius lib. I, Ῥωμαῖοι Τυρρηνοὺς ὑφ' αὑτοὺς πεποιημένοι· & ταὺς Καρχηδονίους πολλὰ μέρη τῆς Λιβύης ὑπήκοα πεποιημένους. Dionyſ. Halic. lib. IV ἀρχαιολογ. Ἐὰν εὐρεθῇ παρεσκευασμένος ὅπλα. Sic κεκτημένος paſſim pro domino, cum proprie is ſit κεκτηκώς. Nec in Participiis tantum, ſed etiam in Indicativis uruntur paſſivo, ſenſu activi. Lucianus in De ſaltatione cap. 79: Ἡ μέν γε Βακχικὴ ὄρχησις κεχείρωται τοὺς ἀνθρώπους, perſpicue pro κεχείρωκε. In Deor. dialogis VII fin. Ῥάβδον τινὰ πεποίηται θαυμασίαν τὴν δύναμιν, ᾗ ψυχαγωγεῖ, καὶ κατάγει τοὺς νεκρούς, *virgam quandam facit* Mercurius, *miriſicam pollentiam, qua animas ſub triſtia tartara mittit.* Sic ἐπεποίητο pro ἐποίησε Noſter in Prometheus es in verbis. Itidem in Infinitivo iterum Noſter in Hermotimo c. 54, Φασί γέτοι Φειδίαν, ὄνυχι μόνον λέοντος ἰδόντα, ἀπ' ἐκείνου ἀναλογίσασθαι ἡλίκος ἂν ὁπωσοῦν λέων γένοιτο. E contrario ἁλοὺς in activa forma, ſignificatione paſſiva poni, nemo harum literarum peritus ignorat. Ita ἑαλωκὼς valet captus apud Noſtrum in Philopſeude c. 2. Huc referam quoque id, quod in Gloſſario legitur, *Abſumtum*, καταναλώσαντα; nec ſentiam cum Vulcanio, emendanti καταναλωθέντα. Ego exiſtimem, quia καταναλώσαντα, quamvis in activa forma, repertum fuerit ſignificatione paſſiva, propterea potiſſimum fuiſſe notatum. Nam profecto iterum habes idem in Gloſſario Graeco-Latino, καταναλώσαντα, *abſumtum*. Ceterum quod monere fere oblitus eram, locus, quo de agimus, ita, ac nos eum ſupra poſuimus, diſtinguendus eſt: vulgo male, καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου τὰ ἴσα, καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι. Sequitur continuo apud Noſtrum, εἶτα τὸν μὲν οὕτως ἀποκτείναντα, καλάζειν ὡς ἀνδροφόνον ἀξιοῖς, καὶ οὐδαμῶς ἀφεῖσθαι θέλεις, τὸν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον εὖ πεποιηκότα τὴν πόλιν, οὐ τῶν ὁμοίων ἀξιώσεις

τοῖς εὐεργέταις. Haec per interrogationem puto prolata esse, atque adeo eius signum in calce utriusque periodi requiritur. Secundum leges, ait, non modo qui ipse caedem perpetravit, punitur, sed & qui utcunque caedis auctor fuit. *Ergone eum*, (pergit) *qui ita cecidit aliquem, puniri tanquam homicidam censes, & neutiquam absolvi vis? Eum vero, qui pari ratione ac ille* (scilicet qui caedem commisit, licet utcunque fuerit auctor) *bene de civitate meritus est, non iisdem dignum censebis, quibus dignos censes bene meritos?* Forsan scripsit quoque Noster ἀποκτείναντα, non ἀποκτείνοντα. Sed illud κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον, utique sanum & sincerum est, ac ab Marcilio indigne sollicitatum. Est enim, ut exposuimus, *pari ratione mereri praemium censendus est hic, qua ille* (*qui caedis auctor fuit,*) *vere commisisse caedem, & puniendus esse, censendus est*: sive, *eadem ratione illi tationi, quam modo posuimus.* Sic enim αὐτός τινι dicitur, qui plane idem sit, ac alius. IENS.

Pag. 319. *l.* 4. Μάλα δικαίως.) Καὶ μάλα δικαίως. MARCIL. Non improbem illud καὶ μάλα, si plures Codd. addicerent: nam vulgata claudicabat, quia comma ante μάλα expressum erat, quod iam sublatum minus hiantem facit orationem: si quis tamen καὶ insertum cupit, ei licet id assumere. REITZ.

ibid. Οὐ γὰρ ἐβούλετο &c.) Καὶ γὰρ ἐβούλετο. Etenim voluit par esse facto, id quod extra metum seu periculum facti, τὸ τῆς ἀδείας, nempe ἀφορμὴν ἴσως παρέχειν. MARCIL. Οὐ γὰρ ἐβούλετο οὗτος. Sic legendum videtur. Et sic videtur legisse interpres. GUYET. Sic P. & L. οὐ γὰρ ἔ. τ. π. ἧσσον γ. τ. τ. ἀ. Antea pro ἧσσον in omnibus legebatur ἴσον. Locum corruptum merito censebat Vorstius, qui illud ἧσσον non viderat. SOLAN. Sic vertere visum, ut ipsa argumentandi ratio magis pateret. Opponuntur, ut arbitror, τὸ πεπραγμένον, (ut mox κεφαλὴ τῶν πεπραγμένων, & alia) id quod sua quis manu fecit, & τὸ τῆς ἀδείας. Ἄδειαν autem puto, quam modo ἀφορμὴν τοῦ φόνου dixit. Obversantur mihi alia etiam loca, ubi ἄδεια & ἀδεῶς similiter ponuntur, ut non tam ad metus absentiam & impunitatem, quam ad plenam, *cui nihil deest*, facultatem, opportunitatemque referantur: sed memoriae confisus, ut fit, scribere neglexi. GESN.

ead. l. 5. Ἧσσον) Quia probis Codd. nititur, & bellam argumentationem efficit, recepi, & pro *nonne — aequalem; non enim minorem*, in versione reposui, ut quam minime multa in Gesneri interpretatione mutarem; quae ad vulgatam οὐ γὰρ — ἴσον composita, sic habebat: *nonne enim voluit ipsi facto ac-*

qualem esse suppeditatam plenam faciendi facultatem? Quam versionem ut non reiicio, sic tamen illud ἧσσον eo planiorem sensum exhibere existimo, quo ipse sic est simplicior, si sine interrogatione procedat. Est enim sensus: *Lex non minus respicit consilium, quam ipsum factum.* Ἄδεια enim temerariam atque audacem molitionem hic significare videtur; quare, si liceret, omnia sic redderem: *Non enim voluit* (lex) *facto ipso levius censeri audax consilium*, vel potius, *conatum* istius, qui eo minore cum poenae metu agit, quod tutius per alium, quam per se caedem perficit. Verum & recte *licentiam*, sive *potestatem agendi*, quam alteri facio, vertas, cuius significatus exempla Steph. in Thes. licet haud nimis accurate, notavit; ideoque hac in parte nihil quidem Gesnero adversor, modo ea agendi facultas per ἄδειαν intelligatur, quae simul securitatem quandam aut impunitatem promittit. Nam & recte hoc Iosephi de Bell. Iud. IV, c. 7, § 2, Διὰ γοῦν τὴν ἐν μετροπόλει στάσιν καὶ ταραχὴν, ἄδειαν εἶχον (sic enim pro ἔσχον lego) οἱ κατὰ τὴν χώραν πονηροὶ, τῶν ἁρπαγῶν, convertas: *Itaque propter seditionem ac turbam in metropoli plenam facultatem habebant nequissimi accolae ad rapinas.* Verum ea facultas licentiam & impunitatis spem involvit. Conf. tamen praemissam Iensii notam, quam quia alia erudite tradit, integram servavi; circa haec verba autem haud scio, an sententiam fuerit mutaturus, si Solani muratam lectionem vidisset. Assentirer facile de πεπραγμένου hic active accipiendo, cuius exempla quoque dedi ad 1 Ver. Hist. c. 35. Sed quomodo sic τὸ τῆς ἀδείας significet, *eius esse impunitatem*, non video, quia tum videtur dicturus fuisse Lucianus, ἐβούλετο γίγνεσθαι τὴν ἄδειαν. At iam τὸ τῆς est *licentia ipsa.* REITZ.

ead. l. 7. Ἀποκτείνοντα) Non reiicio vulgatam; sed commode ἀποκτείναντα legas. REITZ.

ead. l. 8. Τὸν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον) Marcilius pro τούτῳ legendum censet τοῦτον. Sed quam habuerit emendandi rationem, non video: αὐτὸς enim passim cum casu tertio construitur. Xen. K. Π. 2, ὑμεῖς δὲ εἰς μὲν τὸ αὐτὸ ἡμῖν σπεύδετε. Et in Sympos. pag. 893, εἰς ταὐτὸν τῷ οἴνῳ. Imitati sunt Latini. Horat. *Invitum qui servat, idem facit occidenti.* VITRING. Vitringam & Iensium recte contra Marcilium sentire, si quid probatione indiget, vide nos ad 1 Ver. Hist. c. 3. REITZ.

ead. l. 14. Ἐν τῇ σφαγῇ) Probe monuerat Hemsterh. videndum Duker. ad Thucyd. IV, 48. Is igitur σφαγὴν & hic *iugulum* significare, aeque ac apud Thucyd. l. c. pluribus testimo-

niis probat, inter quae eminet illud Plutarchi Galb. τὴν σφαγὴν προτείνας, δράτε, εἶπε. Quod Suet. Galb. 20 dicit, *obtuliſſe ultro iugulum.* Tum neque Luciani verba ſola adduxerat; ſed & ea, quae mox cap. penult. ſequuntur, ἀποσπάσας δὲ τῆς σφαγῆς, καὶ τοῦ τραύματος ἐξελὼν τὸ ξίφος (quod Eraſm. ibi recte verterat, *avulſo igitur enſe e iugulo*) nec non Phalar. I, c. 5, μᾶλλον δὲ γυμνὴν ἤδη ὑπέχειν τὴν σφαγὴν, ubi Gronov. recte reprehendit interpretem, qui haec, *nudam caedem ſuſtinere*, convertit. Sed vid. quae ibi noto. Adde Foeſ. in Oecon. Hippocr. ubi σφαγὰς ex Hippocr. libro περὶ ἀδένων, *venas iugulares* eſſe recte docet, & σφαγὴν *iugulum* ſignificare, ex Polluce tradit; ideoque id verſioni inſerui. REITZ. Plane dubium non eſt, σφαγὴν eſſe iugulum, idque e Polluce iam Camerarius de partibus corp. hum. & Lexica vulgaria obſervarunt. Sed poſueram in interpretatione, *gladium in caede reliqui*, non modo uti proprietatem vocis exprimerem; nam ideo lacuna illa inter κλεῖδα, ſ. iugulos interiecta σφαγὴ vocatur, quod locus ille ad *mactanda* parva vi animalia opportunus eſt: ſed etiam quod obverſabantur memoriae poëtae verba, quae iam quaerere non vacat, *gladiumque in caede reliquit.* Confer quae mox dicentur ad Phalar. I, § 5. GESN.

Pag. 320. *l.* 2. Ὑμεῖς) Quamquam Pariſina habebat ἡμεῖς, in verſione tamen recte expreſſerat *vos*. REITZ.

ead. l. 5. Μέλει δέ σοι πῶς ἀπέθανεν;) Non ita populus Romanus, de quo Cic. Fam. 9, 10: *Te hoc ſcire volo, vehementer populum ſollicitum fuiſſe de P. Sullae morte, antequam certum ſcierit. Nunc quaerere deſierunt, quomodo perierit. Satis putant ſe ſcire, quod ſciunt.* GESN.

ead. l. 8. Τὰ δὲ διὰ μέσου) Ita Mſ. Reg. 3011. In edd. δὲ legebatur poſt μέσου.

ead. l. 17. Ἐνδεῖ τι) Τι in edd. deficiens, repoſuimus ex Mſ. Reg. 2954.

Pag. 321. *l.* 8. Ταῦτα, εἰ καὶ) Hic deeſt verbum τελεῖν, aut ſimile quid. GUYET.

ead. l. 9. Ἐκ γε) Sic P. in reliquis eſt ἐπ τε. SOLAN.

ibid. Καταστάντα) An παραστάντα; GUYET. Accipio καταστάντα iudiciali ſignificatione, ubi ſignificat *ſtare in iudicio*, quo ſenſu *conſiſtere* Tertulliano & aliis ICtis uſitatum. Thucyd. I, 131, καθίστησιν ἑαυτὸν ἐς κρίσιν κ. τ. λ. GESN.

ead. l. 13. Τῆς γνώμης μόνης) Antea in omnibus aliter interpungebantur haec verba, & μόνος pro μόνης legebatur, ad hunc modum: ἐπειράθην τῆς γνώμης, μόνος &c. nullo aut cer-

te miſero ſenſu, qui nunc longe, ut puto, melior apparet. SOLAN. Solanus in *I.* aliter diſtinxerat & correxerat haec; ſcilicet ſic: ἐπεχείρησα, ἐπειράθην τῆς γ. μόνης μόνος ἄξιός εἰμι, i. e. ut coniicio, τῆς γνώμης μόνης &c. ut ſenſus eſſet: *ſuſcepi negotium, periculum feci; propter ſolam adeo voluntatem ſolus praemio dignus ſum:* ἕνεκα enim tum ante γνώμης relinquitur intelligendum. Non male. REITZ.

Pag. 322. *l.* 2. Οὕτω ῥᾷστον) Malles fortaſſe, Lector, οὕτω ῥᾴδιον, quia ſic uſitatius poſt adverbia intendendi; ſed quia mox opponit τὸ μέγιστον, καὶ δυσκατέργαστον, ſtudio videtur ῥᾷστον ſuperlativo gradu poſuiſſe, ut non facillimum, ſed maximum & difficillimum facinus id fuiſſe praedicet. Neque contra linguae genium eſſe, ut rarior ſit locutio, patet ex faceto Lucillii verſu in Antholog. L. 2, c. 32: Οὕτω κουφότατος πέλεται ἀίος, ὥστ' ἐκολύμβα &c. REITZ.

ead. l. 9. Κατόρθωσε) Vide, quae de hoc verbo dicta, ſupra 1 Ver. Hiſt. cap. 12 pr. adde mox cap. 19 κατορθωμάτων pro egregiis factis. REITZ.

Pag. 324. *l.* 3. Δεσπότης) Pro tyrannico imperio etiam Galli hac voce adiective utuntur, aeque ac Germani & Belgae. REITZ.

ead. l. 9. Τὴν ἐν ἡλικίᾳ) Ἡλικίᾳ, κατ' ἐξοχὴν de adoleſcentia dicitur, & illi, qui in ἀκμῇ, in flore aetatis ſunt, dicuntur εἶναι ἐν ἡλικίᾳ. Ulpian. ad Olynth. I Demoſth. ἡλικίᾳ ἐξαίρετος ἐπὶ τῶν νεωτέρων. In Philipp. III Demoſth. ὁ ἐν ἡλικίᾳ opponitur πρεσβυτέροις. Thucyd. L. VI, c. 24, τοῖς δ' ἐν τῇ ἡλικίᾳ. Et L. VII, c. 60. Xen. Hiſt. Gr. L. I, p. 446. Pari modo Latinis *aetas* uſurpatur. Liv. XLII, 34, *Cum primum in aetatem veni.* L. Bos. In Epicuri teſtamento apud Diog. Laërt. p. 272 A. εἰς ἡλικίαν ἐλθεῖν dicitur virgo, cum nubilis eſt. SOLAN.

ead. l. 15. Εὐθὺς ἀγνοῆσαι) Non ſatis liquet, volueritne marg. *A.* 1 *W.* notare Codicis alicuius lectionem, qui bis ἀποθανεῖν habeat, omiſſo ἀγνοῆσαι, (quod tamen ita videtur, quia ſic & alibi ſolet ſimilia notare) an vero ἀγνοῆσαι ἀποθανεῖν, quo Solani coniectura, qui hanc collationem non vidit, belle adiuvaretur. REITZ.

ibid. Τὰ δ' εὐθὺς) Turbant hic Codices. In *Flor.* deſunt τὸ δ' εὐθὺς ἀποθανεῖν. Ego τὸ δ' εὐθὺς ἀγνοήσαντα ἀποθανεῖν legendum cenſeo. Sed interim, dum accedat Codicum auctoritas, vulgatam retineo. SOLAN.

Pag. 325. *l.* 1. Ὦ οὗτος) Frequens compellandi formula, non tamen nimis honorifica, ſed plerumque aliquid reprehen-

ſionis habens, ut Aeſop. in fabulis perſaepe ſolet, veluti Fab. 16, cum Oraculum maligno exploratori reſpondet, ὁπότερον, ὦ οὗτος, βούλῃ, ποίησον, & alibi non ſemel; vel pro heus tu, ut ap. Ariſtoph. Ran. 172, & Pluto 439. Verum & in mitiorem partem Aeſop. Fab. 25, ubi medicus ait conſulenti, ὦ οὗτος, εἰ σώζεσθαι βούλει, λαβὼν ἄρτον — ἐπίδος. Quare non iraſcor priſtino interpreti, haec verba vertenti, *vir egregie*; nec tamen ſatis probo. V. idem cap. 16. REITZ.

ead. l. 13. Τὰς ἐπὶ τῶν) Pro ἐπὶ, lego ἔτι. Vide, an ſic ſanetur locus. Nam quod ἐλπίδας χρόνων μελλόντων pro *metu futuri* ſumitur, ne te moretur. Habuiſti enim iam in praecedentibus, cap. 3, τῆς τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίδος· & cap. 11, ἐλπὶς τοῦ φόβου. Sic etiam Chryſoſt. 253, 1, ad Pop. Antioch. Omnium maxima difficultas ex ſequentibus oritur, ἐπ' ἀ. ἐ. τ. σ. quo enim referantur non habent. SOLAN.

ibid. Ἐλπίδας) Conf. quae ſupra dicta ad cap. 3. De plurali autem ſupra quoque iam dixi. Conf. c. 38 f. Quom. hiſt. & cap. 61 f. & Long. Paſt. III, p. 99, παρ' ἐλπίδας, & Duker. ad Thucyd. VIII, c. 81, 43. REITZ.

ibid. Χρόνων, ἐπ' αὐτὸν) Ait Tyrannicida, ſe ſublato tyranni filio, omnia ſimul mala patri ingeſſiſſe, quae eum mori cogerent. Ἅπαντα τοίνυν αὐτῷ ἀθρόα περιέστησα, τὴν φύσιν, τὴν λύπην, τὴν ἀπόγνωσιν, τὸν φόβον, τὰς ἐπὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδας χρόνων, ἐπ' αὐτὸν ἐχρησάμην τοῖς συμμάχοις, καὶ παρὰ τὴν τελευταίαν ἐκείνην σκέψιν κατηνάγκασα. Videtur aliquid intercidiſſe, nimirum καὶ poſt vocem χρόνων. *Omnia itaque cumulata ei circumdedi, naturam* (στοργὴν ſcilicet), *dolorem, deſperationem, metum, temporum inſecuturorum horrores, & auxiliatoribus in eum uſus ſum, atque ad extremum hoc conſilium perpuli.* Interpres non male ſupplevit τούτοις, *his adverſus illum auxiliis uſus ſum.* In editione Florentina poſt vocem μελλόντων hiatus eſt, & duae voces ſequentes omiſſae; quod argumento eſt, Codicem, quo Florentini uſi ſunt, eo loco ſe male habuiſſe. IENS.

ead. l. 14. Ἐπ' αὐτὸν) Τούτοις hic deſiderari videtur, legendumque, τούτοις ἐπ' αὐτὸν ἐχρησάμην. GUYET. Parum abfuit, quin illud τούτοις ante ἐπ' in contextum receperim; ita id mihi neceſſarium videtur. At poteſt iam eo uti, qui voluerit. Neque quiſquam vitio vertat, quod tamen mox πρὸς pro παρὰ & περὶ ex eodem receperim: id enim factum, quia res ipſa loquebatur, etiam ſine Codicum ope ſic corrigendum; tum quia nec vulgata lectio ſibi conſtabat; quae quando con-

ſtans eſt, minus facile movenda. Ceterum, ſi cui minus arridet illud καὶ, quod lenſ. poſt χρόνον inſeri vult, punctum minus poſt id vocabulum ponat, & ſic ſine καὶ ſenſus ſatis conſtat, qui tamen vel cum commate tolerabilis eſt. REITZ.

ibid. Πρὸς) Sic reſcripſi. Ift impreſſis παρὰ, excepta *Iunt.* quae περὶ habet, quod in P. etiam exſtat. SOLAN.

ibid. Καὶ παρὰ τὴν) Hic locus integer non videtur. GUYET. Iam tamen ex Solani emendatione integer videbitur. REITZ.

Pag. 326. *l.* 2. Ὑφ' αὐτοῦ) Ὑφ' αὐτου erat in *P.* Sed ex ipſo ὑφ' ſatis apparet, eam & αὐτοῦ adſpirare voluiſſe. REITZ.

ead. l. 14. Παντὶ) Leg. πάντη τοῦτο. GUYET.

ibid. Νομίσατε) Ἐνομίσατε. GUYET. Οὐκ ἀντὶ τούτου — ἐνομίσατε) Fuit cum putarem legendum πάντως. Sed nondum ſic ſatis ſanus erat locus. Nunc autem veriſſima mihi videtur, quam in textum recepi, emendatio. SOLAN. Quia ſequentia verba omnia ſuum augmentum habent, etiam in hoc verbo addidiſſem, quod & Solan. in *Iunt.* fecerat. Licet haud immemor ſim eorum, quae ſupra non ſemel de augmento fruſtra adiecto dixerim. Verum quia Geſner. id imperativo modo accepit, nihil mutavi. Sed ſi quid mutandum, poſſis etiam νομίσαιτε legere, ut ſit, *iudicaſſetis*; nam vel ſic, vel ἐνομίσατε legendo, argumentatio clarior, & ſenſus magis cohaerens mihi videtur. REITZ. Ego putabam, νομίσατε relinquendum, cum ipſam contineat petitionem poſſeſſoris gladii, & protaſin argumentationis finiat. Si hoc ſolum peterem, Gladium honorate: nonne ipſum quoque dominum ultro honore afficeretis? GESN.

Pag. 327. *l.* 1. Ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνεθ.) Non ut ipſe quoque inter Deos referatur gladius; quamquam apud Scythas cultum acinacem legimus: ſed quoniam ad donaria in templis ſuſpenſa, (forte etiam Deo alicui, ut Iovi ultori, ut Marti, appenſus gladius) pars etiam cultus & religionis illius videtur pervenire. Sic ſuprà Ἐνυπν. c. 8 ſtatuarii nobiles μετὰ τῶν θεῶν προσκυνεῖσθαι dicuntur, quod cum Phidiae Iuppiter adoratur, etiam ipſe artifex in partem honoris videtur venire. GESN.

ead. l. 4. Τιτρωσκόμενος) Hic deſiderari videtur ὁ υἱὸς, vel ὁ νεανίσκος, ut interpres expoſuit. GUYET. Non adeo deſideratur υἱὸς, vel νεανίσκος, quam intelligitur ex antecedentibus & conſequentibus. Nexus enim orationis eſt, ἐπεὶ γὰρ φονευόμενος, ὁ μὲν ἀνεβόησεν. Niſi malis mecum articulum addere, ὁ φονευόμενος legendo, ut ſic plenius eidem reſpondeat repetitum deinde ὁ μὲν, quod ἑκατόδῳ inſervit, propter in-

ſertas illas caedis rationes, ſenſum ſuſpendentes. REITZ.

Pag. 328. *l.* 8. Προπαρασκευασμένον) Vide, ſi operae eſt, ſimilem lapſum complurium editionum, προπαρασκ. pro προπαρσκ. exhibentium, infra in Lexiphan. cap. 24. Hic enim augmentum ab auctore fuiſſe neglectum, non credo, etſi ſupra exemplorum ſatis dedimus, ubi id ſtudio fecerint auctores. REITZ.

eod. l. 14. Πρώτος) Legendum omnino aut πρῶτος, aut πρώτῳ, ſed illud concinnius videtur. SOLAN.

eod. l. 16. Ἤ) Delendum iſtud ἤ, ut ineptum. SOLAN. Solanus particulam ἤ deletam cupit; nec ego deſiderarem, ſi abeſſet. Verum, etſi ἀλλ' ἤ etiam pro ἀλλὰ μόνον accipiatur, ut Viger. de partic. ex Ariſtoph. Εἰρην. docet, quid prohibet μόνον vel ἤ per pleonaſmum addi? Nam & alibi abundat ἤ, in alio locutionis genere, ut Aeſop. fab. 2 Aquil. & Scarab. ὁρκίζων αὐτὸν κατὰ τοῦ μεγίστου Διὸς, ἢ μὴν μὴ καταφρονῆσαι τῆς μικρότητος αὐτοῦ. Sic ſine accentu ἢ legitur in mea edit. Aeſopi. Sed ἤ μὴν in iurandi formulis uſitatum circumflecti ſolet; quare & forſan hic ſcribendum ἀλλ' ἦ, ut ſignificet *certe quidem*, cuius ſignificatus exempla Stephan. iam dedit in Theſauro. REITZ.

eod. l. 18. Ἐπῆγε τὴν σφαγὴν) Vertitur, *gladium adegit*. Sed vertendum, *caedem accelerabat*, ac pro ἐπῆγε ἐπείγε legendum. GUYET.